COMMENTARIUS IN PRIOREM D. PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM EPISTOLAM. QUI…

Peter Stevart

Digitized by Google

6
39 MC
48

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

16. C

6. E. 18.

6.3.18.

Digitized by Google

COMMENTARIVS IN PRIOREM D. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM EPISTOLAM.

Qui

NON MODO PAVLI MENTEM SENSVMQVE APERTE ENVCLEAT, ET FALSA Sectariorum dogmata accuratè refellit; ſed communem etiam canonicè viuendi rationem, omnium ordinum Clericis, clarè & vtiliter oſtendit.

AVTHORE
D. PETRO STEVARTIO LEODIO,
SS. LITERARVM IN ACAD. INGOLSTADIENSI Profeſſore, Procancellario, Paſtore ibidem Mauriciano, Canonico Leodienſi, & ad SS. Apoſtolos Coloniæ Præpoſito, &c.

CVM DVPLICI INDICE.

AD Rdos. ILLVST. GENEROSOS, NOBB. ET CLARISS. DOMINOS, D. PRÆPOSITVM, DECANVM, Archidiaconos, & reliquos Canonicos celeberr. Eccleſiæ Leodienſis.

INGOLSTADII, Ex Typographia EDERIANA, apud ANDREAM ANGERMARIVM.

ANNO M.DC.XI.

Digitized by Google

ADMODVM REVERENDIS, ILLVSTRIBVS, GENEROSIS, NOBB: & Clariſſimis Dñis, D. Præpoſito, Decano, ſeptem Archidiaconis, totiq; Capitulo celeberrimæ Eccleſiæ Leodienſis; Dominis & Confratribus ſuis honorandis; ſalutem à Chriſto Ieſu precatur

Petrus Steuartius Leodius.

S*I quis vnquam Chriſti promiſſionem illam eſſe veram comprobauit, quà credentibus in ſe futurum pollicebatur, vt* flumina *(Ioan. 7.)* de ventre *eorum* fluerent aquæ viuæ; *Pauli certè venter,* (*id eſt,* cor & interiora) *puteus* *(Prouerb. 5. Chryſoſt. homi. 50. Card. Tolet. in cap. 7. Ioan.)* *ille erat, de cuius medio fluenta illa bibenda deſluebant, quæ non ipſi tantùm ſufficerent, ſed & in omnes Eccleſiæ riuos dimanarent. In eum namq; alueum* Vas *illud* electionis *(Act. 9.)* *inbijt, per quẽ fluuius ille magnus decurrebat, quem vidit Ezechiel* ſubter limen domus

Ezech. 47. *Domini* egredientem; *quem nō poterat pertranſire,* quoniam intumuerant aquę profundi torrentis, qui non poteſt tranſuadari. *In abdita namq; Pauli viſcera* (*qui* fons viuus *appellatur*) *Spiritus ſanctus ita copioſè* Gregor. lib. 15. Moral. cap. 15. *dilapſus eſt, vt innumera ab eo & perfectiſſima dona, virtuteſq; velut flumina multa proceſſerint, quæ in corpus, & in omnes inferiores partes & actus & operationes ſeſe ita extenderunt; vt vſq; ad proximos & alios, multis modis fuerint dilatata. Quis enim tandem eſt, qui deriuatū ab illo flumine maximo, ſapiētiæ Paulinæ riuum ſe transmiſiſſe poßit gloriari?* Cum me, *inquit Ezechiel,* Ezech. 47. conuertiſſem, ecce in ripâ torrentis ligna multa nimis ex vtrâq; parte. *Arbores illæ, ex vtrâq; parte illius torrentis, diuerſi ſcriptorum Pauli ſunt interpretes, qui circa doctrinæ Apoſtolicæ fluenta conſidentes, quaſi arbores pulcherrimæ ſemper vernāt, & ſuauiſsimis fructibus abundāt; de quibus dictum eſt:* Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarū, quod fructū Pſal. 1. ſuum dabit in tempore ſuo: Et folium eius

non

non defluet, & omnia quæcūq; faciet proſperabuntur. *Eiuſmodi namq; aquarum nomine, gratiarum, donorum Spiritus ſancti & doctrinarum copias (quibus animæ iuſtorum irrigantur, vt ſemper vireant, & iugiter germinent, & ab aduerſariorum incurſionibus defendātur) rectè ſanctiſsimi Patres intellexerunt; de quibus ſcriptum eſt:* Nunquid melior es Alexandria populorū, quæ habitat in fluminib⁹; aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius? Nahum. 3.
Eccleſiæ quippe typus Alexandria *mari vicina deſcribitur, quo incomparabiles ipſius diuitiæ ſignificantur, quæ ſunt ſacræ, prophetica & Apoſtolicæ ſcripturæ, reconditis ſenſibus profundiſsimæ; per quas tanta iuſtis hominibus importantur ſpiritualia bona, vt ab hoſtium incurſibus etiam liberi reddātur. Et quidem ſcriptorum vnius noſtri Pauli ſublimitatem conſiderās Chryſoſtomus,* cum Chriſto in dexterâ Dei patris eum conuerſari *dicit*; ac proinde cælo & aſtris anteferri, dum Vas electionis ab ipſo Deo eſt nominatus. *Huius enim nominis ſui toto terra-* Chryſoſt. in cap. 11. ad Rom. Act. 9.

rum

Digitized by Google

rum orbe portitoris, admirabili doctrinâ morum eruditionem & cæleſtem ſapientiam continente, adeo mortalium mentes imbuit Deus; vt eius indefeſſo labore (quod olim,
Eſai. 11. *prædixit Eſaias)* repleta ſit terra ſcientiâ Domini, ſicut aquæ maris operientis. *Rerum enim diuinarum copioſâ & profundâ eruditione, quæ Paulus ſcripſit, redundare, perſpicuè declarant quæſtiones & tractationes altiſsimorum fidei noſtræ myſteriorum, ipſius epiſtolas legentibus paſsim obuiæ. Hoc in fine prioris epiſtolæ ſuæ, hiſce verbis teſtatum reliquit B. Petrus:*
2. Petr. 3. Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis.

Et licet ſuperfluum *ſit* ornamẽta quærere ſermonis in Paulo, *ait Origines,* quippe, cùm id illi curæ non fuerit; ſententiarũ tamen figuras grauiſſimas ipſius ſcripta cõtinent, quæ non ſecus in his, quàm in cælo ſtellæ, mirabili ſplendore collucent. *Sic enim ſermo ipſius breuitatem amat, vt diuinorum oraculorum fœcunditate tumeat, quàm eiuſmodi copioſæ orationis ſchemate,*

Origen. lib. 6. Com. in epiſt. ad Rom.

nobis

Digitized by Google

nobis oſtentat, vt intelligentium affectus mirificè permoueat. *Quocirca*, Doctorem natiuum, vas electionis, Eccleſiarum conditorem, cenſorem diſciplinarum *appellat Paulum Tertullianus*: cuius *quidem* verba ſimplicia ſint & quaſi innocentis hominis ac ruſticani, & qui nec facere, nec declinare nouerit inſidias, *ait Hieronymus*; ſed quocumque reſpexeris, (*addit*) fulmina ſunt. Hæret in cauſâ; capit omne quod tetigit: tergum vertit vt ſuperet; fugam ſimulat vt occidat. *Nemo etenim eſt, teſte Doctiſſimo Pererio, qui inter legendum ipſius epiſtolas, ſe varijs animi ſenſibus & motibus affici non experiatur: nunc timore atque horrore concuti; alias iucundiſſima perfundi lætitia; interdum mœrore ac triſtitia contrahi; aliquando in ſpem totum erigi; nonnunquam irâ & indignatione perfundi, inflammari odio, ardere deſiderio, nullo demum non animi ſenſu motuque concitari.* *Quod ipſum*, de *Paulo adhuc viuente, ipſius obtrectatores, qui erant Corinthi, publicè prædicabant; nempe* epiſtolas *ipſius* eſſe graues & fortes; præſen-

Tertullian. lib. de pudicitia.

Hieron. in Apolog pro ſuis lib. contra Iouin.

Pererius in prolegom. epiſt. ad Rom.

2. Corinth. 10

tiam

tiam autem infirmam, & ſermonem contemptibilem.

Cum igitur res ita habeat, vel oleum & operam perdere, vel actum agere ij minimè exiſtimandi ſunt, qui ſcriptis in Pauli epiſtolas Commentarijs, Commentarios addunt.

Auguſt. lib. 1. de Trinit. c. 3. Proſper in epiſt. ad Auguſt. contra Pelag. reliquias.

Si enim verum eſt, (quod aiunt D. Auguſtinus & D. Proſper) de ijſdem rebus extare in Eccleſia plures libros, orthodoxè quidem, ſed diuerſo modo conſcriptos poſſe; certè in exponendis epiſtolis Pauli, non inutilem operam poſuiſſe iudicandi ſunt, qui iuxta SS. Patrum ſententiam, eiuſdem Pauli mentem ſenſumq; diligenter peruestigarint. Nullus

Gregor. in prolog. lib. 1. Regum.

enim vnquam mortalium (*quod de ſacris vniuerſim literis dixit Gregorius magnus*) tam profuſe & argutè *Paulinas epiſtolas* exponet, quin multo plura remaneant, quæ quotidie exponātur. *Quæ cauſa fuit, quod* in *ipſis* ſacris literis multo ſe plura neſcire *dixerit Auguſtinus,* quàm ſcire. *Sunt enim*

Aguſt. epiſt. 119 cap. vlt.

ſacri libri, ac præſertim Pauli epiſtolæ, multis difficultatibus implicatæ atq; impeditæ; quibus Spiritus ſanctus, quaſi ſeueris quibuſdam

buſdam

*buſdam auguſtiſsimi templi cūſtodibus, pro-
fanis ſuperbisq́; hominibus aditu, myſteriisq́;
interdixit: Adeo vt de illis dici poſſet, quod
dixiſſe Socrates fertur, cum in Heracliti li-
bros de Naturâ incidiſſet;* Præclara ſibi vi-
deri quæ quidem intellexiſſet, ſed opus eſſe
ad illa Delio natatore. *Quid, quod Scri-
pturarum ſtudium (prout expertum ſe dice-
bat Hieronymus)* vim *habeat* ad hominis animum immutandum, ad incendia car-
nis extinguenda, ad ſæculi cõtemptionem,
ad omne deniq; virtutum genus comparã-
dum? *Penu enim eſt illud ſcriptura ſacra,
quod veritatis lucem, vitæ ducem, magiſtrã
morum, animi medicinam, vitiorum expul-
tricem, virtutum medullam continet; quæ ſe-
cundis in rebus hominum animos modera-
tur, eoſdemq́; contra res aduerſas, acerboſq́;
caſus, tanquam firmiſsimum præſidium de-
fendit. Quod vna mecum facile probabit is,
qui ſibi primùm legere ſcripturam, non quaſi
aliis interpretandam, ſed quaſi in vtilita-
tem ſuam totam conuertendam diſcet. Qui
namq́; in eâ, die ac nocte meditabitur, ani-*

Ribera in proœm. Prophet. Amos.

Cicero lib. 2. de Orat. definiẽs hiſtoriam.

mum durum emolliri, frigidum cœleſti igne
Hierem. 23. *ſuccendi ſentiet*; *cùm* verba Domini ſint quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram. *Sentiet, inquam, ſæculi amorem euaneſcere, in ſe bonorum æternorum deſiderium excitari, perfundi animum incredibili quadam voluptate; quam qui ſentiebat, cla-*
Pſal. 118. *mabat*: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.

Atque eam ob cauſam, has meas in priorem D. Pauli ad Timotheum epiſtolam, lucubrationes nomini veſtro, Ampliſſimi Domini Confratres, inſcripſi, quod nihil aliud, quàm primarij Cleri communem quãdam viuendi normam atque amuſſim contineant. Cum enim alios quoſdam Commẽtarios meos in ſacram Scripturam, alijs nũcupaſſem, quibus ij à me deberi videbantur; tum mei muneris eſſe duxi, mearum aliarũ Commentationum aliquem prouentum vobis offerre. Vos enim non modò patriæ meæ directos Dominos, ſumma mihi obſeruantia colendos, ſemper agnoui, ſed & Sereniſſ.[orum] *Principum, Præſulis & Coadiutoris Leo-*

dienſis,

dienſis, E*RNESTI* & *F*ERDINANDI, *auſpicijs, in veſtrum Collegium me ſumma facilitate, & incredibili beneuolentia non ita pridem coöptaſtis. Ac proinde æquiori iure hierarchicum hoc opus qualecumq; debebatur nemini, quàm illi* Clero, quo *ſe* Leodium nobile, *ad non dubiam ipſius laudem & venerationem*, vidiſſe, *ſcriptum reliquit Petrarcha. Scilicet, cui ego eo nomine plurimum deberem, quod me tacito ſtudio complectatur, vt non modò, quemadmodum multi, iudicio & inductione animorum me diligat, verùm etiam naturæ quadam propenſione atq; impetu amare videatur. Et ſanè, cui Leodienſis Eccleſiæ maieſtas perſpecta, diuiniq; cultus ſplendor incomparabilis eſt probè cognitus, ea ipſa prorſus Eccleſiaſticæ diſciplinæ præcepta ab Apoſtolo accepiſſe, & obſeruare iudicabit Leodienſem Clerum, quæ Timotheus à Paulo parente ſpirituali, hac priore epiſtolà accepit.*

Præterea nobilium ſcientiarum venerabile D. L*AMBERTI Collegium, talem ſemper ſedem fuiſſe & domicilium, ſicut &*

 celeber-

celeberrimam religionis Chriſtianæ officinã, quæ Regum & Ducum filijs, Comitibus ac Doctoribus olim duntaxat patuit. Memoriæ enim proditum eſt, Regum nouem, Ducum viginti quatuor, Comitum vigintinouem, Baronum & Nobilium plurimos filios, tùm Canonicos ſimul Leodij reſediſſe, cùm D. Bernardus Innocentium II. Pontificem, Lotharium II. Romanorum Regem inaugurantem, ibidem, tanquam in celebratiſsimo virtutis, pietatis ac iuſticiæ emporio conueniſſet.

Annales Leodienſ.

Hanc certè maioris Eccleſiæ Leodienſis in eruditos viros procliuitatẽ, expertus eſt, gliſcente per Germaniam ſub ipſis initijs, hæreſi, maximus ille Theologus Joannes Eckius, meus, & in paræciâ Maurícianâ, & in Theologiæ profeſsione, & in Procãcellariatu Jngolſtadienſi, anteceſſor; cùm ob eius admirabilem doctrinam, & pertinacem contra Lutheri peruerſa dogmata, contentionẽ, hinc ad Cathedralis Eccleſiæ Canonicatum euocatus eſt ab Illuſtriſſ. Cardinali ERARDO *à* MARCA; *cuius munificentiam, publicum*

oſtentat

Digitized by Google

oſtentat hic Ingolſtadij monumentum, ædibus dicti D. ECKII, *nunc mei amiciſſimi Philippi Menzelij, Med. D. & P. L. infixum.*

Tametſi verò generis nobilitatem, in ſacerdotijs conferendis, pleraq; per Germaniam Eccleſiæ primariæ duntaxat ſpectent; maiorum tamen laudibili traditione, tàm ortus legitimi honeſtatem, quàm eruditionis, doctrinæq; rationem, hucuſq; Leodienſis Eccleſia habuit. Hac enim viâ, non tam præſtantis Cleri dignitas & amplitudo ſalua retinetur, quàm fidei veritas, & religionis ac ceremoniarum venerabilis cultus, ab omni hæreſeôn labe vindicatur; vt ſileam virtutis indefeſſo ſtudio, certam emergendi ſpem optimis & honeſtiſſimis ingenijs (quibus fortuna fuerat nouercata) inde affulgere. Hinc factum eſt, quod in fide Catholica adeò caſta & pudica ſemper hactenus noſtra LEGIA *permanſerit, vt, Card. Baronii teſtimonio, ſanctæ matris Eccleſiæ iugiter ſectata veſtigia, nullo vnquam hæreſeôn ſit fœdata contagio.* Imò hiſce ærumnoſis noſtri ſæculi tẽporibus (*ait idem Baronius*) cùm hæreſum alluuiones Gallias inundarunt, Baron. in Annot. ad Rom. Martyrol. 3. Nouemb. Baron. ibidem.

non ſolum nullis valuit obrui fluctib⁹, ſed ſtans cōſtantiſſimè, ex aduerſo oppoſuit ſe pro muro domui Iſraël, facta forma (vt de Theſſalonicenſi Eccleſiâ ſcribit Apoſtolus) omnib⁹ credentib⁹; cunctiſq; circū poſitis regionib⁹ illuſtre edidit ſeruādæ atq; tuēdæ religionis exemplū. Sic, faxit DEVS, maneat ſemper: & quod fide prædicat, operib⁹ impleat: *Quod Dei gratia, & B.* HVBERTI *primi Vrbis Epiſcopi precibus, futurum minimè dubito, à quo publicū ſigillum, S. Martyris* LAMBERTI *imagine inſignitum, & huiuſmodi inſcriptione notatū, accepit Leodiū:* SANCTA LEGIA, ROMANÆ ECCLESIÆ FILIA.

Baron. in Annalib. tom. 8. āñoChriſt. 698. & loco cit.

Quam equidē Romanæ Eccleſię filiam, *non abs re* lilium *illud* inter ſpinas, *Sectariorū videlicet, appellauerim, quod fidei Catholicæ cauſâ, quò plus hoc ærumnoſo tempore ſuſtinuit, eò magis in Apoſtolicæ confeſſionis petra eſt ſolidata; poſteaquā* ad cauernā laci *ſtudioſius* attendit, vnde fuerat exciſa; *Iſraëlitas in hoc imitata,* qui quantò magis ab Ægyptijs affligebantur, tantò magis creſcebant, &c. *Qua quidem in re, veſtram fidem, prudentiam, charitatemque eximiam*

Cant. 2.

Eſai. 51.

Exodi 1.

diuina

Digitized by Google

diuinæ prouidētia video, Optimi DD. Confratres, collaboraſſe; quando minantibꝰ vobis flammam & necem vicinis Sectariis, labentibus paucorum annorum ſpatiis, Societatis IESV Patribꝰ domicilium præparaſtis, qui iuuentuti ad pietatem imbibendam, & optimas literas arteſq; liberales capeſcendas, facem præferrent, darentq; operam, vt quā anteà magis, certa morborū ſpiritualium remedia frequētarent omnes Leodienſium ordines. Quos ꝑtinꝰ, Sereniſs. Principis & veſtris auſpiciis, ſubſecuti ſunt Franciſcanæ familiæ Fratres Capuccini, qui oculari auſterioris vitæ exemplo, & iugibꝰ ad peccatorū expiationē imitandā exercitiis, frequētiſsimos Vrbis indigenas à rerū terrenarū vanitate, ad æternarū rerū meliores cogitationes, & ſalutariora conſilia, ꝓuocarent. Quas deniq; virginitatis & pudicitiæ hoſtes, vitæ ſuſtētādæ neceſsitatibꝰ primū exutas, ſuis finibꝰ eiecerant Sectarii, Clariſſas, eiuſdem militiæ ſorores, religioſo hoſpitio collectas, eodem ferè tempore excepiſtis; in quo, corporis ergaſtulo adhuc concluſæ, cum beatis illis mentibus in cœlo aſsiduè verſantur. Sic vtriuſque ſexus

optimis

optimis ciuibus nihil vnquam defuit; quod vel ad Chriſtianæ doctrinæ prouentum, pietatisq́; profectum; vel ad vitæ religioſæ proſequendæ imitationem pertineret.

Veſtræ igitur beneuolentiæ & charitatis erit, Optimi Domini Confratres, de fratris veſtri manu munus reuerenter oblatum, boni conſulere; quod tametſi fortaſſe gratia & amplitudine veſtra minus dignum, Zoilorū iudicio, cenſeri poſſet, pietatis tamē, officii & obſeruantiæ pleniſſimum eſt; vt pote ex eius ciuis Leodienſis animo profectum, qui poſteaquam prope quadraginta annos, in ſcholis docendo verſatus eſt, ex iis triginta, ſacris literis (vtinā ea, qua voluiſſet vtilitate) publicè prælegendis, impendit, qui hac ætate, nihil aliud quàm veſtræ beneuolentiæ conciliationem, fauoris veſtri prouocationē, & fraterni amoris in ſe veſtri viciſſitudinem ſpectat. Devs ter Max actiones veſtras omnes, ad nominis ſui gloriā, & cōmunē Cleri, populiq́; Leodici ſalutē dirigat. Ex Curia paraciali Mauritiana, Ingolſtadii. Idibus Martii, reparatæ ſalutis Anno M.DC.XI.

CARMEN

Digitized by Google

CARMEN

VIRI CLARISSIMI, DOMINI PHILIPPI MENZELII, P. L. MEDICINÆ DOCT.

EIVSDEMQVE IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI Profeſſoris, breuiter oſtendens, quid prior Epiſtola D. PAVLI, ad Timotheum Epiſcopum Epheſinum ſcripta, contineat.

ARGVIT, obſecrat, duro ſimul increpat ore,
Dum bona per varias circumfert nuntia gentes
Flexanimus doctor: ſimul opportunus, idemq́ue
Importunus agens: fitq; omnibus omnia PAVLVS,
E raptore lupo, cuſtos, ouiumq́ue magiſter. (tes,
Quę myſtas deceant, CHRISTI pia ſacra feren-
Ordine quenque ſuo: partes quæ cuiq́ue tuendæ:
Officij quæ ſit ratio: quid poſtulet vſus:
Illius digna hæc Ophiræo ſcribier auro,
Ad viuū reſecans, quam cernis, epiſtola, monſtrat.

Digitized by Google

Hinc ſacer antiſtes, quę ſint ſua munia, diſcat:
Et virtute potens, doctrinæque vbere cornu
Diues; & exemplo populos formare ſuopte
Ad frugem: tum ſi quid habent dubitabile caſta
Eloquia illa Dei, nouies fornace recoctum
Suprà aurum pretioſa, ſupraq; topazion omnem,
Si perplexum aliquid, ſi quid tectum, inque volutum,
E ſenſu veterum ſciat enodare parentum.
Diſcat & aſſeclas tanti, ſocioſque laboris
Alligere eximios, notæ probitatis, & vſus:
Inque pio cætu, terris qui militat, eſſe
Cum prece tendendum duplices ad ſidera palmas
Aſſiduè, placida pro pace, ſaluteque regum,
Proque magiſtratus: ſummum idque probare Tonantem:
Qui quantum eſt hominum, quot Adami vbicunque nepotes.
Omnes eſſe velit, nullo diſcrimine, ſaluos.
Ergò Dei miſerantis opus, quod pectore Saulū,
Fulminis afflatu, pede proculcare parantem
CHRISTIADVM tenero fruticans vix germen in ortu,
Expulerit, Tarſenſis ouans hic noſter apertè
Agno-

Agnoſcit, magnaq; lubens quoq; voce profatur.
Idem & concilium, ſeſe quo lecta Deo gens
Congregat vnius Fidei, vniusque lauacri
Fœdere luſtralis, quam latè extenditur orbis,
Obſtricta vnanimis, meritò proclamat habēdum
Inuicti firmamentum, verique columnam.
Ac quia de cœlo monitus proſpexerat idem,
Affore mox, ipſoque in limine adeſſe, nouandis
Qui ſtudeant rebus, morem, ritusque ſacrorum
Obturbent, vulgi rudibus placitura canentes
Auribus; aduigilare iubet, pugnareque contrà,
Proq; Dei objectare domo, & ſe opponere murũ,
Lyſtrenſem iuuenem, nati complexus amore
Diſcipulum. Et quæ non conſulta ſalubria vitæ
Æternùm duratura, pater optimus ille
Prætereà charo capiti ſuggeſſit? Eant nunc
Nuper nati homines, patulo ſic ore crepantes,
Qui PAVLVM. PAVLVM ingeminant: &, (ſi modò poſſunt)
Deinde negent, qui diuinis altaribus adſunt
Diſtingui certis gradibus; diuiſaque fungi
Officia: ac pergant, vt fert ſua cuique voluntas,
Doctorum nullo veterum præeunte, facemque
Prætendente, ſacro teſtatis codice vtroque,

Digitized by Google

Quoſlibet oraclis maleſani affingere ſenſus.
Vndè tot in ſectas diſſectos ire neceſſum eſt,
Concordes opere hoc vno, vt, ſimul agmine facto
Nauiculam (at fruſtrà) tendant merſare Petræam.
Scilicet Herodes ſimul, & Pilatus, amicè
Conſpirant, agitur CHRISTI quum cauſſa necandi.
Sed quid ego hæc tenui ſtudeam comprendere Muſa,
Quæ noſter doctis STEVARTIVS omnia chartis
Ad longum memorans, Eburonum gloria, pandit.
Sancte faue cœptis, vrbs quem colit alta LEODI,
De lubris vrbs ter centum ſpectabilis illa,
Quam perhibent vna vix Roma matre minorem,
Præſidium, LAMBERTE, tuis Eburonibus ingens.
Tu ſuperûm regem, dominatoremque Deorum
Immenſo cuius ſolio jam proximus adſtas,
Flectito ſupplicibus votis, validoque precatu,
Numinis ille ſui mortales compleat aura,
Quò ſano PAVLINA queant oracula ſenſu
Accipere, implicitis non illa carentia nodis.

Tu

Tu precibus peſtemque fugans, pacemque reducens.
Comprime ſacrilegis infamia bella rapinis.
Quod patrio te pro Moſa, Rhenoq; bicorni,
Boiaricoque Iſtro, præſul diuine, rogamus.

DEO LAVS.

Approbatio Facultatis Theologicæ Ingolſtadienſis.

Præſens Commentarius in priorem S. Pauli Apoſtoli ad Timotheum Epiſtolam, Admodum Reuerendi & Ampliſſimi viri, Domini Petri Steuartij, S.T.D. atque in Academiâ Ingolſtadienſi SS. Literarum Profeſſoris, &c. Religioni congruit, tantâq; eruditione refertus eſt, vt omninò digniſſimum putem, qui typis excuſus, in aſpectum & manus Theologorum, cæterorumq; omnium veniat,

ADAMVS GERICHIVS S. T. Doctor & Profeſſor, Collegij Theologici pro tempore Decanus, & Academ. Rector, &c.

ARGVMENTVM PRIORIS D. *Pauli ad Timotheum Epiſtolæ.*

PAVLVS, Anno Chriſti 57. poſteaquam relicta Epheſo in Macedoniam veniſſet, Timotheo Eccleſiæ Epheſinæ antea præfecto Antiſtiti hanc epiſtolam miſit, quâ potiſſima Epiſcoporum munera præſcribit. Quorum primo, eam doctrinæ ſanæ rationem eſſe habendam præcipit, vt inanibus fabulis remotis & inutilibus quæſtionibus exterminatis, ſola fidei, ſpei & charitatis prædicatione, Euangelij ſum̄am conſtare omnes intelligant; ſicq; diuinæ legis ſcopum, Dei & proximi dilectionem eſſe cognoſcāt. Boni deinde paſtoris eſſe officiū inſinuās orationi vacare; pro quibus faciendæ, quales debeant eſſe, quóve ritu à diuerſi ſexus hominibus ſint fundēdæ preces, precationes & obſecrationes, declarat. Cuiuſmodi deinceps ab Epiſcopo ſint Eccleſiæ miniſtri pręficiendi, edocet: nempe vt ſint irreprehenſibiles, ſobrij, domui ſuę bene præſidentes, bonū ab ijs qui foris ſunt habētes teſtimonium; &c.

qui-

Digitized by Google

quibus bonum gradum & fiduciam in fide multam, ſi perſeuerauerint, pollicetur. Quod ideò prę-ſcribit, vt in Timotheo diſcant omnes animarū Paſtores, quomodo oporteat eos in domo Dei, quę eſt Eccleſia, verſari. Poſtea requirit, nō in Epiſcopo duntaxat, ſed in quouis ſacerdote & clerico, ne impoſturis eorum, qui diſcedunt à fide decepti, ſpiritibus erroris & dæmoniorū doctrinis attendant; ſed ad pietatem ſe potius exerceant, quę ad omnia vtilis eſt; & in verbo, conuerſatione, charitate, fide, bonum fidelibus exhibeant exemplum; inſtanteſque lectioni, exhortationi, doctrinæ, gratiam quæ illis data eſt, diligenter obſeruent; ſic eſſe futurum, vt ſe & alios ſaluos faciant. Vbi porrò de moribus erga omnis ſexus, ordinis & conditionis fideles, præcepta ſalutaria tradidit, ab Epiſcopo non in pauperes duntaxat liberalitatem & hoſpitalitatem exigit, ſed in Presbyteros, qui ſuo ritè funguntur officio, munificentiam requirit. Tum juriſdictione ſuâ, ſic vti ſacrorum principes deſiderat, vt omni culpâ carentes, ſuo cuique jure tributo, delicta coërceant. Quod ſi qui reprehendendi occurrant, ætatis & dignitatis diligentem vult haberi rationem. In his verò quæ hierar-

chiam

Digitized by Google

chiam Eccleſiaſticam concernunt, eorum tam vitæ, quam doctrinæ præmitti jubet examen, qui ad ſacros ordines ſunt admittendi; ne cuiuſquam peccatis dicatur Epiſcopus in ordinatione, communicaſſe. Poſtremò quæ ſint Euangelicæ prædicatoris partes commonſtrat; nempe populum in officio retinere. Quod demum fieri poterit, ſi Domini ſeruos, juxta diuinam legem, humaniter tractent; è contra Dominis etiam diſcolis & infidelibus ſerui morem gerant. Et, ſi diuites in Deo; non in opibus ſpem ſuam ponentes, diuitijs ritè vtantur, & cupiditatem malorum omnium radicem fugiant; juſtitiam potius, pietatem, fidem, charitatem, patientiam ſectentur: ſi magiſtratibus ſubditi obediant; ſi ſubditorum diligentem curam & ſolicitudinem ſuperiores gerant, &c. Sic enim futurum eſſe prædicit, vt vocatione ſuâ contenti, inuidiæ, contentioni, blaſphemiæ, malis ſuſpicionibus nuntio remiſſo, Dei mandata diligenter obſeruent, ac vitam conſequantur æternam.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT I.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecūdum 1.
imperiū Dei, Saluatoris noſtri, & Chriſti
Ieſu, ſpei noſtræ: * Timotheo dilecto 2.
filio in fide: * Gratia, miſericordia, & pax à Deo 3.
patre; & Chriſto Ieſu Domino noſtro. * Sicut ro- 4.
gaui te, vt remaneres Epheſi, cùm irem in Mace-
doniam; vt denuntiares quibuſdā, ne aliter do-
cerent, * neq; intenderent fabulis, & genealogiis 5.
interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis,
quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. * Finis 6.
autem præcepti eſt charitas, * de corde puro, & 7.
conſcientiâ bonâ, & fide non fictâ. * A quibus 8.
quidam aberrantes, cōuerſi ſunt in vaniloquiū;
* volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes 9.
neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.
* Scimus autē quia bona eſt lex, ſi quis eâ legiti- 10
mè vtatur: * ſciens hoc, quia lex iuſto nō eſt po- 11
ſita; ſed iniuſtis, & non ſubditis, impiis & pecca-
toribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis &
matricidis, homicidis, fornicariis, maſculorum
cōcubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris,
* & ſi quid aliud ſanę doctrinę aduerſatur, * quę 12
eſt ſecundū Euangelium gloriæ beati Dei, quod 13

14 creditum eſt mihi. * Gratias ago ei, qui me con-
15 fortauit Chriſto Ieſu Domino noſtro, * quia fi-
delem me exiſtimauit, ponens in miniſterio:
16 * qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & con-
tumelioſus; ſed miſericordiam Dei conſecutus
17 ſum, quia ignorans feci in incredulitate. * Super-
abundauit autem gratia Domini noſtri, cum fi-
18 de & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu. * Fidelis
ſermo & omni acceptione dignus: quòd Chri-
ſtus Ieſus venit in hunc mūdum peccatores ſal-
19 uos facere, * quorum primus ego ſum. * Sed id-
20 eò miſericordiam conſecutus ſum: vt in me pri-
mo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patienti-
am, ad informationem eorū, qui credituri ſunt
21 illi, in vitam æternam. * Regi autem ſeculorum
22 immortali, inuiſibili, * ſoli Deo honor & gloria
23 * in ſæcula ſeculorum. Amen. * Hoc præceptū
24 cōmendo tibi fili Timothee: * ſecundū præce-
25 dentes in te prophetias, vt milites in illis bonam
militiam, habens fidem, & bonam conſcientiā,
26 * quam quidam repellentes, circa fidem nau-
fragauerunt; ex quibus eſt Hymenæus & A-
27 lexander: * quos tradidi Sathanæ, vt
diſcant non blaſphe-
mare.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIJ, IN PRIOREM D. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM, EPISTOLAM.

CAPVT I.

Paulus Apoſtolus IESV CHRISTI, *ſecundum imperium Dei, Saluatoris noſtri, &* CHRISTI IESV, *ſpei noſtræ.*

Sicut Reipub. plurimum intereſt, vt eorum, qui legatione aliquâ funguntur, authoritas perſpecta habeatur: ita non parum refert in Eccleſiâ cognoſcere, cuius imperio, aut iuſſu quiuis Doctor, aut Prælatus, ad docendi, vel gubernandi munus acceſſerit. Paulus proinde, in ipſo omnium ferè ſuarum epiſtolarum limine, priuſquã, aut de fide dogmata, aut de moribus præcepta, proponat, vocationis, officij, dignitatisq; ſuæ cauſam, rationemq; ſemper exponit. 1.

Apoſtolatus, nomen dignitatis.

Eſt autem Apoſtolatus in Eccleſiâ, non tam miniſterij, & functionis, quam dignitatis, & poteſtatis no-

Digitized by Google

Hinc ſacer antiſtes, quę ſint ſua munia, diſcat:
Et virtute potens, doctrinæque vbere cornu
Diues; & exemplo populos formare ſuopte
Ad frugem: tum ſi quid habent dubitabile caſta
Eloquia illa Dei, nouies fornace recoctum
Suprà aurum pretioſa, ſupraq; topazion omnem,
Si perplexum aliquid, ſi quid tectum, inque volutum,
E ſenſu veterum ſciat enodare parentum.
Diſcat & aſſeclas tanti, ſocioſque laboris
Alligere eximios, notæ probitatis, & vſus:
Inque pio cætu, terris qui militat, eſſe
Cum prece tendendum duplices ad ſidera palmas
Aſſiduè, placida pro pace, ſaluteque regum,
Proque magiſtratus: ſummum idque probare Tonantem:
Qui quantum eſt hominum, quot Adami vbicunque nepotes.
Omnes eſſe velit, nullo diſcrimine, ſaluos.
Ergò Dei miſerantis opus, quod pectore Saulũ,
Fulminis afflatu, pede proculcare parantem
CHRISTIADVM tenero fruticans vix germen in ortu,
Expulerit, Tarſenſis ouans hic noſter apertè
Agno-

Digitized by Google

Agnoſcit,magnaq; lubens quoq; voce profatur.
Idem & concilium, ſeſe quo lecta Deo gens
Congregat vnius Fidei,vniuſque lauacri
Fœdere luſtralis,quam latè extenditur orbis,
Obſtricta vnanimis,meritò proclamat habēdum
Inuicti firmamentum, veriq́ue columnam.
Ac quia de cœlo monitus proſpexerat idem,
Affore mox,ipſoq́ue in limine adeſſe,nouandis
Qui ſtudeant rebus, morem,ritusq́ue ſacrorum
Obturbent,vulgi rudibus placitura canentes
Auribus; aduigilare jubet, pugnareq́ue contrà,
Proq; Dei objectare domo, & ſe opponere murū,
Lyſtrenſem juuenem,nati complexus amore
Diſcipulum. Et quæ non conſulta ſalubria vitæ
Æternùm duratura, pater optimus ille
Prætereà charo capiti ſuggeſſit? Eant nunc
Nuper nati homines,patulo ſic ore crepantes,
Qui PAVLVM. PAVLVM ingeminant:&,(ſi modò poſſunt)
Deinde negent, qui diuinis altaribus adſunt
Diſtingui certis gradibus; diuiſaque fungi
Officia: ac pergant, vt fert ſua cuique voluntas,
Doctorum nullo veterum præeunte,facemque
Prætendente, ſacro teſtatis codice vtroque,

 Quoſſi-

Digitized by Google

Quoſlibet oraclis maleſani affingere ſenſus.
Vndè tot in ſectas diſſectos ire neceſſum eſt,
Concordes opere hoc vno, vt, ſimul agmine facto
Nauiculam (at fruſtrà) tendant merſare Petræam.
Scilicet Herodes ſimul, & Pilatus, amicè
Conſpirant, agitur CHRISTI quum cauſſa necandi.
Sed quid ego hæc tenui ſtudeam comprendere Muſa,
Quæ noſter doctis STEVARTIVS omnia chartis
Ad longum memorans, Eburonum gloria, pandit.
Sancte faue cœptis, vrbs quem colit alta LEODI,
Delubris vrbs ter centum ſpectabilis illa,
Quam perhibent vna vix Roma matre minorem.
Præſidium, LAMBERTE, tuis Eburonibus ingens.
Tu ſuperûm regem, dominatoremque Deorum
Immenſo cuius ſolio jam proximus adſtas,
Flectito ſupplicibus votis, validoque precatu,
Numinis ille ſui mortales compleat aura,
Quò ſano PAVLINA queant oracula ſenſu
Accipere, implicitis non illa carentia nodis.

Digitized by Google

Tu precibus peſtemq́ue fugans, pacemq́ue reducens.
Comprime ſacrilegis infamia bella rapinis.
Quod patrio te pro Moſa, Rhenoq; bicorni,
Boiaricoq́ue Iſtro, præſul diuine, rogamus.

DEO LAVS.

Approbatio Facultatis Theologicæ Ingolſtadienſis.

Præſens Commentarius in priorem S. Pauli Apoſtoli ad Timotheum Epiſtolam, Admodum Reuerendi & Ampliſſimi viri, Domini Petri Steuartij, S.T.D. atque in Academiâ Ingolſtadienſi SS. Literarum Profeſſoris, &c. Religioni congruit, tantâq; eruditione refertus eſt, ut omninò digniſſimum putem, qui typis excuſus, in aſpectum & manus Theologorum, cæterorumq́; omnium veniat,

ADAMVS GERICHIVS S. T. Doctor & Profeſſor, Collegij Theologici pro tempore Decanus, & Academ. Rector, &c.

ARGVMENTVM PRIORIS D. Pauli ad Timotheum Epiſtolæ.

PAVLVS, Anno Chriſti 57. poſteaquam relictâ Epheſo in Macedoniam veniſſet, Timotheo Eccleſiæ Epheſinæ antea præfecto Antiſtiti hanc epiſtolam miſit, quâ potiſſima Epiſcoporum munera præſcribit. Quorum primo, eam doctrinæ ſanæ rationem eſſe habendam præcipit, vt inanibus fabulis remotis & inutilibus quæſtionibus exterminatis, ſola fidei, ſpei & charitatis prædicatione, Euangelij ſum̄am conſtare omnes intelligant; ſicq; diuinæ legis ſcopum, Dei & proximi dilectionem eſſe cognoſcãt. Boni deinde paſtoris eſſe officiũ inſinuãs orationi vacare; pro quibus faciendæ, quales debeant eſſe, quóve ritu à diuerſi ſexus hominibus ſint fundẽdæ preces, precationes & obſecrationes, declarat. Cuiuſmodi deinceps ab Epiſcopo ſint Eccleſiæ miniſtri pręficiendi, edocet: nempe vt ſint irreprehenſibiles, ſobrij, domui ſuę bene præſidentes, bonũ ab ijs qui foris ſunt habẽtes teſtimonium; &c.

qui-

Digitized by Google

quibus bonum gradum & fiduciam in fide mul
tam,ſi perſeuerauerint,pollicetur.Quod ideò pr
ſcribit, vt in Timotheo diſcant omnes animari
Paſtores,quomodo oporteat eos in domo Dei,qu
eſt Eccleſia,verſari. Poſtea requirit,nō in Epiſcop
duntaxat,ſed in quouis ſacerdote & clerico,ne im
poſturis eorum, qui diſcedunt à fide decepti, ſp
ritibus erroris & dæmoniorū doctrinis attendan
ſed ad pietatem ſe potius exerceant,quę ad omni
vtilis eſt;& in verbo,conuerſatione,charitate,fid
bonum fidelibus exhibeant exemplum; inſtan
teſque lectioni, exhortationi, doctrinæ, gratiam
quæ illis data eſt, diligenter obſeruent; ſic eſſe fu
turum,vt ſe & alios ſaluos faciant. Vbi porrò d
moribus erga omnis ſexus, ordinis & condition
fideles, præcepta ſalutaria tradidit, ab Epiſcop
non in pauperes duntaxat liberalitatem & hoſp
talitatem exigit, ſed in Presbyteros, qui ſuo rit
funguntur officio,munificentiam requirit. Tu
juriſdictione ſuâ, ſic vti ſacrorum principes de
derat,vt omni culpâ carentes, ſuo cuique jure tr
buto,delicta coërceant. Quod ſi qui reprehen
dendi occurrant, ætatis & dignitatis diligenter
vult haberi rationem. In his verò quæ hiera
chiar

Digitized by Google

chiam Eccleſiaſticam concernunt, eorum tam vitæ, quam doctrinæ præmitti jubet examen, qui ad ſacros ordines ſunt admittendi; ne cuiuſquam peccatis dicatur Epiſcopus in ordinatione, communicaſſe. Poſtremò quæ ſint Euangelicæ prædicatoris partes commonſtrat; nempe populum in officio retinere. Quod demum fieri poterit, ſi Domini ſeruos, juxta diuinam legem, humaniter tractent; è contra Dominis etiam diſcolis & infidelibus ſerui morem gerant. Et, ſi diuites in Deo; non in opibus ſpem ſuam ponentes, diuitijs ritè vtantur, & cupiditatem malorum omnium radicem fugiant; juſtitiam potius, pietatem, fidem, charitatem, patientiam ſectentur: ſi magiſtratibus ſubditi obediant; ſi ſubditorum diligentem curam & ſolicitudinem ſuperiores gerant, &c. Sic enim futurum eſſe prædicit, vt vocatione ſuâ contenti, inuidiæ, contentioni, blaſphemiæ, malis ſuſpicionibus nuntio remiſſo, Dei mandata diligenter obſeruent, ac vitam conſequantur æternam.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT I.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecūdum 1
imperiū Dei, Saluatoris noſtri, & Chriſti
Ieſu, ſpei noſtræ: * Timotheo dilecto 2
filio in fide: * Gratia, miſericordia, & pax à Deo 3
patre; & Chriſto Ieſu Domino noſtro. * Sicut ro- 4
gaui te, vt remaneres Epheſi, cùm irem in Mace-
doniam; vt denuntiares quibuſdā, ne aliter do-
cerent, * neq; intenderent fabulis, & genealogiis 5
interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis,
quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. * Finis 6
autem præcepti eſt charitas, * de corde puro, & 7
conſcientiâ bonâ, & fide non fictâ. * A quibus 8
quidam aberrantes, cōuerſi ſunt in vaniloquiū;
* volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes 9
neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.
* Scimus autē quia bona eſt lex, ſi quis eâ legiti- 10
mè vtatur: * ſciens hoc, quia lex iuſto nō eſt po- 11
ſita; ſed iniuſtis, & non ſubditis, impiis & pecca-
toribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis &
matricidis, homicidis, fornicariis, maſculorum
cōcubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris,
* & ſi quid aliud ſanę doctrinę aduerſatur, * quę 12
eſt ſecundū Euangelium gloriæ beati Dei, quod 13

Digitized by Google

COMMENTARIJ, IN PRIOREM D. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM, EPISTOLAM.

CAPVT I.

Paulus Apoſtolus IESV CHRISTI, *ſecundum imperium Dei, Saluatoris noſtri, &* CHRISTI IESV, *ſpei noſtræ.*

SIcut Reipub. plurimum intereſt, vt eorum, qui legatione aliquâ funguntur, authoritas perſpecta habeatur: ita non parum refert in Eccleſiâ cognoſcere, cuius imperio, aut iuſſu quiuis Doctor, aut Prælatus, ad docendi, vel gubernandi munus acceſſerit. Paulus proinde, in ipſo omnium ferè ſuarum epiſtolarum limine, priuſquã, aut de fide dogmata, aut de moribus præcepta, proponat, vocationis, officij, dignitatiſq; ſuæ cauſam, rationemq; ſemper exponit. 1

Apoſtolatus nomen dignitatis.

Eſt autem Apoſtolatus in Eccleſiâ, non tam miniſterij, & functionis, quam dignitatis, & poteſtatis no-

men; (quicquid Caluinus contra obganniat) ad cuius honorem in eâ, quæ Romanis eſt ſcripta, cap. 1. ſe *vocatum* dicit Paulus; inſinuans, ſe non modò non affectaſſe, vel ambiuiſſe hanc dignitatem; ſed nec eius ſibi titulum arrogaſſe, contra id, quod ipſemet ſcribit; Hebr. cap. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem; ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:* Et, vt dixit Ioannes, cap. 3. *Non poteſt homo accipere quicquam, niſi ei fuerit datum de cælo*: Nemo enim debet ſibi maiorem præſtantiam, & authoritatem accipere, quam ſit ei à Deo cōceſſa.

Paulus, vas electionis vocatus.

Quando in Apoſtolum ſit electus.

Vt ergo omnibus conſtaret, vnde ſibi tantæ dignitatis gradus obtigiſſet, Galatis ſcribens, *non ab hominibus, neque per hominem; ſed per Ieſum Chriſtum Deum, & patrem,* ſe deſignatum eſſe Apoſtolum, confirmat; quemadmodum Dominus ipſe, Actor. cap. 9. Ananiæ declarârat dicens: *Vas electionis*, ſiue electum, *eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſraël.* Tunc verò ad muneris Apoſtolici functionem obeundam miſſus eſt Paulus, cùm, Act. 13. cap. Spiritus ſanctus Collegio Apoſtolico mandauit, vt *ſegregaret ſibi Saulum & Barnabam, in opus, ad quod,* inquit, *aſſumpſi eos*; cuius operis executio, demum per tres illos perinſignes Apoſtolos, & *columnas Eccleſiæ, Petrum, Iacobum, & Ioannem*, confirmata eſt, quando dextras Paulo, & Barnabæ dederunt; vt ipſi in circumciſione, illi autem in Gentes, Apoſtolici muneris officium exercerent: Tum enim primùm teſtari cæpit Paulus, ſe vas vtenſile, ad Dei opus ſingulare, non eſſe ſolum electum; (vt exponit Oecumenius) ſed etiam probatum, & in viâ excoctum, vt ſolent in fornace vaſa, vtq; ſueuit Deus ſuos antea probare: Quaſi in-

Apoſtolici muneris executio quādo in Paulo, & Barnaba confirmata.

Digitized by Google

ſi innueret Dominus; ſe huic vaſi ſuum nomen credidiſſe, atque ideò non ſolum Ananiam, & reliquos ſuos diſcipulos, ſed totum inſuper mundum, ei fidem adhibere poſſe, & debere.

Cur Dei imperio ſe vocatu. dicat Paulus.

Ideò verò ſe *Dei imperio* ritè, tùm vocatum, tùm ad prædicandum fuiſſe amandatũ, tam Iudæis, quàm Gentibus inculcat, vt ſui muneris eſſe declararet, Dei verbum conſtanter, fidenterque annuntiare; quaſi videlicet deſtinatus eſſet à Chriſto, vt portet nomen ipſius, non ſolum transferendo, & circumferendo per diuerſa loca; ſed etiam, vt (quod ipſemet poſtea 1. Corint. cap. 9. dixit) ſibi impoſitam Euangelizandi ſummam *neceſſitatem*, ac diſpenſationem declaret, cum graui comminatione, & periculi metu, niſi id faciat diligenter; & ſic fideles *non circumferantur omni vento doctrinæ, tanquam paruuli fluctuantes:* Quod tum facillimè funeſta docet experientia accidere, cùm exeunt falſi Prophetæ in mundum; de quibus dicit Dominus, Hiere. cap. 23. *Non mittebã prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant:* quemadmodum & hac tempeſtate, non ſine communi bonorum luctu, ex Lutheri, & Caluini ſcholâ, vel potius ſentinâ, prodierunt *magiſtri* mendaces, *auribus prurientes*, qui, tum ambitione, tum pietatis, & religionis perturbandæ ſtudio, docendi prouinciam ſibi nequiter vſurpârunt.

Epheſ. 4.

Hæretici, falſ prophetæ.

Lutheri & C. uini ſchola pe. uerſa doctrina ſeminarium.

2. Tim. 4.

Lex Ciuilis, Legatis recipiendis.

Certè, lex Imperialis, C. *De mandatis principum.* L. Vnica, quæ incipit: *Si quis afferat*; dicit, quod non debet credi alicui, ſe eſſe legatum dicenti, aut à principe miſſum, niſi in effectum literas ſuæ legationis commonſtret: Cui lex Eccleſiaſtica conſentiens, (de quâ habetur in Decret. diſtinct. 97. *nobiliſſimus*) vult,

quod legatus, ſiue ſedis Apoſtolicæ, ſiue cuiuſcunq; commiſſionis & functionis, literas exhibeat.

Quod ſi ius vtrumque exigit ab iis, qui ſe deſtinatos ad negotia publica affirmant commiſſarios, vt ſuæ functionis auctoritatem tabulis expreſſis cõfirment; quantò magis idipſum iis, qui ſe à Deo miſſos Doctores, & Paſtores venditant, incumbet, vt omnis abusûs occaſione ſublatâ, omne erroris periculum procul ab Eccleſiæ finibus arceatur, maximè, quod Matth. 24. cap. prædixerit Dominus, *multos pſeudoprophetas venturos, vt multos ſeducant*; quemadmodum infra, cap. 6. idipſum confirmat noſter Apoſtolus. Ob quam etiam cauſam, ſapienter monet Ioannes, 1. Ioan. 4. *ne credamus omni ſpiritui, ſed vt probemus ſpiritus, an ſint ex Deo, quoniã*, inquit, *multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum*. Sed de his plura cap. 4.

Doctores fidei, de doctrina ſua probandi.

Deus pater cur Saluator.

1\. *Deum* autem *patrem, Saluatorem* vocat Apoſtolus, eo quod is author ſit noſtræ ſalutis; operando ſcilicet ſua miſericordia noſtrã ſalutem; quia miſit filium ſuũ in hunc mundum, vt nos ille effuſione ſui ſanguinis ſaluaret, Deo reconciliaret, tyrannidemq; Diaboli in nos ſæuientis excuteret, legem peccati & mortis abolendo, teſte Ioanne cap. 3. dicente: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat ſed habeat vitam æternam: non enim miſit filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum*. Et Paulo, Epheſ. 2. *Deus*, inquit Apoſtolus, *qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati*.

2\. Aliam cauſam reddunt Chryſoſtomus, Ambroſius,

ſtus, Theophylactus, quod videlicet quicquid ſit operatus Chriſtus pro ſalute totius mundi, operatus ſit & pater & Spiritus ſanctus: non enim ſunt opera Trinitatis diuiſa: licet ſolus filius Dei, factus ſit hoſtia peccati, pro ſalute noſtra; quam ob cauſam, peculiari nomine, IESVS, id eſt, Saluator appellatur: *Non enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Et hoc Saluatoris epitheton, eſſentialiter Deo conuenit: *Saluum enim à peccatis facere*, ſolius Dei eſt: Vnde Oſeæ cap. 1. *Saluabo*, inquit, *eos in Domino Deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis*, &c. Iob. cap. 14. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu, qui ſolus es?* Quaſi diceret, hominem originarij peccati labe contaminatum, multiſque iniquitatum ſordibus, ablui, mundarique non poſſe; niſi à ſolo Deo, qui, apud Eſaiam, cap. 33. dicit: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me.* Sic Luc. cap. 5. Phariſæis contra Dominum murmurantibus; *Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* adhibito miraculo, os obſtruxit, vt ſignificaret, ad Euangelij gratiam pertinere, vt peccata, (quod Dei alioquin proprium eſt) ſuo modo poſſint homines remittere. Didicerant autem ex Pſal. 67. Phariſæi Deum noſtrum à Dauide ſolitum vocari *Deum ſaluos faciendi*; quaſi ipſius ſingulare opificium, propriumque munus eſſet, hominum operari ſalutem: qui ſemper & *ante ſæcula operatus eſt ſalutem hominum in medio terræ.* Pſalm. 75. Solus enim is eſt, qui à peccatorum inquinamentis ita facere mundum, eiuſque generis *hyſſopo aſpergere* homines poteſt, vt mundati, *ſuper niuem dealbentur*, Pſal. 50. licet eorum *peccata, coccini inſtar, rubra fuiſſent.* Eſai. 1. Quomodo

autem

Digitized by Google

Chriſtus Saluator.

autem titulus *Saluatoris*, Chriſto ſecundum humanitatem conueniat, dicetur cap. 2. vbi de mediatore futurus eſt ſermo.

Chriſtus, quomodo ſit Spes noſtra.

Via perueniendi ad beatitudinem.

Chriſtus homo via ad vitam.

Via, quid:

Hoc autem loco, vocat Chriſtum *Spem noſtram* Apoſtolus, quia, vt Deus, eſt primarium rationalis creaturæ obiectum: In eo enim perfecta rationalis creaturæ fælicitas, & ſumma beatitudo conſiſtit, in quam, licet ad conſequendam difficilem, atque arduam, partim diuino auxilio, partim mediis, diuinitus ad eandem obtinendam inſtitutis, fertur hominis voluntas: Chriſtus verò, vt homo, eſt via rectiſſima, per quam, ad huius hæreditatis poſſeſſionem capiendam tendimus, & dirigimur. Hinc eſt, quod Ioan. cap. 14. ſe *viam* vocet, quod, ſicut via eſt, per quam à termino vno, ad alterum fit tranſitus; ita per Chriſtum, à peccato in iuſtitiam; & ab hoc ſæculo, in æternam beatitudinem ſit veniendum; nempe fide in ipſum, & obſeruantiâ mandatorum ipſius, quemadmodum inſinuat ad Epheſios ſcribens, cap. 2. Apoſtolus: *Per ipſum habemus acceſſum ambo, in vno ſpiritu, ad patrem.* Vnde rectè Auguſtinus, lib. 11. de Ciuitate Dei, cap. 2. *Homini*, inquit, *eſt iter ad Deum per Deum, & hominem, qui eſt Chriſtus. Deus* enim *pater*, iuxta principem Apoſtolorum, 1. Petr. cap. 1. *ſecundum miſericordiam ſuam magnam, regenerauit nos, per reſurrectionem* IESV *Chriſti, in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam*, &c. quæ nunc quidem nobis non offertur, ſed in cœlis, poſt hanc mortalem vitam, aſſeruatur. Vnde eſt, quod Paulus, eius, quæ eſt ad Romanos, cap. 5. iuſtificatos ex fide hortetur; vt *pacem habeant ad Deum, per Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM; *per quem & habemus acceſſum in gratiam iſtam*

Dei miſericordia vocati ſumus, per Chriſtum, ad beatitudinem.

ſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

Dei enim filij in Chriſto acquieſcentes, ſibi facilè perſuadent, Deum patrem, in quem credunt, cuius voluntati, & præceptis obſequuntur, perpetuò ſibi fore propitium, & protectorem per Chriſtum, per quem gratuitò *remittuntur iniquitates, & teguntur peccata:* Licet aliter hanc ſpem, & confidentiam ſentiant recens cõuerſi ad Deum, & aliter, qui longo tempore, magnoq; ſtudio, virtutib. incubuerunt, & in diuinorum præceptorum obſeruantiâ, effectioneque bonorum operum ſeſe exercuerunt: vtrique tamen ſperant, quòd, ſicut per Chriſtum adepti ſunt gratiam iuſtificationis, cùm anteà eſſent inimici Dei; ita per eundem, multo magis, cùm iam Deo reconciliati ſint, factiq; eius filij, gloriæ cœleſtis patrimonium ſint adepturi. Hinc cum Apoſtolo, ſæpe *gloriantur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operetur; patientia autem probationem; probatio verò ſpem.* Qui enim aliquâ experientiâ didicit, quod nullis rebus aduerſis, à diuinæ legis obſeruantiâ, cultuq; virtutum deduci poſſit, vehementer erigitur in ſpem vitæ cœleſtis, & magna de eo ſpes haberi poteſt, tam ab ipſomet, quam ab aliis, quod ad æternam Dei hæreditatem, Chriſto tanquam oſtio, & viâ, ſit admittendus, ſecundum illud Sapient. cap. 3. *Probauit eos Deus, & inuenit illos dignos ſe:* Hinc *abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuunt in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* Ad Titum, cap. 2.

Piorum in Deo fiducia.

Pſalm. 31. & Rom. 4.

Spes recens cõuerſorum, & diu in virtutibus exercitatorum, diuerſa.

Rom. 5.

Iuſtorum in tribulatione gloriatio unde.

II. *Timotheo dilecto filio in fide.*

Laudes Timothei. Hunc Timotheum miris laudibus effert, diuerſis locis, Apoſtolus, quas in vnum faſcem, cap. 16. verſ. 2. Actorum, comportauit Ioannes Lorinus, & nos ſuis locis, etiam non præteribimus. Refert, dicto Actorum Apoſtolicorum capite, S. Lucas, hunc Timotheum à Paulo, Lyſtram & Derben veniente, Iudæâ muliere, patre verò gentili prognatum, iam fide ſuſceptâ Chriſti, diſcipulum fuiſſe repertum; cui, cùm bonum teſtimonium, qui Lyſtris, & Iconij erant fratres redderent, itineris Pauli ſocius, diſcipulus, & Secretarius effectus, propter Iudæos, (qui erant in iis locis) poſtea circumciſus eſt. Nec immeritò *dilecti filij* nomine, frequenter illum dignatur Apoſtolus, *Timothei nominis etymon.* quia *ſecundum nomen eius; ita & laus ipſius*, Pſal. 47. Timotheus enim, vel honorem Dei, vel Deum honorantem, vel etiam à Deo honoratum ſignificat.

Diligebat ſcilicet, germanus ille natus, quæ diligebat pater, in nullo ab eo diſſentiens; ne haberet occaſionem dicendi pater, quod, cap. 1. Iſaiæ, dicit Dominus: *Filios enutriui, & exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me.* Quemadmodum enim filius Dei naturalis Chri- *Christus, Dei filius, imago patris.* ſtus, eſt imago patris; ita filios Dei adoptatos, imagines patris, per imitationem eſſe, neceſſe eſt, iuxta illud, Matth. 5. *Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Quamobrem, D. Leo: *Si ad humanam pertinet laudem*, inquit, *vt patrum decus in prole reſpondeat; quanto magis glorioſum eſt, à Deo natos in auctoris ſui imaginem refulgere, & illum in ſe oſtendere, qui illos generauit?* Hinc eſt, quod toties Chriſti cultores, ad ſui imitationem prouocans Apoſtolus; *Imitatores*, inquit, *mei*

Digitized by Google

mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. 1. Corinth. 4. & 11. Philip. cap. 3.

Timotheus, imitator Chriſti & Pauli.

Eiuſmodi nactus Chriſti, ſuiq; imitatorem Timotheum, ſibi in fidei, & religionis negotio per omnia conſentientem, iure *dilectum* vocat; quemadmodum & 1. Cor. cap. 4. *Miſi*, inquit, *ad vos Timotheum, filium meum chariſſimum, & fidelem in Domino*, &c. Quo nomine, non tantum ſignificat, à ſe Timotheum vnicè diligi; verum & ab aliis fratribus, quos nimirum ille ipſe redamare debeat, & potiſſimum à Deo; quod indicat Paulus; Chriſtianos omnes Rom. 1. *dilectos Dei* nuncupando. Et in hoc genere primus eſt Chriſtus, filius Dei naturalis, à Deo patre ſic appellatus; Matth. 3. & 17. & noſtrâ, ſuper omnes alios, dilectione digniſſimus, atque hoc nomine, cum ſponsâ in Canticis, paſſim, & Eſaiæ cap. 5. vt animarum noſtrarum ſponſus, ſuauiter vſurpãdus, cùm ſciamus, quod *Deus gratificauit nos in dilecto filio ſuo.* Epheſ. cap. 1. & quod nos illi longe chariores ſumus, quam quos in veteri Teſtamento, nominabat *dilectos* Deuter. 32. & Ierem. 11. quippe, qui etiam *recalcitrarent, & ſcelera multa committerent*, ac denique in lege ac ſtatu, non amoris, & filiorum; ſed ſeruorum & timoris adhuc verſarentur. Rom. 8. Et quamuis filij quoque eſſent ij, qui iuſti; attamen comparatione noſtri, quodammodo aſcititij; nos tanquam vnigeniti.

Chriſtus, dilectus Dei.

Chriſtus animarum ſponſus.

Chriſti in nos dilectio comparata dilectioni in iuſtos Veteris teſtamenti.

Paulus parens à ſe conuerſorum.

Familiare autem fuit Paulo, ſe eorum parentem nominare, quorum vitæ ſpiritualis cauſa, authorq; extitiſſet; quibus nempe, ſe prædicante, *poteſtas* fuiſſet *data, filios Dei fieri, his* ſcilicet, *qui in nomine Chriſti*, ad eius, vel Apoſtolorum prædicationem, *credidiſſent*. Quamobrem, officij, quos *in fide*, id eſt, per fidem

 (cre-

(crebra eſt enim præpoſitionis (in) pro (per) in ſcripturâ ſignificatio) *genuerat*, monens, vt filios chariſſimos Corinthios, ampliſſimis his verbis affatur: *Nam ſi decem millia pædagogorum*, inquit, *habeatis in Chriſto; ſed non multos patres: Nam in Chriſto* IESV, *per Euangelium, ego vos genui*, 1. Cor. 4. Genuerat enim eos fidei verbo, quod ab hominibus auditum, & in cordis humani terram ſparſum, boni ſeminis eſt inſtar; quemadmodum, cap. 1 inſinuat Iacobus, dicens, Deum *voluntariè nos genuiſſe verbo veritatis*.

Verbum Dei, ſemini comparatum.

Tres hominis generationes in ſcriptura repertæ.

Trium autem ſcriptura generationum hominis, mentionem facit. (quemadmodum notauit Card. Toletus, in cap. 3. Ioan.) Prima eſt naturalis, qua homo naſcitur in ſuo Eſſe naturali, vt ſit homo, & filius hominis tantum; Et hæc calamitoſa eſt natiuitas poſt peccatum parentum; eò, quod non ſolum naſcatur homo hominis filius, ſed etiam peccator, & filius peccatoris, Pſal. 50. *In iniquitatibus cõceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Secũda generatio hęc eſt, quę fit per Baptiſmum, qua homo, ex filio hominis, filius Dei factus, & ex ſeruitute peccati, legiſq́;, in filiorum libertate conſtituitur, & qua peccato infecta natura, iuſtitiam & ſanctitatem induta, filiorum Dei recipit adoptionem. Habet tamen hic ortus aliquid miſeriæ, quia ſic generatus, adhuc huius mundi calamitatibus manet ſubiectus; mortalis ſcilicet, & patibilis. Tertia generatio eſt perfecta, & integra, quæ eſt corporum reſurrectio, quæ ab omni morte, & miſeriâ eſt libera, de qua Matth. 19. cap. loquitur Dominus: *In regeneratione, cum ſederit filius hominis*, &c.

Prima Generatio Naturalis.

Secunda. Generatio baptiſmi.

Generationis per baptiſmum factæ incommodum.

Tertia. Generatio ad gloriã.

De qua generatione Paulus loquatur.

Harum ſecundæ generationis mentionem facit Apoſtolus, cùm diſcipulos ſuos appellat filios, quos à Chri-

Digitized by Google

Chriſto ſi ſubinde ita contingat deficere, vt homines quodammodo ſpirituales eſſe deſinant, à ſe tum eos rurſus concipi, inſinuat, cùm operam, monendo, & cohortando, ſingularem nauat, vt in iis iteratò Chriſtus formetur; hoc eſt, vt expreſſam Chriſti imaginē, quam ſuo vitio perdiderant, poſſint recuperatam induere; quemadmodum de Galatis, ipſe teſtatur, quos compellans: *Filioli*, inquit, *quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis:* Voce *parturiendi*, ſummos dolores, & cruciatus ſignificans, quos ille, parturientis mulieris inſtar, patiebatur, donec ad fidei lucem, vnde filij per errorem, & impoſtorum fraudes, exciderant, poſſent reuocari: Nam partûs nomine, impij conuerſio, frequenter in ſacris literis ſignificatur, quod multis lamentis, magnoq́ue auxilio ſit opus, vt in priorem gratiam, & libertatem ab omni reatu, reſtituantur, prolapſi propriâ culpâ, filij.

Paulus parturienti ſe comparat, & eius ratio.

III.

Gratia, miſericordia, & pax à Deo patre, & CHRISTO IESV, Domino noſtro.

Loco eius, quo Latini dicunt ſalutem, & Græci χαίρειν, id eſt, gaudere, & bene agere, vtitur Apoſtolus aliâ formâ, *gratiam* nempe, dilecto diſcipulo, *& miſericordiam, & pacem* imprecando: qua formâ, non vt Iudæorum (qui pacem alicui in ſalutationis formâ & optare ſoleban, quoties ab iis, quos ſalutabant, timorem remouentes, bono animo eſſe iubebant) morem ſequeretur, eſt vſus, qui deſtructor erat Iudaiſmi; ſed vt officio ſuo defenderet prædicationem creatoris: *Quam ſpecioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem.* Eſai. 52. Rom. 10.

Forma ſalutādi Paulo familiaris.

Iudæorum ſalutandi mos.

Et hæc forma, licet Paulo ſit, initio plurium ſua-

Miſericordiam Timotheo, & Tito cur Paulus imprecetur.

rum epiſtolarum, ſemper familiaris, & quodammodo conſueta; ſingulare tamen eſt, quod ingenuis, Timotheo, & Tito in fide filiis, *miſericordiæ* affectum à Deo adiungi petit, quemadmodum annotauit D. Auguſtinus expoſit. inchoat in epiſt. ad Rom. Et hoc quidem, vt non ſolum affectus ſui paterni in ipſos magnitudinem oſtendat, ſed & vt Eccleſiæ præſulibus maiori, quàm aliis, opus eſſe gratiâ, declaret; vt, qui videlicet cæteros inſtruunt, ſemper meminiſſe velint quod, quemadmodum pluribus indigent, ita, erga alios clementiæ, manſuetudinis, & compaſſionis partes ante omnia tueri debeant: Quaſi diceret, non ſatis eſſe Epiſcopo, gaudere peccatorum remiſſione, & gratiæ diuinæ dono; niſi Deus & alia dona eiſdem addat, quibus grauiores tentationum impetus frangi queant.

Miſericordia, fons donorum Dei.

Eſt autem *miſericordia* omnium Dei donorum fons, & origo: propterea namq; donat, quia miſeretur. Fons autem eſt, qui exhauriri nunquam poteſt: infinitis enim aquis ſcaturit, eo totum cœlum, totaque irrigatur terra. Quemadmodum paradiſi ille fluuius, Gen. cap. 2. in quatuor diuidebatur fluuios; ſic infinitum diuinæ miſericordię flumen, in quatuor diſtribuitur flumina: quæ cœlorum, terræq; orbes irrigant. Primum flumen, eſt creationis: Secundum gubernationis; Tertium, redemptionis: Quartum glorificationis. Ex profundiſſimo miſericordiæ pelago creatio orbis effluxit; ex eodem effluxit redemptio; gubernatio; hominumq; & angelorum glorificatio. Hæc autem quatuor miſericordiæ latiſſima ſunt, profundiſſimaq; flumina: Sunt etiam veluti riuuli, qui ſingulorum hominum domos penetrant,

Quatuor flumina diuinæ miſericordiæ.

qui-

quibus ſi non irrigentur, protinus areſcent. Et his miſericordiæ diuinæ riuulis, vt Timotheus irrigetur, exoptat Apoſtolus, hoc ſenſu: Opto tibi illa dona, quibus tua iuuetur miſeria, quibus aduerſus mala omnia, & ea potiſſimùm quæ nos à Chriſto abducere conantur, muniaris.

Gratia porro nomine, in ſalutationibus Apoſtolicis, intelligitur donum diuinitus datum, quo remiſſionem peccatorum conſecuti homines, & Deo reconciliati, patrimonij cœleſtis hæreditatem adipiſcuntur, eò quod ſeruandi mandata, faciendiq́; legem à Deo præſcriptam, ad vitam æternam neceſſariam, vires ſuppeditet. *Gratia qui[d] Paulo.*

Pacis verò nomine, quæ ex eâ gratiâ accidunt homini bona, quieté dico conſcientię; fiduciam, ſecuritatem quandá, & gaudium, iucunditatemq́; ſpiritualem, aut etiam reconciliationem cum Deo, qua, inimicitiis ſolutis, per bonam ei vitam adhæremus, intelligi debere, ſapienter docuit Auguſtinus in expoſ. epiſt. ad Romanos, & in expoſit. Epiſt. ad Galatas. *Pax quid hi[c]*

Hæc autem *pax*, quam filio ſuo optat Apoſtolus, philoſophis incognita fuit, iis autem Chriſtianis nota eſt, quibus, per Chriſtum, *remiſſæ ſunt iniquitates*, &, iuxta ſententiam Apoſtoli *tecta peccata*, Rom. cap. 5. Tantum enim *bonæ*, non malæ, *voluntatis hominibus*, in Chriſti natiuitate, per angelos annuntiata eſt, quæ quidem pax & multiplicatur, & adimpletur fide, obedientia, & obſeruatione mandatorum Dei, quemadmodum docet Eſaias cap. 23. *Et erit*, ait, *opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ, ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum:* Vbi præcipuè illi eſt ſermo, de iuſtitiâ vitę, *Pax, hic inte[l]lecta, quib[us] competat.* *Pacis augme[n]tum, vnde:* *Locus Iſaiæ e[x]poſitus.*

vt ex

vt ex præcedentibus liquet, id eſt, de iuſtitiâ, quam preſtamus in operibus noſtris, remiſſionem iam conſecuti de peccatis, per Chriſtum: Quaſi diceret: ſi quis fuerit verè, & bonâ fide obediens legi, ſi præſtiterit opera iuſtitiæ, & fecerit ea, quæ Deo ſunt placita, is obedientiâ ſuâ, & hac ſuâ iuſtitiâ, conſequetur inſignem quandam pacem, continget ei ſingularis quędam tranquillitas ſpiritus, ſiue quies, ſiue ſilentium: Perueniet, inquam, is ad magnam aliquam fiduciam, adeò magnam, vt merito dici poſſit ea, ſecuritas, & quidem ſecuritas *in ſempiternum*; quæ tamen, nunquam tanta eſt in hac vita, vt hominis animum reddat abſq; omni prorſus metu, cùm ſcriptum ſit: *Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operemini.* Philip. cap. 2. Et: *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccleſiaſt. 5.

Pax non vndequaq; perfecta in hac vita,

Et hæc tria potiſſima, quæ fingi cogitatione poſſunt, bona, ipſi Timotheo, tum exoptat, tum à Deo patre, tanquam horum authore, (*omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.* Iacob. 1.) & à Chriſto Domino, cuius merito hæc hominibus obueniunt, precatur. Licet enim *gratiæ* & *pacis*, quæ bonorum omnium (vt dictum eſt) cumulum continent, Deum iamdudum ſacri vates, largitorem eſſe prædicârint; Chriſti tamen mortis ſponte ſuſceptæ virtute, hæc in homines, ita volente cœleſti patre, deriuari, inſinuat Apoſtolus, cap. 1. epiſtolæ ad Galatas, optans Galatis, *gratiam, & pacem à Domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris,* &c. Et ideò non tantum expoſitionis gratiâ *Deum* vocauit *patrem*, ſed vt Timotheum ad amandum ardentius, ſanctiuſq; honorandum incitaret

Gratiæ, & pacis cauſa meritoria, Chriſtus.

Deus Pater cur in ſalutatione expreſſus;

tarec

taret eum, qui pater eſt illius, à quo tanta illi exiſterét, ſperarenturq́; beneficia, & dona, qui etiam ad hoc ipſum à patre miſſus fuerat.

Chriſtum verò *Dominum noſtrum* vocat Apoſtolus non tantum, vt ſummam illius qui omnium Dominus eſt, in nos poteſtatem declaret, ſed vt ſuum ei honorem, & debitum titulum tribuat, qui quamuis Dominus ſit terrę vniuerſæ, nos tamen qui *populus acquiſitionis* ſumus, peculiari ſcilicet redemptionis beneficio quaſi pretio cōemptos, & ſuos dici, & eſſe cupit, eoq́; nomine non aliter, ac reges terræ, delectatur, qui non tam gaudent, ſe Dominos dici hæreditariæ ditionis, quam nullo negotio, nullo pretio compararunt, quàm peculiaris alicuius prouinciæ partæ propria virtute & induſtria, aut etiam pretio ingentis difficultatis, Dominos, & comparatores, in eoq́; populo mirificè ſibi complacent. Quamuis autem nulla expreſſa fiat in hac precatione Spiritus ſancti mentio, quia tamen vtriuſque nexus eſt Spiritus ſanctus, ideò ſemper ipſa tertia perſona ſubauditur, quando duntaxat ambarum, Patris ſcilicet, & filij ſimul facta fuerit mentio.

Chriſtus, Dominus noſter, vocatus, et cur.

1. Petri 2.

Simile.

Et ſane, hæc precatio indigna Paulo eſſet, ſi præter externam quandam beneuolentiam, & nudum fauorem; à Dei ipſius voluntate profectum, (prout voluit Lutherus) nihil Timotheo exoptaret. Imò verò, animæ ornamentum tale eſt, (quam filio ſuo chariſſimo hôc loco, & aliis, alibi paſſim, precatur Apoſtolus) gratia, quæ *diuinæ* hominem *naturæ* faciat *conſortem*, qua ornatus, noua, iure, creatura appelletur, in qua diuinum *ſemen manens*, ita Deo hominem arctè coniungit, vt *apud eum* dicatur *facere manſionem*,

Gratia, qualis ſit Animæ ornamentum.

Digitized by Google

Ioan.cap.14.non ipſum inhabitando ſolùm, ſed eius vires, & ſenſus, ac cæteras facultates ornando, roborando, perficiendo.

Precationis Paulinæ eclypſis.

In hac autem Paulinæ precationis formulâ, deſiderari verbum, notat Sasboldus, quod, in epiſtolā ad Romanos cap. 1. ſcribens, ſupplet ex epiſtolis D. Petri, in quibus eſt eadem hæc formula, adiecto verbo: In priori ſiquidem, eſt *multiplicetur*; in poſteriori vero *adimpleatur*: Atque idem vtroq; verbo ſignificatur, quod ex Græcis patet, in quibus eadem vox eſt vtrobiq;.

Gratiam paci cur in ſuis epiſt. præponat Apoſtolus.

Notandum autem, quod animaduertit Hieronymus, epiſt. 139. ad Cyprianum, in explanat, Pſal. 89. Pauli epiſtolas non prius *pacem*, poſtea gratiam, ſed vice verſa prius *gratiam* habere, poſtea *pacem*; quia pacem, non niſi remiſſis per gratiam peccatis, conſequimur. *Omnes* (ait Hieronymus) *epiſtolæ Pauli, in ſalutationis principio, non prius pacem habent, & ſic gratiam: ſed ante gratiam, & ſic pacem: vt donatis nobis peccatis noſtris pacem Domini conſequamur*, &c. Hanc ob cauſam peccatrici mulieri Luc. 7. poſtquam peccata lacrymis abluit, dicitur à Domino: *Vade in pace.* Pſal. 84. *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Vbi enim iuſtitia eſt, & mandatorum obſeruatio, ibi & pax. Hæ namq; ſorores ſunt coniunctiſſimæ, nec vna ſine altera haberi poteſt, quamuis ſit prior iuſtitia bonorum operum, quaſi ſoror ſenior: & ideo Iſai. cap. 47. dicitur: *Vtinam attendiſſes ad mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua.* Et Baruch. 3. *Si in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram.* Et Paulus ad Rom. 6. *Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum.* Cum iis enim,

qui

Digitized by Google

qui per cófeſſionem & pœnitentiam iuſtificati ſunt, pacem facit Deus.

Sicut rogaui te, vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam; vt denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent. IV.

Rectè eclipſin, Paulo familiarem, hoc loco aduertit Gagnæius; ſubaudiendaq́;, ad ſenſus exactam perfectionem, ſequentia verba; *ita & nunc rogo*: Ex quo, mira Pauli modeſtia, & ſuiipſius demiſſio eluceſcit, qui diſcipulum ſuum Timotheum ad conſentiendum ſibi, duris verbis, & verberibus, vt ſolent Domini ſeruos, non coëgerit, ſed æqualis, aut etiam inferioris inſtar, non ſuperioris, rogauerit.

Eclipſis in hoc textu, ſuppleta.

Pauli modeſtia, & demiſſio.

Varias Timothei peregrinationes, cum Paulo, pro Paulo, & ad Paulum ſuſceptas, colligit Franciſcus Turrianus, vt doceat, (ex hoc loco loco ſcilicet,) quo pacto Epheſi nihilominus reſederit Epiſcopus, non violans, quam ipſe putat eſſe de iure diuino, in ſuâ diœceſi reſidentiam.

Timothei peregrinationes.

In Macedoniam itaque Spiritus S. impulſu conceſſurus Apoſtolus, quod Troade, vt auctor eſt Lucas, Act. 15. viri Macedonis amictum, & ſpeciem præ ſe ferentem (quam viri imaginem, ad Macedoniæ angelum nonnulli rectè referunt) in ſomno vidiſſet effigiem, ſe deprecantem, ſibiq́; dicentem, vt in Macedoniam tranſiens, eos adiuuaret; rationem autem habens Eccleſiæ Epheſinæ, ne penitus paſtore deſtitutam relinqueret, vt eius neceſſitati proſpiceret, Timotheum, diſcipulum omnium amantiſſimum

Digitized by Google

Timotheus. Epheſi Epiſcopus à Paulo creatus.

inibi remanſiſſe voluit; quem eius loci ab ipſo Paulo Epiſcopum creatum, tradit Euſebius, lib. 3. cap. 4. qua de re, nulla dubitatio eſſe poteſt, quandoquidem, quæ ſint Epiſcopi munera, ab eodem ibi exercenda, requirit in hac epiſtolâ, ad eum miſſa Apoſtolus; vt tom. 1. Annalium anno 57. notauit Illuſtriſſ. Baronius.

Macedoniæ amplitudo, & ſitus.

Eſt autem Macedonia, Philippi, & Alexandri filij latiſſimo imperio maxime celebris Europæ regio, in Græcia, vel propè Græciam, & Thraciæ finitima, in centum olim conſtans, & quinquaginta populis, inter Ægæum ab Oriente, & Ionium mare ab Occidente in ſeptentrionem extenſa vſque ad Dalmatiam, Myſiamq; ſuperiorem, verſus meridiem, Epiro clauſa, quam moderni vocant Albaniam, cuius regionis Metropolis fuit Theſſalonica.

Epheſi deſcriptio.

Epheſus verò Ionicarum vrbs eſt clariſſima, & Aſiæ lumen, ædificata vt prodit Euſebius in chron. anno Dauid. 28. ſita in pulcherrimo ſinu, à leua Mæandrum fluuium, à dextra vero Caiſtrum habens, optimis præterea oppidis circumſepta, Dianæ templo longè nobiliſſimo exornata, in qua quàm fuerit nobilis collecta Eccleſia, quam nobiliſſimi Apoſtolorum Paulus & Ioannes erexerant, cuiq; Timotheus præfectus erat Epiſcopus, ea quæ in hęc verba D. Ignatius ad ipſos Epheſios ſcribit, facilè commonſtrant:

Epheſiorũ Eccleſia nobiliſſima.

Faxit Deus, inquit, *vt aſſequar, & inueniar in ſortem Epheſiorum Chriſtianorum, qui & cum Apoſtolis in virtute Ieſu Chriſti ſemper conuerſati ſunt, Paulo, Ioanne & fideliſſimo Timotheo.*

Sicut ergo, hoc loco, Epheſiorum antiſtitem officij admonet, ita ſicut Titum ca. 1. cohortatur Apoſtolus

Digitized by Google

lus, vt ea, *quæ deſunt Cretæ corrigat, & conſtituat per ciuitates Presbyteros; ſicut & ego*, inquit, *diſpoſui tibi: huius enim rei gratia, reliqui te Cretæ.*

Hos autem duos diſcipulos ſuos, non tanquam vulgares quoſpiam Chriſtianos; ſed tanquam primores, & præpoſitos Eccleſiæ, ſcriptis ad eoſdem epiſtolis, de his, quæ ad muneris ſui rationem pertinent, erudiendos ſuſcipit, quod populum Epheſinum, & Cretenſem, (quorum ipſi agebant paſtores) à ſanâ, & orthodoxâ diſciplinâ, ad pernicioſam falſorum dogmatum nouitatem, vel Moſaicæ legis interpoſito prætextu; vel vanis Simonis Magi perſuaſionibus, ſenſim reuocari, intellexiſſet: Qua ratione factum eſt, vt in Timotheo & Tito, communis Eccleſiaſticæ diſciplinæ modus præſcriberetur, quem *ob oculos ſemper ij haberent*, (inquit Auguſtinus lib. 4. de doctrinâ Chriſtianâ, cap. 16.) *quibus in Eccleſia eſt Doctoris perſona impoſita*, eò quod in ipſis præcipiatur, quid, & quomodo aliis præcipere debeant.

Paulus curitæ ſedulò Timotheum & Titum officij moneat.

Eccleſiaſtica diſciplinæ norma in Timotheo, & Tito.

Vult ergò hoc loco Paulus, Eccleſiæ præpoſitum in eam potiſſimum curam incumbere, vt repreſſis prauis Doctoribus, & magiſtris, integra & incorrupta Chriſti doctrina, quæ eſt *ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei*, retineatur: Hæc enim verba: *Vt denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent*, hoc indicant; non tamen continent abſolutam orationem, quia deſiderantur, ad perfectam ſententiam *(ſic facito)* vel, vt ante dictũ *(ita & nunc rogo.)* Eſt autem *aliter docere*, diuerſum doctrinæ genus, ab eo, quod eſt traditum, adferre; quemadmodum infra, cap. 6 ſeipſum interpretans, ait: *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ.* Et ad Galat.

Aliter docere quid.

 cap.

Digitized by Google

cap. 1. hoc ipſum vocat, *euangelizare præter id, quod euangelizatum eſt.*

Denunciare quid hic.

Eiuſmodi doctoribus *denuntiatum*, hoc eſt, ſæpe, ſeriò, & grauiter, conceptisq́; verbis, atque auctoritate publicâ edicere, & prohibere, ſeu edicto præcipere, cupit per Epiſcopos Apoſtolus, vt ab hoc genere doctrinæ abſtineant: Quam regulam, ad amuſſim adhuc diffuſa per orbem ſequitur Eccleſia, cùm ab eius communione declinantes, & ab vnanimi SS. Patrum ſententiâ diſcrepantes ſectarios arcet, & eliminat; quemadmodum, ſub cap. huius finem, reipſa facit Apoſtolus; vbi iis non ceſſantibus, magnâ ſeueritate ſubditis prohibet, eiſdem ne morem gerant, aut iis, tanquam impoſtoribus, obtemperent.

Regula fidei Catholica, ad quam dogmata Sectariorum probantur.

V. *Neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide.*

Fabularũ nomine quid hoc loco intelligatur. Prima expoſitio.

Fabularum nomine, non legem ſignificari volunt Græci, Chryſoſt. Theophylactus, & Oecumenius; ſed alienas à Dei mente traditiones, quas Iudæi, ne parùm multa ſciſſe viderentur, ex falsâ legis Moſaicæ interpretatione conquirebant, quas inanibus verbis, & fictis hiſtoriis ſuperinducere contra ſcripturas nitebantur, vt fidem Chriſtianam oppugnaturi, facilius docerent, hominem ex ſuis operibus, ſine gratiâ Chriſti, iuſtitiam apprehendere:

2. Quamquam non deſint ex Græcis, qui ea, quæ hic ab Apoſtolo prohibentur, ad fabulas, & theogonias referant, ſiue etiam ad ſuperſtitioſas, & magicas incantationes, in quas ita intendebant Epheſij, vt Apollonium Tianæum illa-

illarum profeſſorem, & pro Deo haberent, & ſtatuâ, teſte Philoſtrato lib. 4. donarent Sasboldus tamen, vocat *interminatas genealogias*, quas ſine fine, Iudæi altiſſimè progenitorum ſuorum ſeriem reuocantes, à ſuis maioribus (vt ab Abrahamo, eiusq; poſteris) repetebant, vt peritiæ multæ, ingeniiq;, & ſcientiæ opinionem ſibi conquirerent, ſuamq; iactarent nobilitatem, quod ab his, vel illis ducibus, & à tantæ nobilitatis parentibus, ortus ſui principium duxiſſent: *Fabulas* porrò, refert ad deuteroſes Iudæorum, quales ſunt nunc in Thalmud, & in Cabala.

Quid interminatæ genealogiæ Sasboldo.

Fabulæ quid Sasboldo.

Hieronymus in cap. 8. Eſaiæ; & in cap. 3. epiſt. ad Titum, & in epiſt. ad Algaſiam quæſt. 10. docet, traditiones Iudaicas, quæ frequenter à Domino reprehenduntur, initium habuiſſe à quibuſdam Samai, Killel, Achiba, &c. qui paulo ante ortum Saluatoris extiterant, & legem, non tam ad ſimplicium ſalutem, expoſuerant, quàm nequiter, & malitioſè corruperant: Falſas porro ſuas traditiones, ipſi δευτερώσεις vocabant, de quibus, extat in iure ciuili conſtitutio quædam Iuſtiniani, quæ eſt nouel. 146. in hæc verba: *Quæ deuterosis, quaſi ſecundaria traditio, ab iis dicitur, in vniuerſum interdicimus; vt quæ ſacris libris comprehenſa non ſit, nec deſuper tradita per prophetas, ſed excerpta quædam virorum contineat, quæ terrena duntaxat loquuntur, nec quicquam diuini in ſe habent numinis.* Porrò, ex his fontibus deſcenderunt fabulæ, quæ ſunt in Thalmud, & in omnibus libris ferè Rabbinorum.

Hieronymi ſententia de origine traditionũ Iudaicarum à Chriſto reprehenſarum.

Deuteroſes Iudæorum in Iure prohibitæ.

[illegible]

Et hæc falſarum traditionum, & fabularum à Chriſto Domino, & Apoſtolo, tum hic, tum alibi reprehẽſarum

Hæreticorum contra tradi-

Digitized by Google

tiones noſtras calumnia reiicitur.

ſarum commemoratio, nihil ad noſtras traditiones, quæ Chriſtum, & Apoſtolos auctores habent, & ſcripturis diuinis conſonæ ſunt, impugnandas, noſtri temporis Hæreticis confert; de quibus illud dicere poſſemus, quod Hieremiæ, cap. 23. ſcriptum eſt: *Quid paleis ad triticum?* Et quod Regius vates, Pſalm. 118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes*, ait, *ſed non, vt lex tua.* Quaſi diceret; iuxta Titelmanni interpretationem, impios Dæmones, & homines peruerſos, quales ſunt hodie Lutherani, & Caluiniſtæ, ſuggeſtionibus ſuis malignis, ſibi propoſuiſſe fabulas, & inanes nugas, imò deliramenta pura puta, & meras inſanias, de ſæculi vanitatibus, atq; id genus aliis; ſed quæ iſti mihi narrabant, inquit, nequaquam erant comparanda iis, quæ proponit lex tua, quia nihil aliud ſunt illa, niſi meræ nugæ, fabulæ vanæ, & veluti deliramenta amentium: cum è contra, immaculata diuinæ tuæ legis eloquia, veritate, æquitate, atque ſoliditate ſunt plena.

Fabulationes Hæreticorum.

Lutheranorũ in Monachos calumnia.

Quamobrem impudenter admodum, in hunc locum ſcribentes quidam Lutherani, religioſis Monachis eadem impingunt, quæ Paulus, hoc loco, improbis Iudæis prohibet. Dicunt enim, præter figmenta in his, quæ ad ſalutem ſpectant, nihil à Monachis hactenùs fuiſſe excogitatum. Diuinè Auguſtinus, Hieronymus, Thomas, Bonauentura, & his ſimiles mille, figmenta de Chriſtianæ fidei œconomia conſcripsêre? Optimi Monachi illi fuêre: Quis enim ita religionem Chriſtianam illuſtrauit, atque ſanctiſſimi monachi, qui mundanæ vanitati nuncio remiſſo, ſe vnius Dei laudibus decantandis conſecrârunt, quò facilius Eccleſiæ Catholicæ œconomiam, cœleſti ſapientiæ,

Monaſtica vitæ laudes.

pientiæ, & ſcientiæ, virtutumq́; pulcherrimarum ſupellectile inſtructam redderent, armaq́; ſuppeditarent Chriſti regno, quibus in omni ætate pſeudoprophetarum telis, ac hæreticorum machinamentis poſſent reſiſtere? Nunquam docuère Monachi, ſalutis noſtræ diſpenſationem humana ratione fulciri, non priuatâ auctoritate; non figmentis, aut verborum lenociniis, ſpirituali fundamento carentibus, niti; ſed viuâ, verâq́; fide, mentes illuminante, & corda purificante, conſtare. Nunquam enim religioſi *poſuère aliud fundamentum*, quàm, quod â ſapientiſſimo illo *architecto* Paulo poſitum eſt, 1. Corinth. 3. quin potius prudenter, illi *ſuperædificauère aurum, argentum, lapides pretioſos*; non *lignum*, non *fœnum*, non *ſtipulam*, non ferrum, aut plumbum, &c. ſicut hodie, magno membrorum corporis Chriſti myſtici detrimento, viroſam aggerere Lutheri & Caluini poſteritatem conari, ſancta profuſis deplorat lacrymis Eccleſia: *Plorans* enim *plorat in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius; non eſt* (ferè) *qui conſoletur eam ex omnibus charis eius:* quia *omnes amici eius ſpreuerunt eam & facti ſunt ei inimici.* Thren. cap. 1.

Diuini ſiquidem in nobis ædificij, noſtræq́; fœlicitatis, initium eſſe fidem, profectũ verò, & auctum, ſpem; totius autem operis velut culmen & perfectionem, eſſe charitatem, à D. Paulo hoc loco edocti SS. illi Patres, & veri monachi, vt ſemper credidère, ita ad poſteritatis memoriam tranſmiſère.

Sed fœdifragis Apoſtatis, (cuiuſmodi fuère hodiernorum Sectariorum anteſignani) ita vſitatum eſt, vt ſui ordinis cùm maximi oſores, & coniurati hoſtes ſint, pios & bonos Monachos, cæteroſque religioſos

Hæreticorum caninum odium erga Sanctorum geſta hiſtoriis conſcripta.

homines calumnientur, & rudi vulgo riſui ſicut mimi & impudentes ſcurræ ſolent, exponant.

Legenda Sanctorum.

Cùm verò patrum ſuorum, martyrum, & Sanctorũ hominũ res geſtas (quas odioſo nomine, lugendas vocant) admirabiléq; vitam, aliis imitanda conſcriptaq; tranſmittunt Catholici, neglecto Dei verbo, circa fabulas, & hominum mortuorum friuolas traditiones orthodoxos patres, & Doctores verſari impudentiſſimè mentiuntur; vt innocentiſſimæ vitæ SS. Patrum exemplis detrahant, certumq; imitandæ virtutis ſtudio, cæteris afferant impedimentum. Hoc enim Sectariorũ ſtudium ſemper fuit, ea calumniari, & proſcindere maledictis, quæ ad maiorem in ſpiritu profectum, & ſpiritualem perfectionem, ſanctiſſimi viri, ex optimo zelo, puroq; corde poſteritati præſcripſerint: Inde eſt, quod tam Græcorum Menologia, quàm Latinorum Martyrologia, à viris optimis, & doctiſſimis conſcripta, ludibrio habentes, rideant Lutherani; miracula, quibus eorum ſanctimoniam, integritatem, & innocentiam voluit Deus mundo teſtata facere, præſtigias vocent Caluiniſtæ; ſacras maiorum hiſtorias, inanes fabulas nuncupent; vitæ perfectioris normas, & amuſſes, phariſaicas (quas Dominus reprehendit) traditiones, per ſummam nequitiam, nominent; cùm tamen Paulus, hoc loco tantum velit, ea ab Epiſcopis corrigi, *quæ quæſtionem præſtant magis, quam ædificationem Dei*, hoc eſt, quæ maiores controuerſias, animorumq; diſſenſiones, quàm in vero Chriſtianiſmo profectum, præſtant, & nouæ ſobolis, Chriſto per fidem, generationem. Eſt enim *ædificare*, Hæbraico idiotiſmo, vt notauit Hieronymus, in traditionibus Hæbraicis, cap. 16. Gen. prolem, diuitiaſ-

Menologia & Martyrologia ab Hæreticis arriſa.

Ædificare, quid Hebraic.

nitiasq; multiplicare, non temporaliter ſolùm, ſed & ſpiritualiter.

Pulchrè autem vtrumq; exigit Apoſtolus, vt ſcilicet, nec diuerſa *doceāt*, nec *fabulis intendant*. Sunt enim multi, qui timore compreſſi, non audent impietatem docere, vel ſaltem non apertè, occultè tamen eam ſeminare non ceſſant, aut ſaltem in corde ſuo retinent, & falſis doctrinis occultè intēdunt, ſperantes eas quādoq; palàm recipiendas. Hos omnes vigilantia paſtorali & comprimendos, ne aperte falſa, & à Chriſtiana fide aliena doceant aut profiteantur; & docendos, vt interius ſanati, ab erroribus animum abducant, præcipit Apoſtolus.

Et hęc quidem, pro ratione illorum temporū, cùm à Paulo præſcripta fuerint Timotheo, noſtrū eſt, hodie etiam ſimilia cauere, nempe à nimiâ curioſitate, quæ plurimas quæſtiones, & controuerſias gignit, ex quibus verę pietatis, & religionis fructus exiguus prouenire ſolet. *Dei* ſiquidem, *per fidem, ædificatio*, non *perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis*, vel verborum lenociniis, non captioſis quæſtiunculis, aut inutilibus ſubtilitatibus, ſed fide, ſpe, & charitate nititur, ſed ſanâ doctrinâ, ſed ſalutaribus vitæ ſpiritualis exemplis ac virtutibus, incremētum mirificè ſumit, quemadmodum diuerſis locis probat Apoſtolus.

Quæſtiones nimis curioſæ cauendæ.

Ædificatio Dei, quibus nitatur.

Finis autem præcepti eſt charitas.

Vocula *autem*, ad corrigendi particulas, *atqui* vel *immo* pertinens, hanc ſententiam cum præcedenti oratione cohęrere indicat, vt verborū Pauli hîc breuis ſit ſenſus: Qui deuteroſibus intendunt, & genealogiis; non ſolum agunt præter apertam Euangelij mētem, verum etiam, legis Moſaicæ finem ignorant,

Digitized by Google

qui eſt charitas; quam etiam Paulus, ad Romanos cap. 13. ſcribens, eiuſdem *legis plenitudinem*, & ad Coloſſ. cap. 3. *vinculum perfectionis*, appellat.

Finis acceptiones. Vocabulum *finis*, vt pro eo, ad quod cætera referuntur, ſubinde ſumitur, ita & pro conſummatione, ſeu plenitudine, & perfectione etiam vſurpatur: In qua vtrâq; ſignificatione, vocem *finis* accepit hoc loco Apoſtolus, quemadmodum notauit Auguſtinus, lib de ſpiritu & literâ, cap. 29. *Finem præcepti*, dixit, *non quo præcepta pereant*, hoc eſt, obligare deſinant, *ſed quo perficiantur*. *Triplex finis eſt*, ait Iuſtinianus, lib. de ligno vitæ, cap. 2. *conſumptionis, conſummationis & terminationis. Primo modo, charitas eſt finis peccatorũ, quia peccata conſumit: Secundo modo eſt finis præceptorũ, quia præcepta perficit; Tertio modo vita æterna & Deus, eſt finis noſtri laboris; ſed vita æterna eſt finis quo quieſcitur; Deus eſt terminus, in quo quieſcitur.* Hæc ille. Hoc loco dicimus charitatem eſſe finem conſummationis & perfectionis mandatorum: Omnia enim mandata, tanquam ad finem, in charitatem tendunt: omnia finis hic complectitur, ac perficit. Quo ſenſu, ad Roman. cap. 10. dictum eſt, finem legis eſſe Chriſtum, cuius ſcilicet vnius adiutorio, lex perfici, & impleri poteſt, non euacuari. Dicitur etiam Chriſtus *perfectio legis*, quia quicquid lex, & prophetæ præſcribebant, ad Chriſtum, tanquam finem, ægras, & infirmas hominum mentes, vt iuſtitiam coram Deo poſſent apprehendere, ducebant.

Charitas, quomodo finis præcepti.

Finis triplex.

Chriſtus perfectio legis.

Legis acceptiones. *Legis* ſiue *præcepti* nominis, ſex in ſcripturâ reperiri ſignificationes, animaduertit Hieronymus, in epiſt. 151. quam ſcripſit ad Algaſiam: Primò, pro lege Moyſis, continente præcepta moralia, ceremonia-

1\.

Digitized by Google

lia, & iudicialia: Ad Galat. cap. 3. *Quotquot ex operi-* 2.
bus legis ſunt: tum, pro eâ parte ſcripturæ, quæ conti-
net hiſtorias: Ibidem, ad Galat. *Dicite mihi, qui ſub le-* 3.
ge vultis eſſe, legem non legiſtis? Deinde, pro libris pro-
phetarum: Ioan. cap. 15. *Vt impleatur ſermo, qui in lege*
eorum ſcriptus eſt: Odio me habuêre gratis. Præterea, pro 4.
ſpirituali & myſticâ legis Moſaicæ, & veteris ſcriptu-
ræ intelligentiâ. Ad Rom. cap. 7. *Scimus, quia lex ſpi-*
ritualis eſt. Ac demum, pro lege naturali, quæ non in 5.
tabulis ſcripta eſt, ſed in cordibus hominum natura-
liter impreſſa. Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent,*
naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt. Hoc vero loco, 6.
præcepti ſiue *legis* vocabulum, ampliſſimè ſumptum,
per tropũ pro tota lege ſiue Moſaica & veteri, ſiue Eu-
angelica & noua quæ non ſolum Dei præcepta, ſed
etiam inſtitutionem & doctrinam morum vniuer-
ſam cõplectitur, accipi debet: quaſi dicere velit Apo-
ſtolus; Doctores Eccleſiaſticos, & legis diuinæ ad ple-
bem interpretes, ſibi in exponendâ lege, non alium
ſcopum, aut finem præſcribere debere, quàm ipſe le-
giſlator præſcripſit. Deus autem legislator, omnia
ſua præcepta, iuſſa, & conſilia, ad vnam, ſui, & proxi-
mi dilectionem, ſiue charitatem reuocauit. Matth.
22. Rom. 13. Gal. 5. vt etiam docet Auguſtinus, lib.
de doctrinâ Chriſtianâ, cap. 35. & ſeqq.

Deus, quẽ ſuæ legi finem præfixerit.

Ideò Doctori & Paſtori, ante omnia in mentem
venire debet, totam hominis perfectionem, in vnâ
charitate compleri; quia hac imbutus, etiam illa, quę
ad fidem, & ſcientiam ſpectant, Dei munere, haud
difficulter comprehendet: Ille namq́; omnem legem
& prophetas nunquam intelliget, qui ad duplicem
charitatis ædificationem, fidem & ſcientiam non ac-

Verum legis intellectũ quis habeat.

Digitized by Google

acceperit, quemadmodum notauit Auguſtinus, lib. 1. de doctrinâ Chriſtianâ, cap. 36. *Quiſquis ſcripturas diuinas, vel quamlibet eorum partem, intellexiſſe ſibi videtur; ita, vt ille intellectu non ædificet, iſtam geminam charitatem, Dei ſcilicet & proximi, nondum intellexit. Quiſquis verò talem inde ſententiam duxerit, vt huic ædificandæ charitati ſit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille, quem legit, eo loco ſenſiſſe probatur, non perniciosè fallitur, nec omninò mentitur.*

Vnde fit euidens, ipſam legis & prophetarum intelligentiam, in illa charitate quodammodo fundari, eò quod illi tota ſubſeruiat, quemadmodum in executione omnium aliorum mandatorum moralium eluceſcit, quæ, ſiue legis, ſiue prophetarum oraculis præſcripta fuerint, in his duobus pendent omnia: Nam perfectio, & modus, quo perficiuntur cætera præcepta, *charitas* eſt, *de corde puro,* erga Deum & proximum; quia diligendo, omnia facile præſtamus, (*dilige enim & fac, quod vis*) tum quia, qui dilectionem habet, nullius tranſgreſſionis legis reus eſſe poteſt; cuius exemplum nobis luculentum, præbet Apoſtolus 1. Corinth. cap. 13. vbi, cætera omnia vitia per vnam charitatem deuitari; cæteras porrò virtutes, eius beneficio comparari ſignificat: Cùm enim eam *patientem* facit, per eam omnia aduerſa tolerari inſinuat; cùm *benignã* dicit; miſericordiæ opera, & omne eleemoſynarum genus tribuit: dum eam *non æmulari* ſubiungit, ab eâdem inuidiam, improbitatem, & malitiam longè remouet; & cùm eam ab *inflatione* alienam eſſe dicit, vanitate, & ſuperbiâ eandem minimè tumeſcere inſinuat; ſicut & ſuo loco, ſuaque conditione, & ſorte contentam deſcribit.

Charitas perfectio & modus perficiendi præcepta legis.

Charitas, vitiorum omniũ victrix, parensq; virtutum.

Digitized by Google

ſcribit, cùm ab eâdem *ambitionem, auaritiam*, & *cupiditatem* remouet: ſic eandem, *congaudere veritati* affirmat; quaſi alienis bonis gratuletur, & eorum particeps fiat; ac proinde, meritò legem charitas implere, & ab hac duplici, Dei, & proximi, dilectione, tota lex, & prophetæ dicuntur pendere. Vbi ſiquidem hominis animum charitas poſſederit, in eo locus iniquitati eſſe non poteſt; ſed æquitati, & iuſtitiæ omnia patent.

Hinc eſt, quod eam, præ cæteris, virtutem, Coloſſenſibus, cap. 3. commendet Apoſtolus: *Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis*; hoc eſt, vinculum perfectum, quo perficiuntur cæteræ virtutes, ſine illo ſcilicet imperfectæ; quod vinculum ita hominem arctè cum Deo cõſtringit, vt neque omnes homines, neque Dæmones omnes illum à Deo queant ſeparare, iuxta illud Pauli, hoc vinculo cum Deo maximè colligati; Rom. 8. *Quis me ſeparabit à charitate* CHRISTI: *tribulatio an anguſtia?* &c. 1. Corinth. 6. *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo.*

Sicut ergo *in viâ publicâ contingit*, ait Chryſoſtomus, hom. 19. ad Hæbr. *ſi quis initium eius apprehendat, rectâ viâ ducitur, & non habet opus, vt manu, ducatur; ſic etiam in charitate, tantum arripe principium, & ſtatim manum ipſa tibi præbens, te ducit, & dirigit.* *Charitas, directrix boni operis.*

Et ex his colligitur, ita à ſolâ charitate totam legem pendere, vt ſine eâ, totius legis ampliſſima cognitio, nihil ad ſalutẽ poſſit; quemadmodum, hom. 7. in epiſt. ad Col. appoſitâ ſimilitudine declarat Chryſoſtomus: *Quemadmodum*, inquit, *in naui etiamſi magna ſint inſtrumenta, niſi fuerint ſubligacula, nihil proderunt;* *Legis cognitio, ſine charitate, inanis.*

&

& in domo, niſi colligationes, & contignationes; & in corpore, etiamſi magna ſint oſſa, ſi non fuerint nerui, & compagines, nihil proderunt: ita, quæcunq; quis habuerit rectè facta, aut ſapienter inuenta, inania erunt omnia, niſi vna adſit charitas, quæ eſt vinculum perfectionis, id eſt, *nexus omnia perficiens, & quo omnia coaleſcunt, vt perdurent. Perire namque neceſſe eſt hominem*, ait Bernardus, ſerm. 2. de S. Michaële, *qui charitatem non habet, etiamſi tradiderit cor ſuum, ita vt ardeat*, &c. Qui ſeruari optat, charitatem amplectatur; *Sola enim charitas ſufficit, ſi adſit*, ait Auguſt. lib. 10. homil. hom. 50. Cætera omnia nihil proſunt, ſi ſola charitas deſit.

Duo præcepta charitatis, nomine vnius intellecta.

Et licet *duo ſint præcepta*, ait S. Auguſtinus lib. 8. de Trinitate, cap. 7. *in quibus lex pendent & prophetæ, dilectio Dei & proximi, ſcriptura tamen plerumq; pro vtroq; vnum ponit; ſiue dilectionem Dei, ſicut eſt illud ad Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: ſiue dilectionem proximi, ſicut eſt illud*, Rom. 13. *Omnis lex in vno ſermone completur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sed hoc ideo, quia, qui proximum diligit, conſequens eſt, vt Deum diligat. Ex vnâ, eâdemq; charitate, Deum, proximumq; diligimus; ſed Deum propter Deū, nos autem, & proximum, propter Deum.* Quo etiam modo, hæc duo præcepta pro vno accepiſſe, hoc loco cēſendus eſt Apoſtolus, cùm *præcepti*, non præceptorū, *finem charitatem* facit, eò quod non ſolùm eandem vnam, cæterarum moralium; ſed & Theologicarum virtutum actiones reſpiciant; quemadmodum cap. 12. 1. ad Corinthios, poſtquam varias gratias gratis datas, quæ homini, ad proximi vtilitatem à Deo conceduntur, enumerauit, inſinuare videtur Apoſtolus:

Charitatis cōmendatio.

Aemulamini, inquit, *chariſmata meliora: Et adhuc excellentio-*

lentiorem viam vobis demonſtro, nempe charitatem, ſecundum quam ſummè, & ſuper omnia Deus, tanquã vltimus finis diligitur, ad quem omnia referuntur, quæ, vel corde, id eſt, voluntate homo expetit; vel mente, id eſt, intellectu concipit, aut diſcernit, vel animâ, id eſt, ſenſu & ſenſitiuo appetitu complectitur; vel fortitudine, ſeu virtute & viribus, id eſt, facultate executiuâ per membra corporis, operatur. Hinc præclare D. Gregorius, hom. 27. in Euangel. *Omne*, inquit, *mandatum in ſola dilectione eſt, & omnia vnum præceptum ſunt; quia quicquid præcipitur, in ſola charitate ſolidatur. Vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt; ſic multæ virtutes ex vna charitate generantur: neque habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi nõ manſerit in radice charitatis*, &c. Item: *Præcepta Dominica, & multa ſunt, & vnum: multa per diuerſitatem operis, vnum in radice dilectionis.* Sic Gregorius.

Vnde facile perſpicitur, eos verbi diuini præcones, ſibi commiſſam docendi prouinciam non ſatis fideliter adminiſtrare, qui hoc legis diuinæ fine neglecto, contemptoq́; vel inanis arrogantiæ, vel erroris inducendi, vel quæſtus faciendi cauſa, pro veritate, fabulas; pro vera ſapientia, vanas quæſtiones, pro ſanis conſiliis & inſtitutis, aniles diſciplinas & inutilem doctrinam ſuis auditoribus obtrudunt, quemadmodum facere prô dolor videmus quotidie ſtupidos Lutheranorum prædicantes, qui neſcio quo ſpiritu afflati, fidem mortuam & inanem, pro vera & Catholica, ignaro populo obtrudere audent. *Finis* enim ſiue perfectio præcepti, *eſt charitas. Quid eſt* autem, ait Auguſtinus, *finis præcepti? quo perficiuntur præcepta: ſicut dicimus finita eſt tunica, quæ texebatur, finitur vt perfe-*

Concionatores negligentes.

Mortua Lutheranorum fides.

E ƈta

Digitized by Google

ctaſit. Si igitur præceptum eſt credere, & perfectio præcepti eſt charitas: ergo perfectio fidei eſt charitas. Erit ergo imperfecta, inanis & mortua Lutheranorum fides, quę charitate, virtutum omnium forma & perfectione deſtituitur.

Charitas fidei forma.

Mater quippe *virtutum eſt charitas*, vt Iuſtinian. ait lib. de ligno vitæ cap. 3. *vt mater virtutes alit, reficit, roborat, ſuſtinet: ſi moriatur hæc mater, protinus filiæ, virtutes ſcilicet, matre moriente, moriuntur.* Manet fides infuſa, manet ſpes, manent quoque virtutes aliæ acquiſitæ, ſed mortuæ manent: Orbitas enim hæc mortem efficit. Radix quoque virtutum eſt charitas; Si viuit radix, viuunt rami, fructuſq; producunt: ſi viuit charitas in animo, viuunt virtutes, fructuſq; pariunt. Si radix moritur, moriuntur rami, ſteriſesq; fiunt. Si charitas moritur, moriuntur virtutes, viuoq; fructu carent, quemadmodũ de fide teſtatur D. Iacobus, ſuæ canonicæ cap. 2. *Sicut*, inquiens, *corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt.*

Charitas mater & radix virtutum.

VII. *Charitas de corde puro, & conſcientiâ bonâ, & fide non ficta,*

Scripturæ admodum familiare eſt, ea *cordi* tribuere, quæ ſunt intellectus & voluntatis, quemadmodum ex cap. 1. ad Epheſios, patet, *vt Deus* (inquit Paulus) *det vobis illuminatos oculos cordis veſtri*, &c. Ad Rom. cap. 1. *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Rom. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Hinc lib. 17. Homil. ſerm. 14. *In corde*, inquit Auguſtinus, *viſio Dei promiſſa eſt non ſine cauſa, niſi quia oculi ibi ſunt, vnde videtur Deus.* *Cor* igitur, quod internum eſt homini, & inuiſibile, & vitæ fons, in ſacris

Cor in ſcripturis, pro intelligente hominis parte acceptũ.

Digitized by Google

cris literis, mentem ipſam internam, quæq; ſub aſpectum non cadit, ſignificat: Ideo, rectè idem Auguſtinus ait, corde Deum videri, id eſt, mente, & in corde eſſe oculos, quibus Deus videtur, hoc eſt, mentem & intellectum. *Quam*, inquit, *ſtulti ſunt, qui Deum iſtis exterioribus oculis quærunt*, cùm *corde videatur*. Pari ratione, Dominus de amore loquens: *Diliges*, inquit, *ex toto corde tuo Deum* Et Matth. cap. 15. *Quæ procedunt ex ore, de corde exeunt; & ea coinquinant hominem: De corde enim exeunt cogitationes malæ.*

Conſcientia bona, quæ. *Conſcientia bona* eſt ea, quæ non reprehendit nos: Cum enim male aliquid agimus, reprehendit, & accuſat; quæ etiam in futuro ſæculo arguit, ſicut de futuro iudicio loquens, Rom. 3. *Teſtimonium*, inquit Apoſtolus, *reddente conſcientia ipſorum*, &c. Et hæc eſt, quam ſcriptura *aduerſarium* vocat, quod ſemper aduerſetur malæ voluntati, vt S. Dorotheus, lib. de conſcientiâ, notauit. Vnde Oſeas cap. 5. *Oppreſſit*, inquit, *Ephraim aduerſarium ſuum*; & quaſi quod dixerat, interpretans, ſubiungit; *& conculcauit conſilium eius.* Et Dominus, Matth. 5. & Luc. 12. prophetam imitatus: *Eſto*, inquit, *conſentiens aduerſario tuo, dum es in viâ.* Quibus verbis, præcipit Dominus, ita viuendum, vt conſcientia, ſiue *cor*, ſicut ait D. Ioan 1. Ioan. cap. 3. *non reprehendat nos*: tunc enim reprehendit, cùm peccatum commiſimus.

Conſcientia, Aduerſarius malæ voluntatis.

Bonam conſcientiam qui nã habeant. Ij ergo bonam conſcientiam habere videntur, qui naturam, recti ducem, & rationem, æqui magiſtram, ſequuntur; & cùm *legem* aliam *nõ habeant, naturaliter ea, quæ legis ſunt facientes*, ab internâ illâ regulâ, inſitâq; lege boni proſequendi, maliq; vitandi, nunquam deflectunt, vt *ſibi ipſi lex ſint, & oſtendant opus le-*

 gis,

gis, ſcriptum in cordibus ſuis, Rom. 2. vt, qui pædagogum illum animæ, (ſic enim Origenes *conſcientiam* appellat) recta ſemper docentem, atque monentem, libenter audiant, & obſeruent. Tantum enim abeſt, vt legem naturalem, quæ ſecundum rationem eſt, Euangelium abrogârit; quin potius illuſtrârit, vt priſtinæ pulchritudini reſtituta, Euangelicâ diſciplinâ, & fide colluſtrata, niteret, &, vt cap. 1. ait Iacobus, *inſitum verbum* nos *ſuſcipere* iuberet.

Euangelica lex perfectiua legis Naturalis.

Puri cordis igitur, & *bonæ conſcientiæ* nominibus, duæ iuſtitiæ partes ſignificantur, quæ ſunt, *declinare à malo, & facere bonum*, Pſal. 36. ſine quibus charitas eſſe non poteſt, qua Deus ſuper omnia diligatur: Ea ſiquidem voluntas, quæ per amorem, in Deum ſummè bonum fertur, omni cupiditate, nequitiâ & importuno ſui amore vacua eſſe debet: Cum enim impurus voluntatis motus in id ſolum feratur, quod ei, ſecundum prauas affectiones, & ratione vacuas animi ægritudines, eſt conforme; lex verò ad hoc lata ſit, vt certum circa virtutes medium, & finem conſtituat; perſpicuum eſt, ex eo pectore veram dilectionem, quæ legis ſit ſcopus, proficiſci, quod virtutum præſidiis ita ſit vndiq; circumuallatum, vt nihil aliud diligat, quàm, quod ſuapte naturâ diligendum eſt.

Duæ partes Iuſtitiæ.

Huius porro dilectionis mens ſibi bene conſcia, (vt pote, quæ opere, & veritate, non verbo, aut linguâ tantum, in mediatorem fertur) in eam ſpem erigitur, vt id facilè conſequi poſſit, cuius amore ſingulari prius capiebatur. Ex quibus, fide, ſpe, & charitate, totam impleri legem, videtur Apoſtolus concluſiſſe, *Quibus*, inquit Auguſtinus, lib. 1. de doctrinâ Chriſtianâ, cap. 39. *homo ſubnixus, eaq; inconcuſſe retinens,*

non

Digitized by Google

non indiget ſcripturis; niſi ad alios inſtruendos; cùm multi per hæc tria etiam in ſolitudine ſine codicibus viuant. Et ſerm. de laudibus charit. *Ille tenet & quod patet, & quod latet, in diuinis ſermonibus; qui charitatem tenet in moribus.*

Itaque, per *cor purum*, amore ſui vacuam voluntatem, intellige; ſicut, per *conſcientiam bonam*, mentem nullius criminis ſibi conſciam interpretàre; quod, ait Auguſtinus, *propter ſpem addidit:* ille etenim, ad id, quod credit, & diligit, ſe peruenturum deſperat, cui conſcientiæ malæ ſcrupulus ineſt: quia, qui non habet bonam conſcientiam, timet pœnam; Timor autem non eſt in charitate, ſed fugiens Deum, ei vniri nequaquam poteſt: ideoq; præcepta, quæ mentem afficiunt, ad charitatem eandem diſponunt; quæ cauſa eſt, quod 2. Corinth. cap. 1. *teſtimonium ſuæ conſcientiæ,* (bonæ videlicet) ſuam ipſius *gloriam,* ſiue, vt Græcus textus habet, gloriationem, appellârit. Et eſt *conſcientia bona,* & omnis expers mortiferi ſceleris, domus, ex ſententiâ S. Auguſtini, in qua vir iuſtus, magnâ in pace quieſcit. In hac domo, vir flagitioſus non habitat; habitat autem in monumentis, mortuorumque ſepulchris, videlicet, eodem Auguſtino interprete, in mortuis operibus, hoc eſt, peccatis delectatur.

Corpurum.

Conſcientia bona.

Conſcientia bona, domui comparata.

Fides ficta, ſiue mendacio & hypocryſi obnoxia, eſt illa, quæ *Deum ore* quidem *confitetur,* quem tamen *factis negat,* ad Titum 1. cap. quam hodie Lutheri ſequaces, eo ipſo videntur profiteri, cùm fide nihil in ore frequentius habent, cùm tamen ſalutaria fidei præcepta, monita, atque dogmata, ne digito quidem attingant: Sic enim per affectionum animi prauitatem,

Fides ficta, quanam,

Ficta fides Lutheranorum.

tem, & corruptelam, à Dei ſequelâ, & dilectione remoti ſunt, vt ſanam, & veram fidem, ab erroneâ, & corruptâ diſcernere non poſſint, cùm earum virtutum ſe hoſtes acerrimos eſſe declarent, quibus verus Dei cultus, & religio non modo retinetur, ſed &, erroribus procul exterminatis, fidei de Deo vero firmitas, in hominum animis radices agit, & nutritur. Qui autem veram fidem non habet, ſed falſum de Deo credit, quomodo Deum diliget, cùm in eo duntaxat affectum figi neceſſe ſit, quod intellectus oſtenderit? Inde eſt, quod ea, quæ veram fidem conciliant, ad charitatem referantur. Eam ob cauſam. 1. Ioan. cap. 5. dicitur *fides vincere mundum*, quia fidei doctrina per ſcripturas diuinas, mundi vanitatem, & corruptos hominis affectus, diaboliq; machinamenta vitare docet: *Nolite*, inquit idem dilectus Domini diſcipulus, *diligere mundum, neque ea, quæ ſunt in mundo, quia, quicquid eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* Vbi per *mundi* vocabulum, non hanc ſenſibilem machinam, ſiue creaturarum varietatem, perfectionem, & partium eius omnium concentum, ſiue harmoniam, ſed homines, Dei ignorationem habentes, ſiue malos, & incredulos, intellige, qui ſermoni, & doctrinæ Chriſti contradicunt, odioq; eos habent, qui Euangelicam doctrinam annuntiant, de quibus Ioan. cap. 17. Chriſto eſt ſermo, cùm dicit, *mundum* ſuos ipſius diſcipulos *odio habuiſſe, quia non erant de mundo*: Aliud eſt enim *in mundo eſſe*, ſiue viſibiliter in mundo conuerſari, & viuere; & aliud, *eſſe de mundo*, quod aliud nihil eſt quàm mundi malitiam, & incredulitatẽ amplecti: Qui enim viuit in hoc ſæculo, doctrinam Chriſti ſequens,

Mundus, quid:

Eſſe in mundo, & Eſſe de Mũdo, quid differant.

Digitized by Google

quens, & eius implens mandata, in mundo quidem eſt, non tamen de mundo: ſicut etiam *viuere in carne*, & *viuere ſecundum carnem*, longè diuerſa ſunt apud Paulum, quia, *viuunt in carne*, qui mortalem hanc vitam degunt: at non *ſecundum*, carnem qui ſpiritus legem obſeruant, & carnem, ac eius cócupiſcentias refrænant, & domant.

Viuere in carne, & ſecundũ carnẽ, quomodo differant.

A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium. VIII.

Comparat eos legis Doctores, qui charitatem, præcepti finem eſſe ignorant, imperitis, & cæcutientibus ſagittariis: Quemadmodum, inquit, ad præfixum ſignum facile collimare nequit is, cuius obtutui ſignum certo interpoſito interuallo, ſeſe non obiicit: ita, qui doctrinæ, & ſtudiorum ſuorum finem, non præſtituerit Dei, & proximi dilectionem; ſed cupiditatem, auaritiam, honores; ad futilem loquentiam, inanemq; garrulitatem deficiat, adeò neceſſe eſt, vt pro Theologiâ, Mathæologiam docuiſſe videatur.

Peruerſi Doctores, imperitis ſagittariis comparati.

Ex eâ verò, putida & corrupta dogmata, ad non dubiam ſimplicium hominum perniciem, & perditionem proſiliunt; cùm ea docentur, & inculcantur, quæ non ſunt ſinceræ veritatis, ſed putæ, & puræ vanitatis, mendacia videlicet, fraudes, ſeductiones, perſuaſiones malæ, ſiue ad ſe inuicem fraudandum, atque decipiendum, ſiue ad malè ſuadendum, & in peccata pertrahendum. Quod Doctorum genus deſcribens, Pſalm. 11. Regius propheta; *Vana*, inquit, *locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: Labia doloſa, in corde, & corde locuti ſunt: diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam*, eorum ſcilicet, qui dixerunt:

Imperitorum Doctorum hypotypoſis.

xerunt: *Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt; quis noſter Dominus eſt?* Eiuſmodi enim Doctores ſunt, qui *exacuerunt, vt gladium linguas ſuas, intenderuntq́; arcum, rem amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum*: ſed futurum eſt aliquando, vt *ſagittæ paruulorum, fiant plagæ eorum, & infirmentur contra eos linguæ eorum*; Pſal. 63 quando, vt eſt apud Hieremiam, cap. 50. eorum obſidio ſagittariis iis, & iaculatoribus verè Eccleſiaſticis, à Domino mandabitur, his verbis: *Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes, qui tenditis arcum; debellate eam, non parcatis iaculis: quia Domino peccauit.* Qui enim, auctore D. Thoma, in hunc locum, cordis puritatem dimittunt, idemq́; prauis affectibus corruptum geſtant, ex iis temerè, & non ſecundum Deum, iudicant: *Segregant* enim *ſeipſos*, ait D. Iudas, *animales, ſpiritum non habentes*, vt qui, iuxta pſalmiſtam, Pſalm. 52. ad cò *corrupti, & abominabiles facti ſunt in ſuis ſtudiis*, vt *inſipientes* tandem *dixerint in corde ſuo, non eſſe Deum*: *Animalis* quippe *homo percipere non poteſt ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*, 1. Corinth. cap. 2.

Pſal. 63.

Peruerſi Doctores, amatores mundi vocantur.

Hinc eſt, quod eius generis homines vocet Auguſtinus, lib. 3 contra Fauſtum, *amatores mundi, impios, & carnales*, cò quod alia non poſſint ſapere, quam iſta corporea, quæ ſcilicet in hoc mundo, per diutinam experientiam guſtantes ſenſerunt; De quibus putant Chriſtum verba feciſſe Cyrillus, & Baſilius, quando dixit, mundum, id eſt, vitiis deditos, ac incredulos homines, Spiritum ſanctum non poſſe capere, quia non habent purum, & mundum cor: *Mundi* verò *corde* ſunt, qui Spiritum ſanctum accipiunt, Math. cap. 5. *Spiritus* autem *ſapientiæ effugit fictum, nec habitare poteſt in corpore ſubdito peccatis*, Sap. cap. 1.

Sicut

Digitized by Google

Sicut enim febricitantis lingua, cholerico humore infecta, percipere dulcia non poteſt, quod ea amara, auſteraq́; reputet: ita carnis, & mundi deſideriis irretiti, nihil eſſe bonum iudicant, quod carni vel vtile, vel ſuaue, vel commodum eſſe non intellexerint. *Pecoribus enim ſimiles ſunt*, ait Ambroſius, *ſenſum ſuum in terram deprimunt, ideoq́; non aſſequuntur, niſi quod vident; nec putant, aliquid poſſe fieri, quàm quomodo ipſi ſciunt: Hinc quicquid aliter, ac aliter audiunt quam norunt, ſtultum iudicant: Vnde rident, Deum genuiſſe filium, virginem peperiſſe*, &c.

Mundani homines, febricitantibus comparati.

Mundani, ſimiles pecoribꝰ.

Loquitur autem hoc loco Apoſtolus, non tam de his, qui apertè Chriſti nomen tùm oppugnare conabantur, quàm de iis, qui ſe dicebant Chriſto crediſſe; Euangelicam tamen doctrinam corrumpebant; legaliaq́;, poſt Chriſti aduentus diſpenſationem, ſeruatu neceſſaria docebant; ſtultas nempe ſuas cogitationes diuinâ ſapientiâ meliores arbitrati, quemadmodum innuit Auguſtinus, lib. 1. de doctr. Chriſtian. cap. 40.

De quibus hoc textu loquatur Apoſtolus.

Hos Doctores in Apocalyp. cap. 2. redarguit dilectus Chriſti diſcipulus, mendacij: Et 2. cap. eius, quæ eſt ad Galat. vt *Chriſti crucis inimicos* reprehendit Paulus; quorum imitatores, impuri cordis, malæ conſcientiæ, & fictæ fidei, æmulos, ſucceſſoresq́; fuiſſe Caluinum, & Lutherum, cum totâ eorum poſteritate, variis editis libris, probârunt hac noſtra deplorata ætate, non minori ſanctitate, quàm doctrina præditi plurimi homines.

Caluinus, & Lutherus cum ſuis equacibus, aberrantes à vera doctrina.

Vaniloquiũ, in quod ſunt cõuerſi, qui vero pręcepti fine neglecto, Doctoratûs, aut magiſterij titulum, dũtaxat ſuæ doctrinæ ſcopum præfixerunt, eſt, cum aliquid

Vaniloquium, quid;

Digitized by Google

Exemplum vaniloquij.

quid dicitur, quod intelligi non poteſt, neque probari, vtrum ita ſit. Exemplum huiuſcemodi *vaniloquij*, ſiue commenti fabuloſi eſt illud Hymenæi, & Phileti, 2. Timoth. cap. 3. eſſe videlicet iam factam reſurrectionem, ſiue illi ſucceſſiones liberorum, reſurrectioné eſſe prophanè interpretarentur, vt Theodoretus putat, ſiue remunerationem cuiuſque, vt B. Cyrillus, qui diſputationem ſcripſit aduerſus eos, qui ideò aiebant iam factam eſſe remunerationem cuiuſque pro meritis; quod non dixiſſet Dominus in Euangelio, cum de diuite, & mendico loquitur; mendicus quidam, ſed *Lazarus*, vt ipſa, inquiunt, proprij nominis appellatione, demonſtraret iam eſſe factam re, & veritate remunerationem: ſiue reſurrectionem interpretarentur vitam hominis iuſti in carne mortali, ſiue quid aliud vanitatis. *

** Vaniloquia Lutheranorũ Solifidianorũ.*

In huiuſmodi etiam vaniloquia ab eadem legis fine, charitate, aberrãtes, conuerſi ſunt noſtri temporis Hæretici, Lutherus cum ſuo grege. Quid enim vanius? & fallacius eſſe poteſt, quàm tradere, ſolâ fide hominem iuſtificari? annon omnes ſuperat chimeras, & hyppocentauros, omnes denique fabulas, vt, qui manet in morte, viuat? *Iuſtus* enim, ſicut ſcriptum eſt, Rom. 1. *ex fide viuit*: & *qui non diligit, manet in morte*, ait Ioannes 1. Ioan. 3. Sed dicent hi fidem, cui totam iuſtificandi vim tribuunt, nunquam eſſe ſine charitate; At quomodo ait Apoſtolus ad Titum 1. de quibuſdam, *confiteri ſe noſſe Deum, factis autem negare*? Etenim ſi confitentur noſſe ſe Deum, fidem vtique habent: ac rurſus, ſi factis negant, Ergo non habent charitatem.

Volen-

Digitized by Google

Volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque, de quibus affirmant. IX.

Qui in Apoſtolicis, & propheticis ſcripturis non *primùm quærunt regnum Dei, & iuſtitiam eius*, &, vt Dei gloriam extendant, ſed eas ob id potiſſimum, vel lectitant, vel commentantur, vt falſam ſibi ſcientiæ opinionem conquirant, & magiſterij titulo adepto, *primos in cœnis recubitus occupent*. Rabiq; nomine audito, per ambitionem criſtas erigant, eò videntur erroris progreſſi, vt nec principia, nec concluſiones intelligant. *Sacræ ſcripturæ Lectores, & interpretes ambitioſi.*

Legunt quidem ſcripturas hæretici, ſed vt grandes & turgidi faſtu, non vt paruuli, quibus ſunt teſte Chriſto, Math. 11. reuelatæ, ideoq; eas nõ intelligunt, ſed deprauant ad ſuam & aliorum perditionem. Ideo autẽ deprauant, quia ſenſum ſuum vt ſibi ſapientes & legis Doctores, non ſenſum Eccleſiæ vt filij & diſcipuli, ſequi volunt. Vnde de Pelagianis Auguſtinus lib. de gratia Chriſti, cap. 42. *Quia ſcripturas ſecundum ſenſum ſuum legunt, profectò nec in illis, quæ aperta ſunt continentur.* Et lib. de fide & ſymb. cap. 9. de omnibus Hæreticis ita ſcribit: *Multa de Chriſto inueniuntur dicta, vt impias Hæreticorum mentes prius volentes docere, quam noſſe, in errorem miſerint.* Cauſam adfert eandem, quam hoc loco Apoſtolus, quia *prius volunt docere quam noſſe.* Sed vt eleganter ſcripſit epiſt. 1. Fulbertus Carnotenſis, *dum fieri nolunt diſcipuli veritatis, fiunt magiſtri erroris.* *Ex Stapl. 13. pag. 3.*

Idipſum ipſius Auguſtini exemplo oſtendamus, qui adoleſcens, Philoſophus & Rhetor egregius, Manichæorum tamen hæreſi imbutus, ſic lib. 3. confeſſ.

cap. 5. de ſeipſo ſcribit: *Inſtitui animum intendere ad Scripturas ſanctas, vt viderem quales eſſent; & ecce video rem non compertam ſuperbis, neque nudatam pueris, ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam, & velatam myſteriis. Et non eram ego talis, vt intrare ad eam poſſem.* Cauſam ſubiungit: *Tumor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea non penetrabat interiora eius: Nam illa erat quæ creſceret cum paruulis, ſed ego dedignabar eſſe paruulus, & turgidus faſtu, mihi grandis eſſe videbar.* Hæc Auguſt. qui non ſolum adoleſcens intelligere ſcripturas non potuit, quia adhuc ſuperbus, & apud ſe ſapiens erat, verum etiam vir factus, & veritatis cupidus, hæreticus tamen, adhuc indocilis erat, quia ſuperbus, vt ipſe lib. 3. confeſſ. cap. 12. de ſeipſo teſtatur, laudans prudentiam eius Epiſcopi, qui à matre Monica rogatus, vt cum filio Auguſtino colloqui, eiuſq; errores refellere vellet, recuſauit. *Reſpondit enim*, ait Auguſtinus, *me adhuc eſſe indocilem, eo quod inflatus eſſem nouitate illius Hæreſis*, Manichæorum ſcilicet.

Hæc eſt enim falſa docentium conditio, inquit Lactantius, lib. 4. cap. 30. *hæc eſt hæreſeon origo, quorum fides lubrica fuit, cum Deum noſſe ſe, & colere ſimulabant, augendis opibus, & honoribus ſtudentes, affectabant maximum ſacerdotium, & à potioribus virtutibus ſecedere cum ſuis ſuffragatoribus maluerunt, quàm eos facere præpoſitos, quibus concupierunt ipſi ante præferri.* Quod vſu primum veniſſe ſcribis, & Phariſæis, ſæpe Chriſtus ipſe conqueritur: Et idem Alexandro, & Hymenæo accidiſſe, paulò poſt commemorat Apoſtolus. Idipſum à veritate Arrium, Neſtorium, Montanum, &c. abduxiſſe, teſtantur veterum monumenta: quod nuper etiam ab Eccleſiæ Catholicæ communione, Lutherum, & Calvinum

Hæreticorum ab Eccleſia ſeparatio, vnde oriat.

uinum ſeparaſſe, communium temporum calamitas, magno multorum ſpirituali diſpendio, teſtatur. Vnde Gregorius, exponens illud Iob. cap. 6. *Reſpondete quæſo abſque contentione*, diligenter annotauit: *Neque enim*, inquit ille, *Hæretici inquiſitionibus ſuis veritatem conantur aſſequi, ſed victores videri. Cumq́ue ſe foris oſtendi ſapientes, & legis Doctores appetunt, intus per ſtultitiam, elationis ſuæ vinculis ligantur: Vnde fit, vt contentionum certamina exquirant, & de Deo, (qui pax noſtra eſt) loqui pacificè neſciant.*

Hæreticorum diſputationes quo fine fiant.

Ex hac Doctoratus, & gloriæ cupiditate, proximè pertinacia oritur, nuſquam flexibilis, adeo etiam, vt cum in certamine ſuccubuerit, cedere tamen nolit. Malunt enim cuiuſcumque doctrinæ euerſionem, quam fateri ſe victos, ne hac videlicet occaſione, vel minima pars gloriæ, quam captant, depereat. Vt autem non videantur populo in certamine ſuccubuiſſe, apud quem, & non apud Deum, gloriam habere volunt, nihil intentatum relinquunt, adeò vt etiam ipſas ſacras ſcripturas, quas ſuis aſſertionibus apertè repugnare cognoſcunt, peruertant, deturpent, & mancas faciant, non tantum in alienum ſenſum detorquentes, ſed radentes ex iis id, quod propter clariſſimum teſtimonium, nullam patiebatur adulterinam expoſitionem.

Pertinacia ex nimia gloria cupiditate naſcitur.

Pertinacia Hæreticorum graphicè depicta.

Et ex hac gloriæ cupiditate, ſicut oritur pertinacia, ait Alphonſus à Caſtro, lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 11. ita & iudicij fallacis peruerſitas, vt propter peccatum, Deus permittat eos in errorem duci: Sicut dicit Eſaias, cap. 6. *Excæcauit cor populi huius, & aures eius aggrauauit, & oculos eius clauſit, ne videat oculis ſuis & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat. Lumen* enim veritatis,

Ex pertinacia hæreticorum Iudicij fallacis peruerſitas oriri conſueta.

Excæcatio Hæreticorum.

Digitized by Google

ritatis, ſi D. Gregorio credendum eſt, *elatis mentibus abſconditur, & omne peccatum, cæcitas quædam mentis eſt*, iuxta illud Sapient. cap. 2. *Malitia eorum excæcauit eos.* Et Sophon. cap. 1. *Ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Et de ſuperbis dicitur per Apoſtolum, Rom. 1. *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Hinc B. Anſelmus, exponens illud Pauli, ad Epheſ. cap. 4. *Vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum*; ſic ait: *In nequitia hominum dixit; quia hæreſis non eſt, niſi in anima ſubdita peccatis: quia peccata commiſſa ſunt cauſæ, vt Deus permittat eos errare in barathrum hæreſis.*

Sacra ſcripturæ expoſitio ab hæreticis non accipienda.

Vnde quilibet facile collegerit, SS. ſcripturæ expoſitionem ab Hæreticis non recipiendam, quam ab aliis aliàs contemeratam fuiſſe cognouerit: Sicut enim nemo eſt, qui cibum corporeum ex illius manu ſumeret, qui ſemel, atque iterum venenum propinaſſet: ita ſanè temerarium eſſet, doctrinam fidei ab iis ſumere, qui tanta contentione, Dei veritatem in iniuſtitia detinuiſſent. *Veritas enim tua Domine* (ait Auguſtinus Deum alloquens, lib. 12. confeſſ. cap. 25.) *nec mea eſt, nec illius aut illius; ſed omnium quos ad eius communionem publice vocas, terribiliter admonens nos, vt nolimus eam habere priuatam, ne priuemur ea. Nam quiſquis id quod tu fruendum omnibus proponis, ſibi proprie vendicat, & ſuum eſſe vult quod omnium eſt, à communi propellitur ad ſua*, id eſt, *à veritate ad mendacium.*

Vera explicatio Scripturæ à quibus petenda.

A quibus autem petenda ſit Euangelicæ doctrinæ veritas, docet cap. 8. Eccleſiaſticus: *Non te prætereat*, inquit, *narratio ſeniorum; ipſi enim didicerunt à patribus ſuis; quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.* Propterea etiam monet

Digitized by Google

net Apoſtolus ad Romanos ſcribens, cap. 12. vt *non plus ſapiamus, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem:* Et, *vnicuiq́;*, ait, *ſicut Deus diuiſit menſuram fidei: habentes donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis differentes, ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei*, &c. Vbi prophetæ vocabulum, non vſurpari ab Apoſtolo obſeruat Canus, lib. 7. de locis Theolog. cap. 3. pro eo, qui futura videt, atque pronuntiat, verùm pro eo, qui Spiritus ſancti dono, prophetarum, & Apoſtolorum Chriſti oracula intelligit, & exponit. *Prophetia acceptio.*

Iubet autem Paulus, vt qui eiuſmodi munus in Eccleſia ſuſceperit, primùm quidé *non plus ſapiat, quàm oportet*, ſed ad modeſtiam, & temperantiam ſapiat: Deinde, vt *prophetiam habeat ſecundum rationem fidei*, hoc eſt, ne ſacris literis exponendis humani acumen ingenij, aut naturæ vim rationemq́; ſequatur, ſed eas iuxta fidem à maioribus acceptam, & huius fidei proportionalem rationem interpretetur: Nam Philoſophos quidem poteris forſitan exponere iuxta rationem ſcientiæ, nulla etiam adhibita fide: at ſacros libros ſobriè, ſine maiorum fide, & doctrina, non poteris. Sed & qui in explanando Ariſtotele, veteres omnes Peripateticos pro nihilo haberet, & his magna conſentione reclamantibus, ex Philoſophi ſententia paradoxum nuſquam auditum, noua nobis interpretatione præſcriberet, parum ille ſobrius haberetur: Multo verò etiam magis, qui in Apoſtolorum libris, ſuopte ingenio, nouas quaſdam ſententias comminiſcitur, eaſq́; Apoſtolorum diſcipulis, & antiquis omnibus interpretibus aduerſas, hic non eſt profectò, cur ſatis ſanus habeatur. Hinc monet Caſſiodorus, in proœm. lib. diuinarum inſtitut. vt *ad diuinam Scripturam* *Scala ad rectã ſcripturæ intelligentiam.*

Digitized by Google

pturam aſcendamus, per expoſitiones probabiles patrum, velut per quãdam ſcalam viſionis Iacob, vt eorum ſenſibus prouecti, ad cognitionem Domini efficaciter peruenire mereamur. Et lib. eodem, cap. 25. *Cuncta*, inquit, *quæ antiqui expoſitores probabiliter dixerunt, ſolicita mente ſunt tenenda: illa vero, quæ ab iis intacta ſunt relicta, ne infructuoſo labore fatigemur, primùm rimanda ſunt, quas virtutes habeant, aut ad quæ nos inſtituta perducant.*

Scriptura cognitio à SS. Patribus petenda.

Tradit Ruffinus, lib. 11. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Gregorium Nazianzenum & Baſilium, voluiſſe diuinarum ſcripturarum intelligentiam, non ex propria præſumptione, ſed ex maiorũ ſcriptis, & auctoritatẽ eſſe petendam; quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſſione, intelligentiæ regulam ſuſcepiſſe conſtabat.

Decretum Cõcilij Tridentini de explicatione S. Scripturæ.

Præclarè igitur Concilium Tridentinum, ſeſſ. 4. decreuit, *ad coërcenda petulantia ingenia, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorqueat, aut contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum ſanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum, ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat.*

X. *Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.*

Ne legis Doctores ſeuerius reprehendendo, legis blaſphemator apud Iudæos, magnos legis ſuæ æmulatores, audiret, quaſi legem Moſaicam, & præcipue decalogum, tanquam malam, Deo inuiſam, vel à Deo non datam, vt ei ſæpius eſt impoſitum, condemnaſſet; occurrit hoc loco Paulus, dicens ea, quæ hactenus contra

Digitized by Google

contra legis Doctores ſunt dicta, non ita eſſe accipienda, quaſi legem ipſam, in qua eſt Dei voluntas, Pſal. 1. reprehendere prætenderit, ſed quorundam tantum abuſum & illegitimum vſum, per quem bona, mala fiunt, reprehendere. Lex enim, inquit bona eſt, bene ea tamen vtentibus, non abutentibus.

Eodem modo cap. 7. eius, quæ Romanis eſt ſcripta, pronuntiat Apoſtolus: *Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt*; quod hic *bonum*; ibi *ſpirituale* appellans: Quaſi dicere vellet, ſe non damnare ſtudium, aut interpretationem, ſiue explanationem legis, ſed illud, quod non rectè ſtudeant, aut vti par eſt, legem ipſam tractent, eamq́; ad ſuum verum ſcopum nõ referant; nempe ad *charitatem ex corde puro*, &c. quæ *præcepti finis* eſt.

Quod autem lex *bona* ſit, & *ſpiritualis*, cauſa eſt, quod cum ſpiritu hominis, id eſt, cum ratione congruat, & concordet; ſecundum quam rationem, in eadem epiſtola ad Romanos, cap. dicit *ſe conſentire legi, quoniam bona eſt*: Dirigit enim ſpiritualem hominis partem, interius iuuando ſpiritum hominis, docendo videlicet, quid eum agere, & quid non agere oporteat, illi modum & conuenientiam præſcribendo, quibus ad cognitionem, & vnius Dei, puriſſimi ſpiritus, & omninò incorporei notitiam, & cultum peruenire debeat, & poſſit. *Lex quare ſpiritualis dicatur.*

Addidit porro: *Si quis eâ legitimè vtatur*; quia nihil eſt tam ſanctũ, tam religioſum, tam bonũ quo hominũ perditorum audacia, & improbitas abuti non poſſit. Quid enim melius fidei doctrina, ſi ad Euangelij mẽtem, & Spiritus ſancti ſuggeſtionem, fuerit explanata? Et tamen eâ per ſummã nequitiam Sectarij ab- *Lege, & fidei doctrina quomodo Hæretici abutantur.*

utuntur; ſicut hodie in more poſitum habent, qui ex Lutheri, & Caluini ſentina prodierunt: Ab iis, quæ ab Orthodoxis Patribus de cælibatu, & continentia, de ciborum delectu, & aliis piis operibus traduntur, in reprobum ſenſum detorquentur: ita quæ de lege ſuo tempore, à Paulo dicebantur, perfidi Iudæi calumniis proſcindebant: Hodie etiam, dum Catholici Doctores ex Pauli conſilio 1. Corinth. 7. nuptiis virginitatem præferunt, matrimonium ab iiſdem damnari mentiuntur Hæretici: Cùm ciborum delectum carni macerandæ, Eccleſia præſcribit, cibos naturâ malos eiuſdem Eccleſiæ iudicio reputari comminiſcuntur: Ita Paulus, cum abuſum, non legitimum, & rectum legis vſum reprehenderet, legem Moyſi, tanquam malam, & quæ Deo non placeret, nec à Deo data eſſet, ab ipſo reprehendi, dicebant impij Iudæi: ſed falſo: Dicit enim Paulus, ſe haud legem damnare; verum id tantum, quod legem non rectè tractent, eamq; ad verum ſcopum, id eſt, Dei dilectionem, non referant: Vt enim lex rectè, & ſpiritualiter intellecta, & ſuo tempore ſeruata, bona eſt, ſapientiã præſtat, viuificat, & oculos paruulorum illuminat: ita carnaliter, & iuxta literam occidẽtem accepta, & alieno tempore (promulgato ſcilicet Euangelio) retenta, crudelis, mortua, & mortifera eſt: Nam cùm inſtitutum legis ſit, non quidem quoad ceremonias, & iudicialia tantum, ſed etiam moralia, ſanctitate & iuſtitia ſanctum reddere: neq; verò id per carnis infirmitatem poſſit; eius ſcopus, legitimus vſus, & germana intentio eſt, vt ad Chriſtum, cui hæc facultas ineſt, inſtar pędagogi reducat, ſine cuius gratia, mandata, quæ ad vitam neceſſaria ſunt, ſeruari non poſſunt.

Virginitas nuptiis præſtantior.

Ciborum delectus à ſectariis culpatus.

Lex rectè intelligenda.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo autem bona eſt lex ſi quis ea legitimè vtatur, ſi etiam quod ſequitur verum eſt, ſciens hoc quia lex iuſto non eſt poſita? (quærit Auguſtinus lib. de ſpiritu & litera, cap. 9. & 10.) *Nam quis legitime vtitur lege*, inquit, *niſi iuſtus? & ei non eſt poſita, ſed iniuſto; an & iniuſtus vt iuſtificetur, id eſt iuſtus fiat, legitimè lege vti debet, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam, per quam ſolam, quod lex iubet, poſſit implere? per ipſam quippe iuſtificatur gratis, id eſt, nullis ſuorum operum præcedentibus meritis, alioqui gratia, iam non eſt gratia, quandoquidem ideò datur, nõ quia bona opera fecimus, ſed vt ea* facere valeamus, id eſt, non quia legem impleuimus, ſed vt legem implere poſſimus. Iniuſtus ergo legitime vtitur lege, vt iuſtus fiat: quod cum factus fuerit, ea iam non vtitur tanquam vehiculo, cum peruenerit, vel potius (vt ſupradicta ſimilitudine Apoſtoli vtar) tanquam pædagogo, cum eruditus fuerit. Et cætera quæ ſequuntur quibus exactiſſime hunc textum cum ſequenti confert & explicat idem Auguſtinus, citato loco.

Sciens hoc, quia lex iuſto non eſt poſita; ſed iniuſtis, & non ſubditis, impiis & peccatoribus, &c. XI.

Verbo *Scimus*, ſicut & participio *ſciens*, ſignificatur, Paulo eſſe ſermonem ad Iudæos, diuinarum rerum non ignaros, ſed Moſaicis potius diſciplinis, & inſtitutis imbutos; ex quorum numero fuit Timotheus, matre Iudæus, qui à pueritia, prophetiis, & ſacris literis imbuendus traditus, in iis talem profectum fecit, vt eum Paulus dignum iudicarit, quem ſibi adhuc adoleſcentem, in ſpargendo verbi diuini ſemine, coadiutorem eligeret, quem denique *Pauli ſermo ad quos hoc loco.*

Digitized by Google

profecturus in Macedoniam Epheſo, multis doctiſſimorum Philoſophorum millibus refertæ ciuitati, & Doctorem, & Paſtorem perficeret.

Quomodo iuſto non ſit lex poſita. Quod ergò hic dicit Apoſtolus, non ita intelligendum eſt, quaſi iuſtus nullâ amplius lege teneatur, ſed quod lex pædagogus ſit, id eſt, poſita ad coërcendum tranſgreſſiones, & *cuſtodiendum* homines *in eam fidem, quæ reuelanda erat*: Cùm enim per ſe, vel potius per gratiam, ſit ita ad virtutes diſpoſitus, vt cum habitu interiori, gratia adiuuante, immo Chriſti ſpiritu agente, ipſe ſibi ſit lex, & ſponte ſua, quæ legis ſunt, obſeruet, neque pœnis, neque comminationibus, (quas lex, tanquam ſtimulos ad virtutem comminatur) opus habet: Nam quæ lex impiis, & malè affectis eſt onus, iugum, & cöactio; iuſtis eſt paterna admonitio: *Similia.* Et, ſicut ei vehiculo opus non eſt, qui iam peruenit, quò tendebat; nec pædagogo ei, qui iam ſufficienter in via morum eſt eruditus: ſic iuſtus, non, niſi in quantum ab ea dirigitur, legibus indiget. Hinc eſt, quod 2. Corinth. cap. 3. dicat Apoſtolus: *Vbi ſpiritus Domini; ibi libertas,* nempe à ſeruitute peccati, Diaboli, carnis, & mundi; & à ſeruili timore, quo legi, & Deo ſeruitur, non amore iuſtitiæ, ſed metu ſupplicij. *Quid liberum. Quid violentũ.* Liberum enim id eſſe definiunt Philoſophi, quod ſui gratia eſt: Violentum autem, eſſe id, cuius principium extra eſt, paſſo non conferente vim. Quoniam autem iuſti homines Deo ſeruiunt, ipſius gratiâ, & propter ipſum, eiuſque præceptis libenter obediunt: & quamuis nulla eſſet lex, nullumq; ſupplicium in legis violatores, nihilominus tamen facerent libenter, quodcumq; Deo gratum cognoſcerent; veriſſimè dicuntur liberè agere, & viuere: Nam, vt in lib.

lib. de gratia Chriſti, contra Pelagianos ſcribit Auguſtinus; *Præceptum liber facit, qui libens facit.*

Error cuiuſdā Lutherani refellitur.

Vnde conuincitur, erraſſe Lutheri diſcipulum illum, pugnare inter ſe exiſtimantem, facere aliquid ex debito, & facere liberè; facere ex obligatione, & ex amore; cum tamen hæc inter ſe optimè congruant, quemadmodum optimè notauit Pererius, in cap. 7. epiſtolæ ad Romanos: qui ex doctrina Heſiodi (quam Ariſtoteles, lib. 1. Ethic. 3. tradit.) tria hominum eſſe genera aduertit: Quoſdam nempe adeo felici ingenio, tantaq; ad bene agendum propéſione, vt per ſe ipſi, quod agendum eſt, nouerint, & ſponte ſuæ voluntatis agant: Alios etiam eſſe dicit, qui aliorum quidem egent monitu, & magiſterio, ad cognoſcendum, quod agere eos oportet: Sed quod nouerunt eſſe agendum, prompto, & libenti animo agunt: Tertium genus eſt eorum, qui nec per ſe cognoſcunt, quod agere oportet, nec ab aliis edocti, & admoniti, ad id, quod agere eos oportet, animum applicant; nec in animum inducunt ſuum, bene agere, niſi terroribus, minisq; compulſi: Atque huic hominum generi propriè lex imponitur.

Triplex hominum genus, ad legem ſe habentium.

Legis virtus duplex.

Ex quibus, haud difficulter eſt, duplicem legis virtutem cognoſcere: Vnam quidem, docendi hominem, quæ agenda ſunt, & dirigendi eum ad id, quod fieri oportet; & hæc pertinet ad illuminationem intellectus: Alteram verò, quæ terrore, & comminatione ſuppliciorum deterret hominem à malè agendo. Ac prior quidem virtus legis, etiam ad iuſtos pertinet; poſterior verò eos minimè attingit. Et ſecundum priorem virtutis vim, dicit eodem cap. 7. ad Rom. Apoſtolus, Chriſtianos *legi per corpus Chri-*

ſti eſſe mortificatos, ſimus, inquit, *alterius, qui ex mortuis re-ſurrexit, vt fructificemus Deo.*

Brentij error refutatur.

Licet verò disertè Paulus paſſim aſſerat, *iuſto legem non eſſe poſitam,* & alibi, *gentes ea, quæ legis ſunt, facere,* atque in *nobis non ſecundum carnem ambulantibus, iuſtitiam legis impleri* confirmet: Brentius tamen Lutheranus, tam iuſtis, quam iniuſtis poſitam eſſe legem aſtruit, eò quod lex, inquit, teſtimonium perhibeat de iniuſtitia hominis, quod iuſti ſecundum carnem concupiſcentes contra ſpiritum, non perficiant iuſtitiam, & ſæpe in multis offendant.

Sed homo Hæreticus non videt, mortis minas, quas lex tranſgreſſoribus intentat, non niſi grauiſſimis peccatoribus, impiis ſcilicet, iniuſtis, & flagitioſiſſimis hominibus, cuiuſmodi hoc loco, longum Catalogum contexit Paulus, eſſe factas. Licet enim exactam iuſtitiam lex requirat, non tamen ob hoc dicendus eſt iuſtus legem violare, qui exactè eam non perficit, aut in modico ab ea declinat: Sicut ille ægrotus, non continuò dicendus eſt morti obnoxius, qui perfectè non eſt ſanatus, aut leui capitis morbo laborat.

Simile.

Eſt quidem verum, quod iuſtus eget Chriſto medico, qui ſanata concupiſcentia eius, omnia peccata dimittat: Sed tamen is nondum meretur æternum ſupplicium: Sic enim homo poſt lapſum reparatur, vt ſanationem plenam continuò non conſequatur, licet morbus non ſtatim ſit lethalis exiſtimandus. Sequeretur alioqui, B. Ioannem iniuſtum fuiſſe, nec legem plenè obſeruaſſe, quando dixit: *Si quis dixerit, ſe peccatum non habere, mendax eſt, & veritas:*

Abſurdum ex Brentij errore conclusum.

Digitized by Google

ritas in eo non eſt: Ideò fecit diſcrimen inter peccata; vnum dicens eſſe ad mortem, & aliud non ad mortem, leuius ſcilicet, & veniale, ſine quo homines in hoc mundo non viuunt. *Leuia peccata Iuſtorum.*

S. Ambroſius in expoſit Pſalm. 36. tractans verſiculum illum: *Lex Dei eius in corde ipſius;* docet, verba Apoſtoli (iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis & peccatoribus, &c.) debere intelligi de renouatione legis, quæ fit, quando ſcribitur in tabulis, aut libris: Lex enim non ponitur in tabulis propter iuſtos, qui legem ſeruant, & eam in corde fideliter retinent, iuxta verba, Pſalm. 36. *Lex Dei eius in corde ipſius;* ſed propter peccatores, qui legis obliuiſcuntur, & ita viuunt, ac ſi legem non haberent. *Expoſitio S. Ambroſij.*

Ideò lex ſcripta eſt olim Iudæis in tabulis lapideis, propter iniuſtos, de quorum cordibus, lex Dei deleri iam cœperat, iuxta illud ad Galat. cap. 3. *Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt;* vt videlicet, tranſgreſſores eam videre cogerentur in tabulis, quam non amplius videre poterant in cordibus: Nam iuſtis non eſt neceſſaria lex ſcripta in tabulis, cùm eam diligenter ſeruent in cordibus. Vnde noſter Apoſtolus, cùm hoc loco ait; *ſed iniuſtis;* Græce poſuit ἀνόμοις, id eſt, ex legibus, ſiue legis præuaricatoribus. Ex quo apertè ſignificauit, legem non ideò poni iniuſtis, quia non tenerentur, etiam antè, lege, ſed quia obliti erant legis, nec ideò non poni iuſtis, quia iuſti carere debeant lege, ſed quia legem in corde ſe habere per opera bona, teſtantur. *Quomodo lex iuſtis ponatur, quomodo iniuſtis.*

Et hunc Pauli locum vult S. Auguſtinus, lib. de ſpiritu, & litera, cap. 10. ſimilem eſſe locis illis eiuſdem Apoſtoli: *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* Rom. cap. 6. Et; *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Galat. 5. Quæ loca non ſignificant, iuſtos non teneri legibus, vel non peccare, ſi legem non ſeruent; ſed, non habere legem ſupra ſe, quaſi ceruicibus imminentem, & flagello minantem, ac terrentem, ſicut habent iniuſti, qui timore pœnæ bonum operantur: Operantur enim iuſti bonum amore iuſtitiæ, & libenti animo, operaturi, etiam ſi lex non eſſet, vel pœnam nullam minaretur, Quocirca in lege potius ſunt, quàm ſub lege. Sub lege autem dicitur is eſſe, qui à lege agitur, tanquam ſeruus; in lege eſt, qui ſecundum legem agit, vt liber. Quare Apoſtolus, 1. Cor. 9. dicit ſe *factum eſſe omnia omnibus iis, qui ſub lege ſunt; quaſi eſſet ſub lege, cùm verè non eſſet ſub lege iis, qui ſine lege ſunt; quaſi ſine lege eſſet, cùm tamen ſine lege Dei, non eſſet; ſed in lege eſſet Chriſti.* Vbi negat, ſe eſſe ſub lege, affirmans ſe eſſe in lege. Vnde in lib. de continentia, cap. 3. idem Auguſtinus: *Non ſumus*, ait, *ſub lege, bonum quidem iubente, non tamen dante; ſed ſumus ſub gratiâ, quæ id, quod lex iubet, faciens nos amare, poteſt liberis imperare.* Et in lib. de naturâ, & gratiâ, cap. 57. *Si ſpiritu*, inquit, *ducimini, non eſtis ſub lege, vtique lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem.* Ex quibus colligitur, primos homines in paradiſo, quandiu innocentiam conſeruârunt, ſub lege non fuiſſe, neque legem eis poſitam, id eſt, quaſi iugum nolentibus impoſitam, cùm tamen ſine lege non eſſent, ſed in lege creatoris eſſent.

Quomodo iuſti non habeant legem.

Quid ſit eſſe in lege, quid, ſub lege?

Et

Digitized by Google

Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur. XII.

Quæ à Paulo ſingulariter ſunt commemorata, ſatis, inquit Theophylactus, fuerant, ad hoc, vt intelligeretur, quibus lex ſit poſita: Attamen per præteritionem, generatim dixit: *Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur:* vt oſtenderet, ex corruptis dogmatibus, huiuſmodi prauas affectiones in hominum deprauatos animos aditum recipere. Sunt enim omnia peccata contraria ſanæ doctrinæ, eiuſq; effectum impediunt, quemadmodum, Ioan. cap. 5. Medicum agens apud ægrotantes Iudæos, apertè declarauit, Dominus: *Quomodo,* inquit, *vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Ad huius, & ſimilium ſententiarum confirmationem Auguſtinus, lib. 1. de Ciuitat. Dei, cap. 18. (quemadmodum doctè in citatum Ioannis locum notat Cardinalis Toletus) nonnullos dicit, æternitatem pœnarum inferni negaſſe, vt ſuis perditis moribus hanc pollicerentur impunitatem. Ambroſius, lib. 1. de pœnitentia, cap. 15. Nouatianum, amiſſi Epiſcopatus dolore, ab Eccleſia diſceſſiſſe refert: Chryſoſtomus, homil. 7. in Ioan. Paulum Samoſatenſem, amore fœminæ cuiuſdam, à fide apoſtataſſe dicit: Quod etiam hodie noſtris Sectariis eueniſſe, boni omnes non abſque cauſa deplorant: Vitiis enim tracti, à fide Catholicâ receſſerunt, vt ſibi licere carnis indulgentiam, quam concupiebant, perſuaderent, quam fides Catholica damnabat.

Peccata ex corruptis dogmatibus naſci ſolita.

Sectariorum noſtri temporis, à fide defectio, vnde orta.

Eodem modo, auaritiam aliquos retinuiſſe dicit Gregorius, lib. 20. Moralium, cap. 12. ne ad fidem

Digitized by Google

conuertantur: quod hodie etiam experimur: malunt enim multi in ſuis hæreſibus hærere, quàm, dum ad veritatem Catholicam reuertuntur, Eccleſiarum bona temporalia, quæ iniquè rapuerunt, ſuis poſſeſſoribus reſtituere: Vitia enim detinent intellectum in errore ſibi conformi, & à contraria auertunt veritate.

Idololatræ, vnde in ſua idolomania retenti.

Hoc enim fuit, quod olim idololatras homines fecit, & in idololatria retinuit, quod, teſte Toleto, Athanaſius, in orat. contra idololatras docuit, & Gregorius Nazianzenus, in orat. ad Nemeſium; cuius hæc ſunt verba: *Stulti idolorum cultores, qui hoc vitiis veſtris ſubſidium excogitaſtis, vt flagitioſos, mendaces, ſicarios, verſutos, & fluxuoſos, periuros, raptores, cinædos, adulteros, pædicones, vobis Deos fingeretis; nec eo contenti, vitiis etiam ipſis ſacra inſtituiſtis; alios nimirum, atque alios, aliis, aliisq́; ſceleribus, flagitiisq́; nobiles, & præpotentes, diuinis honoribus afficientes: ex quo illud efficitur, vt non ſolum impunitum maneat quoduis crimen; ſed etiam laudabile, atque honeſtum habeatur, velut Deo, qui id coluit, gratum & iucundum.* Hæc Gregorius:

Sectariorum dogmata veræ fidei aduerſa.

Horum magna pars in noſtri temporis Hæreticis vera eſſe cernitur, quemadmodum ex vna Lutheranorum doctrina facile eluceſcit, qui, cùm Euangelij lucem ſe præferre impudenter iactitent, carnalis tamen vitæ præceptis contrarium docent. Laudat ſcriptura eos eunuchos, qui ſe propter Deum caſtrauerunt; cælibatum Lutherani abominantur, & impoſſibilem dicunt. De peccatorũ ſingulorũ confeſſione, præcepta dat noua ſcriptura; eam inanem dicunt eſſe Caluiniſtæ: Monaſticam vitam commendat in Euangelio Dominus, ieiunia, & abſtinentiam conſulit;

Digitized by Google

lit; ab iis abhorrent hodierni Sectarij: In quibus omnibus diuinæ gratiæ coniunctis, etſi veterum patrum memoria, tota pene Eccleſia Chriſti plurimum præſidij poſuerit; ab ea tamen Euangelij diſciplina, omnia aliena eſſe mentiuntur Sectarij.

Quamobrem, cap. 16. eius, quæ eſt ad Romanos: *Rogo vos*, inquit Paulus, *fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula, præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt; & declinate ab illis; huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri*, &c. Vbi Theophylactus: *Ex hac ventris ingluuie*, ait, *& vitiorum ſeruitute, omnes eruperunt hæreſes*: ideò Philippenſibus, cap. 3. ſcribens, eandem ferè ſententiam repetit, cùm ait: *Imitatores mei eſtote, fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram: Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus; quorum Deus venter eſt; & gloria in confuſione illorum, qui terrena ſapiunt.* Tales enim, arcana fidei myſteria intelligere non poſſunt: Vnde *ablactatos à lacte*, & *auulſos ab vberibus*, hoc eſt, à carnis delitiis ſeparatos, ad intelligendum ea, quæ ſunt fidei, quæ ſunt religionis, quæ ſunt Euangelij, maximè idoneos eſſe, inſinuabat Eſaias, cap. 28. Quaſi diceret; vitia & paſſiones exorbitantis volũtatis, adeò eſſe potentia, vt auertant, & impediãt intellectum à veritatis cognitione. Eodẽ modo, inter mortales agente Chriſto Domino, Iudæi arbitrabantur, ſi Chriſtum admitterent, fore, vt eo in pretio nõ haberẽtur, in quo prius habebãtur: Non etiã eam doctrinæ & ſanctitatis opinionẽ conſeruaturos, quã ſibi apud vulgus cõparauerant. Ambitio enim eorum, & vana gloria, detinebat eorum intellectum, ne tantæ

Ventris ingluuies, hæreſeon ſeminarium.

Iudæi quare Chriſti doctrinam in ſe non admiſerint.

Ambitio, & auaritia Iudæorum.

doctrinæ, tantiſq; Chriſti probationibus aſſenſum præberent. Fecit hoc idem Auaritia, ne ſcilicet lucra, quæ ex oblationibus adueniebant ipſis, amitterent, vt in parabola vineæ, Matth. 21. oſtenditur; cùm tamen Dominus in Euangelio, expreſsè omnes ad ſui ipſius abnegationem ita prouocet, vt nullã ſui prorſus habeant rationem, vitamq; ſuam, cùm opus eſt, pro Chriſto contemnant, & lucra temporalia, quæ cum vitæ æternæ aliquo præiudicio prouenire poſſunt, aſpernentur: *Quid enim*, inquit, *prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut, quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*

Abnegatio ſui ipſius.

XIII. *Quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum eſt mihi.*

Sana doctrina quæ ſit.

Eam doctrinam, *ſanam*, & incorruptam eſſe docet Apoſtolus, quæ ſinceræ veritati reſpondens, ad Euangelij mentem eſt accommodata. Præuidens enim Deus infinita ſua ſapientia, varios animarum debere eſſe languores, ſacram Euangelij doctrinam, veluti earum infallibilem medicinam, qua ſalutem homines conſequi poſſent, reliquit; & ideo ea doctrina ſana dicitur, quia in ſeipſa hominum ſalutem continet, ad eum modum, quo herba aliqua ſana appellatur, quod ea vtentibus ſanitatem præſtet. Et hanc doctrinam, vocat *Euangelium gloriæ beati Dei*, eò, quod Deus in Euangelio gloriam ſuam hominum generi manifeſtârit.

Gloriæ acceptio in ſcriptura.

Quod, vt intelligatur, ſciendum ex Pererio, in cap. 3. ad Romanos, vocabulum *gloriæ* ſæpenumero in ſcripturis ſacris ſignificare, id, quo in vnaquaq; re maxi-

maximè commendat rem eam, facitq́; laudabilem: Sicut ignis ille, & tonitrua, miraq́; alia, quæ apparuerunt in monte Sina, cùm Deus daret legem Moyſi, appellantur *gloria Dei*, quod res illę, maieſtatem Dei maximè glorioſam, id eſt, venerabilem, atque formidabilem facerent. Exod. 24. & 40 Idem habetur 3. Regum, cap. 8. *In dedicatione templi Salomonis*, &c, cuius *gloriæ* meminit Saluator Matth. 6. Eodem modo, Eſaiæ cap. 35. arboris proceritas, pulchritudo, & vbertas fructum, vocantur *gloria Libani, decor, & gloria Carmeli*, &c.

Similiter igitur, quia Euangelium remiſſionem peccatorum annuntiat, & hominis iuſtificationem, maximè commẽdat; qua homo ad beatitudinem tendit, quæ Dei bonitatem, & miſericordiam maximè commendat, idcirco iuſtitia Dei, quæ id præſtat, & in Euangelio reuelatur, appellatur gloria Dei, quem *beatum* vocat, quia ex nimia eius beatitudine & plena fælicitate prouenit, quod perditum hominem & ſanare & reparare dignetur: Sicut enim miſeria cauſa eſt inuidiæ, ita fælicitas cauſa eſt miſericordiæ. Accipitur autem *Euangelij* nomen hoc loco, & alibi in ſcriptura, pro publica gratię ac redẽptionis per Chriſtum partæ annuntiatione, prædicationeq́;: Nec ſolum Dei promiſſa eo nomine appellantur, ſed etiam quæcumque in ſcriptura quatuor Euangeliſtarum continentur, ſiue ſint promiſſa, ſiue præcepta, ſiue conſilia, ſiue exhortationes, ſiue comminationes.

Deus cur beatus dicatur.

Euangelij nominis acceptio.

Ad doctrinam quod attinet, ea ſana, ſiue incorrupta cenſeri debet, quæ communi patrum conſenſione, iam inde ab Apoſtolorum temporibus, ſemper fuit explanata. *Verba* ſiquidem *ſapientium*, ait Salomon,

Doctrina ſana quænam ſit.

mon, Eccleſiaſt. cap. 12. *ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno: His amplius fili mi, ne requiras:* Quæ verba explicans Hieronymus; *Exceptis*, inquit, *his verbis, quæ ab vno paſtore ſunt data, & à conſilio, atque conſenſu probata ſapientum, nihil tibi vendices; maiorum ſequere veſtigia, ab eorum auctoritate non diſcrepes.* Quis autem ille vnus ſit paſtor, per Ezechielem intelligimus, cap. 34. *Suſcitabo*, ait, *ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas: & ipſe erit eis in paſtorem.* Ne autem exiſtimares, quod ipſe per ſe Chriſtus, eſſet ſemper facturus, per Hieremiam, cap. 3. monet, inquiens: *Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina.* Quod autem verba ſanctorum, data fuerint ab illo paſtore, talis, tãtusq; omnium conſenſus oſtendit: Nec enim intelligere idem omnes vna mente poſſent, niſi vno, eodemq; Chriſti ſpiritu, in eâ vnitate continerentur: Vnde diuinè ait Salomon, *per magiſtrorum conſilium, data eſſe à paſtore vno.* Sanctos quippe, antiquos ſapientes fuiſſe, nemo negat; Eccleſiæ fuiſſe magiſtros, certò conſtat; à Deo fuiſſe Eccleſiæ datos, Chriſti erga Eccleſiam prouidentia manifeſtat. Sic enim cap. 4. eius, quæ eſt ad Epheſios, ſcriptum eſt: *Et ipſe dedit, quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas; alios verò euangeliſtas; alios autem paſtores, & Doctores; ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*, &c. Vnde Epiphanius, cum Hæreticos, qui ſe vocabant Apoſtolicos, refutaret: *Scripturæ*, inquit, *ſpeculatione indigent, ad cognoſcendam vniuſcuiuſque argumenti vim, & facultatem: Oportet autem & traditione vti: non enim omnia ex diuina ſcriptura accipi poſſunt.* Vbi *traditionis* nomen, ſenſum à

Chriſtus, paſtor noſter.

Paſtores Eccleſiæ.

patri-

Digitized by Google

patribus acceptum, & Doctorum Eccleſiæ intelligentiam, rectè interpretatur Melchior Canus, lib. 7. de locis Theolog. cap. 3. ex quo hæc pleraq; deſumpſimus. Cui conſentiens Auguſtinus, lib. de vtilitate credendi, ad Honoratum, cap. 7. qui, cùm ſacros libros ſine aliena ope, & intelligere, & interpretari ſe poſſe, arbitraretur: *Itane eſt Auguſtine*, ait, *nullâ imbutus poëticâ diſciplinâ, Terentium ſine magiſtro attingere non auderes; Aſper, Cornutus, & Donatus, aliiq; innumerabiles requiruntur, vt quilibet poëtam poßit intelligere; tu in ſanctos libros ſine duce irruis? & de his ſine præceptore, audes ferre ſententiam?* Eodem modo Origenes, tract. in Math. cap. 29. *Quoties Hæretici*, inquit, *canonicas proferunt ſcripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit, & credit, videntur dicere; Ecce in domibus verbum eſt veritatis: Sed nos illis credere non debemus, nec exire à primâ, & Eccleſiaſticâ traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceßionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis.*

In interpretandis Scripturis traditio Patrū attendenda.

Gratias ago ei, qui me confortauit, Chriſto JESV *Domino noſtro.* XIV.

Legis fine propoſito, vt ad eum ſummâ contentione properet, quiſquis veræ legis eſt ſtudioſus; Legis denique præſidiis, Chriſti gratiæ, Euangeliiq; virtuti, atque emolumento coniunctis, quia maximæ rem dignitatis (Euãgelicæ nempe prædicationis munus) ſibi, Dei iuſſu & imperio commiſſum fuiſſe aſſeueraucrat, ne ſuis id meritis aſſecutum ſe, iactaſſe videretur, diuinæ id totum bonitati, liberalitati, & miſericordiæ, præmiſſo hymno, aſcribit; Sic vſu

Paulus Euangelicæ prædicationis munus, à Deo accepiſſe, cum gratiarū actione fatetur.

Simile.

veni-

Digitized by Google

venire ſolet Oeconomis, qui ſummo honoris loco ducunt, ſi quando vitæ, bonorum, & totiùs familiæ adminiſtrationem, ab aliquo patrefamiliâs ſibi præter expectationem, & ſupra merita, creditam intellexerint.

Deducunt enim inde fiduciç ipſius de ſe argumentum, quod ſuam ipſius fidem pluris, quàm aliorum faciat paterfamilias: Quo pacto, patriarcha Ioſeph, Gen. cap 19. hero ſuo hoc nomine ſe deuinctiſſimum fatebatur, dicens ſuæ Dominç Phutipharis vxori. *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua: nec quicquam eſt, quod non in meâ ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te.* Super quæ verba Chryſoſtomus: *O gratitudineem animi*, ait, *Enumerat beneficia Domini ſui, vt doceat, quantam ipſe gratitudinem, & reuerentiam erga Dominum & coniugem eius habere debeat. Num ego*, inquit, *famulus ſum? num peregrinus? num captiuus? Tanta fruor Domini mei ſecuritate, vt omnia ſua in manum meam tradiderit, nullo excepto, præter te*, &c.

Ioſephi Patriarcha gratus in herum ſuum animus.

In quam ſententiam, multis locis, præmiſſa gratiarum actione, hoc vnum crediti ſibi Euangelij beneficium, miris laudibus extollit, Ioſephi imitator Apoſtolus; vt quoque facit 1. Corinth. cap. 15. dicens: *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei: Gratia Dei ſum id, quod ſum:* Ideò hoc loco ſummo Numini gratias agit, *qui me confortauit*, inquit, hoc eſt, qui me huic muneri imparem, & tantæ functionis indignum, potentem reddidit; ſiue, qui ad prædicandum, ac propagandum Chriſti Euangelium, me fortem, ſuppeditatis viribus, effecit: Ver-

bum

Digitized by Google

bum enim *confortare*, non conſolari, ſed imbecilli, & minimè valenti robur adferre, hoc loco ſignificat. *Confortare, quid hic.*

Erat quippe tum labor ingens, & ſummo res diſcrimini expoſita, Chriſtum annuntiare; quam ob cauſam, toties inculcat Apoſtolus, impares eſſe ſuas, & omnium hominum vires, ad bonas actiones exercendas; adeò, vt boni conſilij rationes, ad conſequendum ſalutarem finem, ab eo neceſsè deriuari doceat, ſine quo, hominis cogitationes, conſilia, & conatus ſunt irrita: Inde eſt, quod 2. ad Corinth. cap. 3. dixerit; *non eſſe nos ſufficientes, aliquid,* (boni ſcilicet, ad ſalutem adipiſcendam accommodati) *cogitare à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra*, inquit, *ex Deo eſt; Deus* enim *eſt, qui velle, & operari perficit.* Philip. cap. 2. hominiſque voluntati, atque menti vim tribuit: *Gratia enim Dei, vita æterna* hominibus contingit, Rom. 6. non quod propter hominis ipſius merita detur, ſed quia merita, propter quæ confertur, gratiâ nitantur; quemadmodum exponit Auguſtinus; qui eodem modo interpretatur; quod Euangeliſta, Ioan. cap. 1. dicit, *de plenitudine eius nos omnes accepiſſe, gratiam pro gratia:* Rectè quippe intelligitur beatitudo, qua gratia pro gratia in Euangelio legitur, id eſt, pro meritis, quæ contulit gratia. *Hominum in bene operando infirmitas.* *Merita gratia innituntur.*

Quare, rectè Concilium Tridentinum, proponendam ſtatuit vitam æternam bene operantibus, & tanquam filiis, gratiam Dei per Chriſtum Dominum miſericorditer promiſſam; & tanquam mercedem ex ipſius Dei promiſſione, bonis ipſorum operibus, & meritis ex libero hominis arbitrio profectis, fideliter reddendam.

Digitized by Google

XV. *Quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio.*

Fidelis, quid hic.

Vox *fidelis*, non pro credente, aut Chriſtiano, (quo epitheto, Actor. cap. 16. ornatur noſtri Timothei mater) ſed pro eo, qui diligenter, ſeriò, ſine fraude, & ſummâ cum induſtriâ ſibi munus aliquod commiſſum adminiſtrat, accipitur: De qua voce, prioris ad Corinthios, cap. 4. ſcribit Paulus: *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur:* In qua etiam ſignificatione, paſſim obuia eſt in Apoſtolicis ſcripturis, vt Matth. 2. & 4. Luc. 12. Ioan. 5. Rom. 6. & 11. Apocal. 6.

Fidelis quando quis à Deo habeatur.

Tum portò Deus fidelem quempiam exiſtimat, dum copioſa ſua gratia, eum fidelem facit: non enim humanæ eſt opis, ſine Dei miſericordia quippiam operari, quod ſuâ naturâ, apud Deum aliqua mercede poſſit dignum exiſtimari; quemadmodum Rom. 11. ſcriptum eſt: *Quis prior dedit ei, & retribuetur ei?*

Tres Conditiones Apoſtolici Prædicatoris.

Sapienter vero D. Thomas, tres hoc loco expreſſas ab Apoſtolo conditiones animaduertit, quas diuini verbi legitimi præcones, ſemper ob oculos habere debent, vt ritè ſuſceptam prouinciam exequantur.

Prima.

Primum, vt non *prædicent, niſi mittantur:* Rom. cap. 10. & honorem non vſurpent, *niſi vocati tanquam Aaron.* Hebr. cap. 5. Verbi enim diuini corruptoribus id proprium eſt, ſponte, & propria authoritate, huic muneri ſeſe impudenter ingerere. Et licet Pontifici

Lutheranorũ, circa poteſtatē mittendi Prædicatores hæreſis.

ereptam, huiuſmodi mittendi miniſtros poteſtatem, ciuili poteſtati traditam eſſe, docuerit Lutherus, à magiſtro tamen miniſtri Auguſtani diſcedentes, ante vigintiquinque annos, ad ſe eandem reuocandam eſſe, ſatis ſeditioſè, & impudenter ſtatuerunt, *miniſterium*

rium, eandem appellantes. Verùm, cùm neutrum vocationis genus, ſanæ doctrinæ ſit conſonum, meritas ſeditioſi homines, exilij pœnas dederunt.

Requirit deinde Apoſtolus, vt qui ſuper familiam à Domino ſeruus eſt conſtitutus, fidelis, prudens, & maximè ſit idoneus, vt moderatè petentibus filiis panem, poſſit frangere, & tritici menſuram ſuo tempore, diuidere. *Ea* fide prædìtus erat Ioſeph ille, de quo Geneſ. cap. 39. ſcribens Moyſes; *Inuenit Ioſeph gratiam coram Domino ſuo*, inquit, *& miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa, quæ ei tradita fuerant.* In quem locum ſcribens Philo: *In ſpem ab emptore ſuo, domui præpoſitus eſt*, ait, *reuera autem à natura, conciliante illi magnæ gentis, ac regionis principatum; Oportebat enim futurum adminiſtratorem Reipublicæ, prius exerceri in rebus œconomicis: nam & domus eſt quædam parua ciuitas, & œconomia eſt velut compendioſa Reſpublica; ſicut etiam ciuitas eſt magna quædam domus: & politia eſt communis quædã œconomia. Ex quo facile colligitur, eundem eſſe idoneum, & aptum diſpenſationi domeſticæ, atq; publicæ adminiſtrationi; quamuis hæc multitudine, & magnitudine differant: Id quod etiam in pictura & fictura videre eſt: nam bonus ſtatuarius, vel pictor, ſiue coloſſeas magnitudines faciat, ſiue parua opera, eandem artem oſtendit.* Hucuſque Philo.

Secunda Conditio.

Ioſephi fidelitas commendata.

Huius Ioſephi perinſignis imitator fuit Paulus, qui in circumciſione œconomus, in Chriſtianiſmo verò princeps fuiſſe, dici poteſt: quem etiam Ioſephum, ſecutus fuiſſe videtur Stephanus, quem ad Eccleſiaſtici miniſterij dignitatẽ, tanquam fide, & Spiritu ſancto plenum, fuiſſe electum, teſtatur Lucas, Actor. 6. Non minori autem fide, ſeu fidelitate opus eſt curatori, & diſpenſatori facultatum, ne eas ſcilicet

Pauli & Stephani fidelitas.

Digitized by Google

auertat, & velut Iudas furetur; quàm fiducia, ſeu robore quodam animi, aduerſus pericula penuriæ, quãdo neceſſaria ſubminiſtranda ſunt, & contra murmurationes eorum, quibus diſpenſandum erat. *Fidelem ſeruum, ſiue diſpenſatorem requirit Chriſtus,* inquit Chryſoſtomus, homil. 78. in Matth. *qui nihil ex rebus Domini ſibi attribuit, nec incaſſum quicquam expendit: Prudentem autem, qui diſpenſare nouerit.* Oportune ſiquidem vtraq; re nobis opus eſt, ne ſcilicet quæ Domini ſunt, ad proprios vſus rapiamus, & vt opportunè omnia diſpenſemus. Nam ſi alterum horum abſit, eius abſentiâ, alterum horum omnino claudicat. Res proinde periculi plena eſt, vel animarum curam, vel dignitates Eccleſiaſticas magno ſtudio, à quodã ambiri, priuſquam ab eo diu fuerit verſatum, quid ferre recuſent, quid valeant humeri.

Tertia Conditio. Poſtremo neceſſarium eſt, vt verbum diuinum annunciaturi, ſint bene patientes, & intrepidi, ne cuiuſuis lupi incurſu, aut vlulatione, tanquam mercenarij fugiant; ſed inſtar canum, ceu fideles paſtores decet, oportunè, & importunè allatrent: quemadmodum ab iis Epiſcopis fieri ſolet, qui omni fauore, metu, auaritiaq; neglectis, commiſſos ſibi greges ſtrenuè vindicare, paſcere, defendereq;, immò animam prô ouibus, re ita exigente, ſunt ſemper ponere parati. Tales enim paſtores, qui neglectis ouibus, propriis commodis & voluptatibus ſunt dediti, non immeritò ab Eſaia cap. 42. idolum appellantur; eò quod, cum *os habeant non loquantur,* cum *oculos habeant non videant, aures habeant, & non audiant, pedes habeant & non ambulent,* vt ſuum faciant officium Pſal. 113. ſed canes muti ſunt, non valentes latrare, ſed attenti tantum ad offam.
Hos

Hos paſtores ſic alloquitur Auguſtinus, tract 46. in Matth. *Ecce, ait, lupus oui guttur apprehendit, Diabolus fideli hæreſin, adulterium, ebrietatem perſuaſit. Tu taces, non increpas; ne forte offendas. O mercenarie, lupum venientem vidiſti, & fugiſti. Reſpondet forte: Ecce hic ſum, non fugi; fugiſti quia tacuiſti; tacuiſti, quia timuiſti: timuiſti quia tua commoda quæſiuiſti; Certe Chriſtus Matth. 10. paſtoribus Eccleſiæ ſuæ futuris dixit: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Q. d. Non deerunt lupi qui vobis & gregi veſtro inſidiabuntur; non tamen volo vt fugiatis.*

Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus; ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. XVI.

Mirabilis Dei potẽtia, & miſericordia in Paulo cõuerſo.

Egregia antitheſi, miram dextræ excelſi mutationem, & maximam miſericordiæ diuinæ vim erga ſe, pergit deprædicare Apoſtolus, dum certis quibuſdam gradibus anteactæ vitæ enormitatem exaggerans, maxima, & incredibilia eius beneficia confitetur: Si quis enim iam Paulum conſideret verbi diuini præconem, qui Chriſtum antea in ſuis ipſius membris, cõuitiis proſciderat: ſi quis eum Chriſti Apoſtolum intueatur, qui ipſum non dictis tantum, ſed & factis extinguere conabatur: ſi quis promptum eius animum, ad mortem pro Chriſto tolerandam, inſpiciat, qui vim antea, admouendo, contra ius, & æquitatem, ad tribunalia tyrannorum, Chriſtianos raptabat, nonne mirabitur? nonne Dei pietatem, & miſericordiam prædicabit? nonnè de ipſius promiſſione ſibi blandietur?

Paulus, legis Moſai. æ ſeruẽs æmitor.

Non enim abſque ſingulari Dei prouidentia, & miſericordia fieri poterat, vt qui paulò ante tanta cupiditate, Moyſis legem, & patrios ritus proſecutus, in eorum ſtudio, & ſcientiâ nulli ſecundus vellet haberi; ſubitò iam mutatâ voluntate, ipsâ contemptâ lege, Chriſti Euangelium tantâ conſtantiâ defendat, tanto ardore profiteatur, tantaq́; alacritate doceat, vt nulla habita, quæ in eo ineſſe videbatur, contumeliæ ratione, perſecutiones plurimas, & ipſam denique mortem perferre non reformidet. Hinc ſubdit:

Miſericordia diuina in Paulo ſingularis.

Sed miſericordiam conſecutus ſum, id eſt, non veniam tantum, & peccatorum remiſſionem ſum adeptus, quod quidem eximium eſt; ſed etiam miſericordiam, non quia eſſem, ſed vt fierem fidelis, & Apoſtolus.

Iure itaque vnius Dei vocantis gratiæ, hanc Apoſtolatus dignitatem totam acceptam refert; qua, ſi vitæ eius tranſactæ conditionem ſpectes, alioqui, vt ipſemet 1. ad Corinth. cap. 15. teſtatur, longe eſſet indigniſſimus: *Ego*, inquit, *ſum minimus Apoſtolorum; qui non ſum dignus vocari Apoſtolus; quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Quo etiam nomine, ſe hoc eodem Apoſtoli titulo indigniſſimum repetit ad Gal. 1. cum *ſupra modum Eccleſiam Dei* (non modo, quoad animas, doctrinæ peruerſa dogmata diſſeminando, ſed & corporaliter, ſuppliciorum crudelitatem Chriſti cultoribus infligendo) *ſe perſecutum* dicit.

Paulus Apoſtoli nomine indignum ſe putans.

Se namq́;, cùm aliis Apoſtolis, qui & Chriſto familiariter adhæſerant, & ante Spiritus ſancti aduentum, inuicti reſurrectionis Chriſti teſtes fuerant, nec quicquam in Chriſti membra reprehenſione dignum

ad-

Digitized by Google

admiſerant, comparando, Apoſtoli nomine indignũ videbat, vt qui tot malis Eccleſiam, eandem ſcilicet, quam iam defendendam ſuſceperat, mirum in modum oppugnando, & per conſequens, Apoſtolos, cuius Eccleſiæ potiſſima pars, id eſt, capita erant, affecerat, nec ſponte, vt alij, ad fidem acceſſerat, ſed in ipſa perſecutionis ſæuitia, quaſi vi quadam, ad eandem ſit conuerſus.

Paulus, perſecutor Eccleſiæ, vt ad fidem cõuerſus.

Et licet naturæ, vitæq; ſuæ vires nullius eſſe virtutis, aut ponderis, fateatur, diuinæ tamen gratiæ (cuius ſe præconem maximum teſtatur) beneficio, ſe aliquid eſſe, aut poſſe non negat; ſed omnis boni operis initium, hoc loco, ſicut ad Philip. cap. 2. finem, Dei miſericordiæ tribuit, eò quod omne bonũ, quod per liberum voluntatis motum operari poteſt homo, ſi non diuina fulciatur virtute, nec vtile, nec ad ſalutem adipiſcendam ſit aut accommodatum, aut ſufficiens. Hinc ſine Dei auxilio, dicit Apoſtolus, impares eſſe, ad bonas actiones exercendas, hominis vires, quod in his, quæ facimus, ſit ſemper finis ſpectandus, ob quem operamur.

Principium, & finis, omnis boni operis, à Deo.

Cùm porrò certum terminum, & definitum ſcopum, ſemper in omni actione oporteat ſpectare, tum ad id conſilij genus deueniendum eſt tandem, cuius inſtinctor eſt Deus. Boni ſiquidem conſilij rationem, ab eo neceſſe eſt deriuari, ſine quo hominum conſilia, cogitationes & conatus ſunt irrita. Cum enim eiuſmodi motio ab homine, qui mouetur, ſecundum naturæ ſuæ analogiam recipiatur, tum diuinæ motionis impulſus, non ſine voluntatis libertate, hominis actiones in ſuum finem dirigit, ſecundum quam libertatem, ſuarum actionum dicitur homo eſſe Dominus,

Homo, Dominus actionum ſuarum.

minus,

Digitized by Google

minus, quod clariùs in ea, quæ ſecundò ad Corinthios ſcripta eſt, cap. 3. expreſſit Apoſtolus, quando dixit; *nos non eſſe ſufficientes aliquid*, (boni ſcilicet ad ſalutem adipiſcendam accommodati) *cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra*, inquit, *eſt ex Deo*; cuius miſericordiæ etiam hoc loco aſcribit Paulus, quod ad Apoſtolatus dignitatem ſit euectus.

Verborum in hoc textu: Quia ignorans feci, &c. Prima exceptio.

Diuinam autem ſe *miſericordiam conſecutum* ait, *quia ignorans in incredulitate fecerat*. Quæ verba, D. Auguſtinus, Ambroſius, & plerique Græcorum, ita ab Apoſtolo dicta arbitrantur, quaſi peccatum ſuum extenuare velit; hoc ſenſu: Quia, inquit, non feci inuidiâ, aut ambitione correptus, ſed zelo veritatis, paternarum mearum traditionum æmulator exiſtens, neſciens, IESVM promiſſum eſſe in lege Meſſiam, ideò ardentius, quàm vllus, vel religione, vel ætate, vel genere Iudæus, Chriſti nomen expugnare non modo tentaui; ſed & principes, & magiſtratus ad idem moliendum, concitaui. Sunt enim ignorantium legem, quàm ſcientium leuiora peccata: Nam, vt dicit Auguſtinus, lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 12. *tantò maiori iniuſtitia violatur præceptum, quantò faciliori poteſt obſeruantia cuſtodiri: Ignoranti autem deeſt ſcientia, & bona voluntas; ſcienti verò deeſt tantum bona voluntas*. Igitur, qui ſciens peccat, liberiori voluntate ideóque plus peccat, quàm neſciens. Quod expreſsè pronuntiat Luc. 12. c. Dominus, his verbis: *Ille ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis*: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Quamquam *peccatum neſcientis*, vt ait Auguſtinus, lib. 1. Retract. cap 13. *non ſit prorſus ſine voluntate*; volunta-

Ignorantia, peccati excuſatiua.

lunta-

Digitized by Google

luntate, inquam, facti, non voluntate peccati, quod tamen factum peccatum eſt: hoc enim fit, quod fieri non debet.

Petri verò Lombardi, & Gloſſæ ordinariæ non minus probabilis eſt expoſitio, qua putant, Apoſtolum cauſam reddere potiùs, quàm peccatum ſuum extenuare, aut excuſare, cur ſui erroris veniam obtinuerit, ſicut Rom. 11. dicit: Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. Senſus igitur eſt: Quia Deus ita cæcum, & pertinacem mei me erroris defenſorem cognoſcebat, vt mea mala nō agnoſcens, planè pro deſperato haberi poſſem; ideò mera miſericordia ſua, me præuentum ſanauit: ſicut pater filium perditum, & planè cæcum, nec de ſalute ſua vix vnquam cogitantem, ex ſua mera bonitate, & miſericordia præoccupans, vt reſipiſcens in gratiam aliquando poſſit recipi, dicitur ex mera miſericordia, filium ad frugem reuocaſſe. *Secunda expoſitio.*

Non eſt tamen exiſtimandum, aſſignatam miſericordiæ conſecutæ cauſam, eſſe, ex parte meriti peccati, quaſi ſcilicet peccando, poſſet quis diuinam in ſe miſericordiam prouocare, ſed ex parte diuinæ bonitatis; quemadmodum enim impij, dum perſequūtur aliquem propter iuſtitiam, iuſtitia cauſa eſt ex parte malitiæ eorum, non ex rei natura; ita peccatum cauſa eſt ſummæ bonitati, vt ſubueniat & miſereatur. Hanc etiam cauſam, nō vltra maledicendi terræ propter hominem, reddit ipſe Dominus Geneſ. 8. Cum enim dixiſſet: *Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem:* ſubiungit, quaſi rationem redditurus: *Senſus enim & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Sic etiam Eſai. cap. 7. dicitur. *Peccatum quomodo cauſa ſit miſericordiæ diuinæ.*

Digitized by Google

citur. *Propter quod moleſti eſtis Deo meo, dabit Dominus ipſe vobis ſignum.* Et ſæpiſſime apud prophetas, dicitur Deus reddere bona pro malis. Similiter ad Rom. cap. 3. dicitur *Chriſtus propoſitus propitiator* propter labem & corruptionem, quam intulerant præcedentia peccata. Quin imo frequentes extant in ſcripturis, orationes ad Deum, quibus oratur, vt miſereatur propter multitudinem peccatorum, morbumq; deſperatum, vt Pſalm. 24. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.* Sic in ipſo crucis patibulo morti proximus, patris, in crucifigentes ſe Iudæos, miſericordiam itidem prouocaturus, eandem, quo hoc loco vtitur Paulus, cauſam, tanquam medium ad impetrandum aptiſſimum, Patri ante oculos ponit: *Pater*, inquiens, *dimitte illis*, peccatum ſcilicet; *non enim ſciunt, quid faciunt.* In quæ verba, pulchrè Auguſtinus, ſerm. 8 de verbis Apoſtoli: *Deſperatè* ait, *ægrotat, qui per inſaniam medicum cædit, qualis ergo eius inſania, qui medicum occidit? Quanta vero bonitas, & potentia medici, qui de ſanguine ſuo, inſano interfectori ſuo medicamentum fecit? neque enim ille, qui venerat, quærere & ſaluare quod perierat, pendens ſine cauſa dicebat: Pater, ignoſce illis, qui neſciunt quid faciunt; inſani ſunt, medicus ſum, ſæuiant, patienter fero, tunc ſanabo cum occiderint.* Hæc Auguſt.

Luc. 23.

Blaſphemus Paulus in quibus, & quomodo fuerit.

Blaſphemum ſe vocat Apoſtolus, quod ſermone, argumentationeue fallaci (quæ eſt propria blaſphemandi verbi acceptio) & compoſitis, ſimulatiſque rationibus ſtuduerit, Euangelicam veritatem eludere, & tenebras illi offundere: cumque in Deum blaſphemaſſet, impudentiam, & temeritatem celare ſtuduerit verborum ornatu, & reſponden-

di

di calliditate, aut iuſtitiæ, ſanctitatisque prætextu; ſimilima profectò Hæreticorum ſtultitia, & fraudulentia. Quæ omnia Paulo contigiſſe, putandum eſt, cùm, vt narrat D. Lucas, cap. 6. *ſurrexerunt quidam de ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorumqui erant à Cilicia* (ex quorum numero fuit & Paulus) *& Aſia, diſputantes cum Stephano*: qui cùm *non poſſent reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur, ſubmiſere viros, qui dicerent, ſe audiuiſſe* Stephanum *dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen, & Deum,* hoc eſt, dixiſſe de Deo, quod ei non conuenit; vel de rebus, ac perſonis, quæ Deum attingunt: In his enim tota blaſphemiæ ratio conſiſtit. *Blaſphemia ratio in quo ſita.*

Itaque, quando Auguſtinus, lib. de moribus Manich. docet, quod *blaſphemia eſt, cùm aliqua mala dicuntur de bonis*; licet hoc ſecundum illam ſignificationem, verum ſit, in qua à profanis authoribus ſumitur: non tamen iam communiter ita accipitur, niſi mala verba de Deo dicantur; quoniam de hominibus dubitari poteſt; Deus vero ſine controuerſia bonus eſt: Quare complexus eſt hic Doctor magis communem ſignificationem. Nonnunquam verò blaſphemare, pro, vituperare ſumitur, ſicut blaſphemia pro vituperio, & probro; quemadmodum. 2. Paralip. cap. 20. præcipit Dominus populo ſuo, *ne timeat opprobrium hominum, vel blaſphemias eorum metuat*, ſicut 1. Regum, cap. 7. dicitur Goliath *blaſphemaſſe Iſraël.* *Blaſphemia latior ſignificatio.*

Qua autem ratione Paulus perſecutus ſit Eccleſiam Dei, narrat D. Lucas, cap. 9. Actorum Apoſtolicorum, & poſtea ipſe Paulus cap. 22. in ea oratione, quam vinctus coram Tribuno habuit, ad ſui accuſatores; cum dixit, *Hanc viam perſecutus ſum vſq; ad mortem,* *Paulus perſecutor Eccleſiæ.*

Digitized by Google

alligans, & tradens in cuſtodias, viros, & mulieres. Spirans enim erat *minarum, & cædis in diſcipulos Domini*, vtpote mortis Stephani præcipuus author, & cùm alij fideles occiderentur, ſententiam ipſe deferebat. Hinc Chriſtus, in membris ſuis patiens, ſic eum fertur alloquutus Act. 9. *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Vnde & *contumelioſum* ſe fuiſſe adiungit, eò quod Chriſti doctrinam fallacibus verbis infirmando, eidemq; detrahendo, multa cõtra Chriſtianæ religionis puritatem, & ſanctimoniam publicè commentus fuiſſet, eamq;, quantum in ſe erat, dehoneſtaſſet, eam Euangelij excellentiam tollere conatus, quæ fundamentum erat honoris, eiuſdem excellentiæ defectus, apud infideles & Iudæos exaggerãdo: Sunt enim *contumelioſi*, (quẽadmodum ait Gloſſa interlinearis, ſuper illud ad Roman. cap. 1: *Contumelioſos, ſuperbos*, &c.) qui vel dictis, vel factis contumelias, & turpia inferunt.

Contumelioſus Paulus, quomodo fuerit.

Sed quomodo, qui *ſibi nihil conſcius fuit*, 1. Corint. 4 *blaſphemum, & Eccleſiæ Dei perſecutorem* vocat? Dicendum eſt, Paulum poſt actam vitæ anteactæ pœnitentiam, nihil ſibi conſcium fuiſſe, neque à ſuo corde, ſuaq; conſcientia grauiter reprehenſum, ſicut & Ioannes 1. epiſt. 3. dixit: *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum*, &c. Nam per pœnitentiam, deleto iam peccato, *nihil nunc eſt*, (vt Paulus Rom 8. ait *damnationis, his qui ſunt in Chriſto* I E S V, *qui non ſecundum carnem ambulant*, quamuis quondam *ſecundum carnem ambulauerint*. Et Paulus quidem, videtur quodammodo, ad præteritæ ignorantiæ commemorationem erubeſcere; *Qui non ſum*, inquit, *dignus vocari apoſtolus, quoniam*, &c. Præteriti namque criminis memoria, ſanctis, dum adhuc viuunt, & humili-

Quomodo Paulus, nihil ſibi conſcius ſe blaſphemum, &c. dicat.

Digitized by Google

militati, & pudori eſt. Quare ne populus Dei, velut ſponſa, quæ deprehenſa in adulterio fuerat, ex iam præteriti & condonati adulterij opprobrio, vel ſolam memoriam acciperet, dictum eſt Sophon. 3. *Noli timere Sion, Dominus Deus tuus gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua*, id eſt, quaſi ſi alia eſſes, nouaq; nupta, te accipiet.

*Superabundauit autem gratia Domini noſtri, cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto I*ESV. XVII.

Poſtquam docuit Apoſtolus, *legem iuſto non eſſe poſitam, ſed iniuſtis, & non ſubditis, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum eſt mihi:* interpoſuitq; ea, quæ proximè ſequuntur, ad hanc diſpenſationem ſibi creditam, pertinentia; redit iam ſuo more, ad continuandum propoſitum, ſubiungens: *Superabundauit autem gratia Domini noſtri*, &c. vt perinde ſit, quaſi diceret, ſublata parentheſi, quę obſcuritatem periodo adfert: *Scientes hoc, quia lex non eſt poſita iuſto, ſed iniuſtis, & non ſubditis: ſuperabundauit autem gratia Domini noſtri, cum fide, & dilectione.* In quo quidem docet differentiam legis, & Euangelij, ſiue præſtantiam potius Euangelij ſupra legẽ; in eo ſcilicet, quod cõmune erat legis, & Euangelij, id eſt, quãtum ad decalogum, de quo loquitur Apoſtolus. Lex enim decalogi Moſaici iubebat, & vetabat, vitâ, & morte propoſitis: Quæ ratio iubendi, & vetandi, bona erat, & vtilis iis, qui terrore, & ſupplicio præſenti indigebant, & ſolum conueniebat iniquis, & non ſubditis: Nunc autem, inquit, *ſuperabundauit gratia Domini noſtri cum fide & dilectione:*

Expoſitio obſcuri textus.

Differentia legis, & Euangelij.

Euangelica legis gratia ſuperabundans.

 Ea-

Digitized by Google

Eadem enim iubet, & eorum contraria vetat Euangelium; ſed non operans iram, & ſtatim occidens, vt lex illa ſeruitutis antiqua; immo, vt Clemens Romanus, lib. 6. de Apoſtol. conſtitut. ait, *reiiciens iudicium mortis in alterum ſæculum, & hic gratiam, & veniam tribuens*, operanti non ſecundum legem ſeruitutis, ex timore; ſed operanti ſecundum legem libertatis, ex fide, & dilectione.

Et hanc ſuperabundantiam iuſtitiæ noſtræ, ex fide ſcilicet, & dilectione, ſuper iuſtitiam Scribarum, & Phariſæorum, qui ex lege ſeruitutis erant, requirit à nobis Dominus, Matth. cap. 5. *Niſi abundauerit*, inquit, *iuſtitia veſtra plus, quàm Scribarum, & Phariſæorum*, &c. Itaque non dixit Apoſtolus: *Superabundauit gratia Domini noſtri cum fide*, ne de fide ſola malè Lutherani, vt omnia faciunt, interpretarentur, vt in aliis fecerunt: ſed dixit: *Superabundauit cum fide & dilectione*: Quibus verbis, ſatis nos admonuit Apoſtolus, quod in aliis locis ſuarum epiſtolarum, de fide iuſtificante dixit, id eſt, de fide recta, de fide viua per dilectionem operante, intelligendum eſſe.

Nota contra Lutheranos, ſola nos fide iuſtificari arbitrantes.

Quod ſi gratia Domini noſtri, qua iuſtificamur, abundauit ſuper iuſtitiam ex lege: (hoc enim ſignificat *ſuperabundauit.*) Ergò gratia Dei cum fide ſola, non abundauit ſuper iuſtitiam ex lege: ac proinde ex fide ſola non iuſtificamur, quia iuſtitia ex fide ſola, non ſuperat iuſtitiam ex lege. Quare gratiam Domini noſtri negat, quiſquis ſoli fidei, & non potius fidei ſimul, cum dilectione fidem perficiente, vim iuſtificandi tribuit. Et *Dominum gratiæ Ieſum* negat, qui iuſſit *ſuperabundare iuſtitiam noſtram plus, quàm Scribarum,*

Hæreſis de ſola fide iuſtificante refellitur.

&

& Phariſæorum; Illorum enim iuſtitia ex fide, & timore erat: noſtra verò ex fide, & dilectione.

Lutherani ad legem ſeruitutis delapſi.

Ex quo fit, vt Lutherani, dum de lege libertatis gloriantur, & ſe patronos eius, ac defenſores eſſe putant, aſſignantes ſoli fidei rationem iuſtificationis, & non potius fidei, cum dilectione, ad legem ſeruitutis, neſcientes, & nolentes ſe reuocent.

Altera expoſitio huius textus.

Alij interpretes volunt, Apoſtolum dicere, poſt creditam ſibi Euangelij diſpenſationem, ſe pluribus aliis beneficiis à Domino fuiſſe cumulatum, videlicet prophetiæ ſpiritu, gratia curationum, & linguarum dono, miniſterij Apoſtolici dignitate, & id genus plurimis, quemadmodum 1. ad Corinth. cap. 12. & cap. 8. ad Rom. non obſcurè inſinuat: Niſi quiſpiam, Chryſoſtomo conſentiens, præpoſitionem (*cum*) non concomitis, ſed medij, & inſtrumenti vim habere exiſtimet, vt ſit ſenſus ſecundum Sasboldum: Cóſecutus ſum hæc dona medio fidei, & charitatis; charitatis inquam, quæ eſt propria Chriſtianiſmo, quia lex, & natura, ſuam dilectionem etiam habent; hoc enim eſt, quod ait; *Cum dilectione, quæ eſt in* CHRISTO *IESV.*

Chryſoſtomi expoſitio.

Quod ergo de legis cum Euangelio comparatione dixit Apoſtolus, Rom. 5. de ſeipſo videtur hic affirmare; nempe, quod *vbi abundauit delictum, ibi ſuperabundauerit & gratia:* Quare ſe, ſicut de ſuis collegis, Rom. 8. cap. loquens: *Nos ipſi, primitias*, inquit, *ſpiritus habentes*; id eſt, maiora, & excellentiora Spiritus ſancti dona, quæ à Deo, Apoſtolis, præ cæteris ſanctis, data ſunt. Vbi admonet D. Thomas, perſpicuè oſtendi, Apoſtolos eſſe præferendos omnibus aliis ſanctis, quacumq; illi prærogatiua prçfulgeant; ſiue martyrij,

Apoſtorum excellentia ſuper omnes alios ſanctos Dei oſtenditur.

Digitized by Google

tyri, ſiue virginitatis, ſiue doctrinæ; Licet etiam quidam ſanctorum plura, & grauiora tormenta, propter Chriſtum, pertulerint, & auſteriorem vitam egerint, & longiori tempore in terris ſeruierint Deo; quia meriti, & præmij eſſentialis magnitudo, propriè ex magnitudine charitatis ſpectatur, & æſtimatur: præmium enim noſtrum erit gaudium de Deo: quò autem Deum quis plus amauit, ſine dubio plus etiam de Deo gaudebit: Dominus quippe dixit, Ioan. 14. cap. *Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Apoſtoli verò, opera, quæ fecerunt, maiori charitate, quàm alij fecerũt, & per eandẽ charitatẽ, paratiſſimi erant, & promptiſſimi ad multò maiora facienda, & grauiora pro Chriſto perferenda. Maxima enim ea debuit eſſe gratia, q̃ ipſis Apoſtolis data eſt, quod nẽpe ab ipſo Chriſto proximè acceperant, vt ea traderent aliis, quæ ad eorum ſalutem pertinebant, vt qui electi eſſent, tanquam fideliũ omnium Doctores, ac Paſtores, & quaſi fundamenta Eccleſiæ. Vnde Paulus 1. Corinth. 12. ait, Deum in Eccleſia *poſuiſſe primò Apoſtolos, deinde prophetas*, &c. Et in ſymbolo, *Eccleſia* appellatur *Apoſtolica* potius, quam prophetica, licet ſuper vtriſque ſit fundata.

XVIII. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus; quòd Chriſtus* I E S V S *venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.*

Fides, Virtus moralis, quid ſit.

Vox *fidelis* hoc loco, à fide originem trahit; quæ eſt virtus moralis, in hominis voluntate ſedem habens; eſtq́; fundamentum omnis iuſtitiæ, ſeruans videlicet veritatem, & conſtantiam in dictis, & promiſſis:

ſis: vt, cùm dicitur: *fronti nulla fides*: &, *bona, vel mala fide quippiam agere.* In ea ſignificatione fidem accepit Terentius, in Andria: *Triſtis ſecuritas ineſt in vultu, atque in verbis fides.* Et M. Cicero lib. 1. officior. vbi, cùm fidem, dictorum, conuentorumque conſtantiam, & veritatem definiuiſſet, dixit, *fidem appellatam eſſe, quia fiat, quod dictum eſt.* Ab hac fide, dicitur is fidelis, qui verax, & ſine fraude, doloq; malo reperitur; quemadmodum Pſal. 32. de Deo dixit Dauid: *Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.* Quaſi diceret, omne verbum, quodcumque egreſſum fuerit ex ore Domini, plenum eſſe veritate, fidelitate, iuſtitia, & æquitate; cùm Deus ipſe fidelis, & verax ſit in omnibus verbis ſuis: ſicut enim in præceptis æquiſſimus, ita in promiſſis eſt fideliſſimus; quia omnia eius opera, quæ ipſe facit, in veritate, & æquitate ſunt diſpoſita, nihilq; omnino vel fraudis, vel doli, vel inſtabilitatis habent: *Conſiderate Apoſtolum, & pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum*, ait de Chriſto Apoſtolus, Hebr. cap. 3. *qui fidelis eſt ei, qui fecit eum, ſicut & Moyſes in omni domo eius.* *Dei fidelitas.*

Eorum igitur more, qui rem ſcitu digniſſimam, audituq; iucundiſſimam, & maximè neceſſariam pronuntiaturi ſunt, animos auditorum præparat Apoſtolus, hoc ſenſu: Vt proſequar, inquit, quod cœperam; oſtendi, quinam ſint, qui à ſanâ doctrina, & vtili ſalutariq; ſtudio diuertant: dicam nunc, quodnam ſit ſanæ doctrinæ caput, ſumma, & ſcopus: Id nimirum obuiis vlnis, vt certum, & indubitatum, debet omnes amplecti, & excipere; nempe, quod Chriſtus Ieſus, qui in mundo erat, & per quem mundus factus eſt, aſſumpta carne venit in hunc mundum, ſa- *Sanæ doctrinæ caput, ſumma, ſcopus, Chriſtus Dominus.*

lutis humanæ recuperandæ cauſa, hoc eſt, vt remiſſis peccatis, iuſtificaret impios; vireſq́; præberet hominibus, quibus id, quod lege præcipitur, poſſent implere, & pro bonæ vitæ meritis, vitam tandem æternam largiretur, quod legi Moſaicæ (contra q. Pſeudo-Apoſtoli, & Theogoniſtæ fabulantur) erat impoſſibile. *Quod enim impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum*, Rom. 8. Eandem ſententiam ipſe Dominus Matth 9. & 18. apertè de ſe pronuntians, *Miſericordiam*, inquit, *volo, & non ſacrificium: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Quibus verbis, & adiuncta parabola, de perdita oue, & nonaginta nouem ouibus, in deſerto relictis, ſe adeò eſſe miſericordem profitetur, vt ſi non fuiſſent in mundo, niſi centum homines, inter quos nonaginta iuſti, & vnus iniuſtus fuiſſet repertus, nonaginta nouem iuſtis relictis, vno iniuſto quæſito, mortem ipſius cauſa oppeteret.

Legis veteris impotentia ad iuſtificandum.

Chriſti miſericordia in ſaluando humano genere.

Ex quibus, ſolam aduentus Chriſti cauſam fuiſſe hominum ſalutem, colligitur; adeò vt homine non peccante, cauſa nulla videatur, cur Deus filium ſuum in hunc mundum mittere debuiſſet; maximè, quod deficientibus morbis, Medici opera parum neceſſaria exiſtimetur. Vnde Luc. cap. 19 poſt Zachæi conuerſionem de ſe loquens Saluator, *filium hominis veniſſe* dicit, *vt quæreret, & ſaluum faceret, quod perierat.* Quod ipſum inſinuaſſe videtur Ioannes, cap. 1. quando *verbum*, in quo *vita erat*, & quod (etiam nondum carne ſuſcepta) *erat lux hominum*, viſibile tandem appa-

Cauſa aduentus, & incarnationis Chriſti.

Chriſtus lux mundi.

apparuiſſe, & carne ſuſcepta in mundo luxiſſe narrauit, ſicut 1. epiſtol. cap. 1. aliis verbis idem expreſſit, dicens: (*Vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis:*) *Hic* enim, ait Baruch. cap. 3. *adinuenit omnem viam diſciplinæ, poſthæc in terris viſus eſt.* Et Paulus 2. ad Timoth. cap 1. *Secundum gratiam,* inquit, *quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tempora ſæcularia, manifeſtata eſt autẽ per reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti:* Quaſi dicere voluiſſet; iam Chriſtum carnẽ ſuſcepta, lucere in mundo, nos docendo, illuminando, & viuificando. Chriſtus enim in mundum veniens, ignorantes Deum, & à via ſalutis aberrantes inuenit; quibus ſe & viſibilem doctorem veritatis exhibuit, & medicum obtulit, ſanandis peccatorum morbis optabiliſſimum, ac præſentiſſimum. In eo certè ſermone, quem Ioan. cap. 3. cum Nicodemo habuit Dominus, cùm ſui ipſius incarnationis finem, & mortis cauſam dixiſſet fuiſſe immenſum patris amorem erga mundum, ſiue homines in mundo contentos; fructum ſubiungit fuiſſe, ne homo periret, id eſt, vt à peccato, & æternâ morte humanum genus ereptum, æternam vitam adipiſceretur: *Sic enim Deus dilexit mundum* (ait) *vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Potuiſſet enim Deus dare filium ſuum, vt mundum iam iudicatum damnaret; non autem, vt qui credit in eum, non periret: Et tunc non ex dilectione, ſed ex iuſtitia dediſſe diceretur: At dare filium ſuum ad hoc, vt, qui credit in eum, non pareat, ſed habeat vitam æternam, ex nimia dilectione erga mundum id factum eſt: *Non enim miſit Deus filium*

Incarnationis Chriſti, mortiſq; finis, cauſa, & fructus.

Dei dilectio immenſa in mundum.

ſum in mundum (ſubiungit Ioannes) *vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Ideò ad Rom. cap. 4. dicit Apoſtolus, *Deum propoſuiſſe Chriſtum propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Et cap. 9. ad Hebr. *Ideò noui Teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente, redemptionem earum prauaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis.*

Amoris Chriſti erga nos cõſideratio, efficax peccati remedium.

Quibus locis monet Apoſtolus, deinceps non viuendum peccatis, ſed iuſtitiæ, volens dicere; hactenus in mundo regnaſſe peccata, &, vt ea delerentur, Chriſtum eſſe mortuum: At mortuo iam Chriſto, nequaquam vltra eſſe peccandum: Nimis enim ingratum eum fore, qui poſt tale humanitatis exemplum ſibi à Chriſto exhibitum, mortemq; crucis tanta pro nobis charitate ſuſceptam, ſe ipſum non reprimat, & abſtineat à peccatis.

An Chriſtus in ſtatu innocentiæ, incarnatus fuiſſet.

Sit ergo firma Theologorum ſententia, verbum diuinum (vt cum Theophylacto loquar) non fuiſſe carnem aſſumpturum in ſtatu innocentiæ, ſi omnes innocentes, & iuſti fuiſſent, iuxta illud Auguſtini, ſerm. 9. de verbis Domini: *Nulla cauſa fuit veniendi Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere: Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ. Si venit de cœlo magnus medicus; magnus per orbem terræ iacebat ægrotus.* Et ſerm. 8. *Si homo non periiſſet, filius hominis non veniſſet.* Quaſi dubium non ſit, à Deo miſſum fuiſſe filium, niſi vt *oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* Et propterea dicit ipſe Saluator, Luc. 4 hanc dulciſſimam prophetiam Iſaiæ cap. 61. in ſeipſo fuiſſe completam: *Spiritus Domini ſuper me, eò, quod vnxit me, ad annuntiandum paupe-*

Rom. 9.

Digitized by Google

ribus miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & claudis redemptionem, & prædicarem fortitudinem lugentibus Sion, & annuntiarem annum placabilem Domino, &c.

Quod ſi vera eſt regula intelligendę Scripturæ, quã D. Auguſt. lib. 3. de doctr. Chriſtian. tradit, vt ſcilicet planè, & inprimis propriè intelligantur Scripturæ dicta, cum nullum inde conſequens abſurdũ obſtiterit; nullum autem in propoſito obſtet; ex dictis conſtat, finalem aduentus filij Dei cauſam, vel ſolam, vel præcipuam fuiſſe peccati remedium; Sicut etiam in ſymbolo fidei Nicæno, de Chriſto dicitur; *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cælis,* &c. Vnde lib. 1. de peccatorum meritis, & remiſſione, cap. 26. diſertè affirmat, ex prædictis Scripturis, Auguſtinus, ſufficienter apparare, Chriſtum Dominum non aliam ob cauſam in carne veniſſe, & formâ ſerui acceptâ, factum obedientem vſque ad mortem crucis, niſi vt hac diſpenſatione miſericordiſſimæ gratiæ, omnes, quibus, tanquam membris in ſuo corpore conſtitutis, caput eſt ad capeſcendum regnum cœlorum, viuificaret, ſaluos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret, &c.

Regula intelligendæ Scripturæ.

Quorum primus ego ſum. XIX.

Vox *primus* non ordinis, ſed excellentiæ eſt, idem valens, quod maximus, & præcipuus: Quam ideò adiunxit, vt cæteros ad ſui imitationem prouocando, de Dei miſericodia, & bonitate bene iuberet ſperare: quemadmodum paulò poſt ſubiicit; Deum in ſeipſo exemplar propoſuiſſe, quomodo ſe gerat erga peccatores, vt nemo iam, quantumuis grauibus ſce-

Pauli adhortatio ad ſuimet imitationem.

Digitized by Google

leribus depreſſus, de ſe deſperet: immò eandem ſe conſecuturum veniam polliceatur, modo ſibi ipſe non deſit; ſed munere ſuo, vti par eſt, diligenter fungatur. Sicut enim Deus inſigni ſua miſericordiâ & gratuitâ dilectione, ad hominem ſe benignè conuertit; ita oportet hominem, non ſolum intellectu credendo, ſed etiam omni voluntatis affectu, atque adeò tota mente operãdo, in Deum conuerti, vt, qui ſecundum omnes ad operandum vires, à Deo mirificè ornatur, illis omnibus gratiæ munera accepter, quemadmodum Paulum, ipſo ſuæ vocationis punctulo feciſſe, & toto vitæ ſpatio confirmaſſe, ſcriptura commemorat.

Quomodo Paulus ſit primus, & maximus inter peccatores.

* Principem autem, ſiue *primum* peccatorem ſe vocat Apoſtolus, quod Spiritu ſancto illuſtratus, certo nouerit ſupra modum grandem fuiſſe ſuam iniquitatem, & in eam, ex vera humilitate valde intenderet oculos mentis ſuæ, quomodo nullius alterius iniquitatem expenderet. Erat igitur peccatorum maximus ſiue primus, mero & recto mentis ſuæ iudicio. Quemadmodum [illegible] aliquem latronem, cuius crimina pro tribunali cõuicta ſunt, rectè dicit eſſe peſſimum omnium ſuorũ ſubditorum, quia aliorum ſcelera cum eum lateant, præſumit non eſſe tanta: Sic & quilibet debet veraciter iudicare, ſe eſſe maximum peccatorem, quia ſua peccata tanquam certa præ oculis habere debet, & de aliis meliora præſumere. *Non enim falſa est*, inquit Augustinus, lib. 81. quæſt. 71. *[illegible] Apostolus iubet, dicens, alter [illegible] debemus [illegible] eſſe poſſe in [illegible] illo vi-*

Simile.

[illegible] demiſſe [illegible]

demur

demur ſuperiores, non ſit occultum. Sicut igitur docet, Apoſtolus, vt alter alterum, iudicet ſe ipſo meliorem; ita quiſque debet ſua peccata grauiora æſtimare quam alterius, ſua debet ante oculos habere & ponderare, aliorum peccata extenuare, & non attendere.

Hac igitur conſideratione dixit Apoſtolus ſe eſſe primum peccatorum, & quidem ſe eſſe, non fuiſſe dicit, quod ſe à præueniente Dei gratia ſeorſim conſiderans, videbat permanſurum fuiſſe in priſtinis ſceleribus & flagitiis, imo plus peccaturum, & quantum ad ipſum ſolum attinebat, nihil fuiſſe mutandum; quo etiam modo Matthæus, iam Spiritu ſancto repletus, adhuc ſe publicanũ vocat, Matth. 10. *Iuſtus enim in principio ſermonis, accuſator eſt ſui.* Prouerb. 18. Vnde Salomon Prouerb. 30. ſe *ſtultiſſimum virorum* nominat; Hominis enim reſipiſcentis eſt, ante omnia ſuam miſeriam agnoſcere, & peccati ſtatum, in quo fuit, longè miſerrimum confiteri, quemadmodum prodigus ille filius, Luc. 15. in ſe reuerſus, (id eſt, elongatus, tam à ſeipſo, qui prius fuerat in domo paterna, in ſtatu gratiæ, quàm à Deo, & de redeundo cogitãs) *Quanti*, inquit, *mercenarij abundant panibus? ego autem hic fame pereo; Surgam, & ibo ad patrem meum.* Primus enim gradus ad indulgentiam eſt, agnoſcere delictũ, fateri miſeriam: Vnde monebat propheta, Oſeæ, cap 14. populum Iſraëliticum dicens: *Conuertere Iſraël ad Dominum Deum tuum; quoniam corruiſti in iniquitate tua.* Et vnde conuerſionis exordium ſumant, mox explicat, dicens: *Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum; & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.*

Agnitio peccati in reſipiſcentibus neceſſaria.

Vitu-

Vituli labiorũ, quid; Vitulos labiorum vocat Propheta, verba humilia, quę à corde cõtrito exeunt, eiuſq; miſeriam patefaciunt; In huiuſmodi enim vèrbis, *lingua*, & *labia* quaſi mortificantur. Vnde monebat Paulus: *Non voſmetipſos*, inquiens, *defendentes, chariſſimi*, Rom. 12.

Iudas filius Iacob, licet innocens eſſet, propter ſcyphum inuentum in ſacco Beniamin, ſeipſum tamẽ accuſauit, vt Ægypti principem flecteret, dicens: *Quid reſpondebimus Domino meo? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum*, Gen. 44. *Simile.* Qui enim in foueam, aut foſſam, decidit, ſi caſu delectatur, optimo loco videtur eſſe; at vbi primum emergere contendit, tunc demum ſe malo loco eſſe aduertit, auxilium implorat, ſuæ ſibi miſeriæ conſcius.

Lutheri error, in iactando nimis diuinã miſericordiam. Quod quidem, ſi paulo ſinceriùs attendere Lutherus voluiſſet, non ita miſericordiæ diuinæ vim extuliſſet, vt iuſtitiæ obliuionem, in hominum animos, ad omnem impunitatem, inueheret: Quamquam à magiſtro degeneres diſcipuli (inter quos Melanchthon, Heshuſius & alij) deſciuerunt, qui præter iactatam illam præceptoris ſui ſolam fidem, alias etiam bonas actiones, in hominis conuerſione, tandem etiam requirunt, & pœnitentiam quandam neceſſariam eſſe affirmant, ſed quæ corpori nullum incommodum, aut dolorem adferat, aut quæ duro labore, vel omni moleſtiâ careat; in quibus tamen frequenter Paulus ſe gloriari teſtatur, *ne, cum aliis prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur*, 2. Cor. 11. *Diſcipulorum Lutheri, circa neceſſitatem pœnitentiæ ſententia.*

Itaque Dei miſericordiam laudant Lutherani, ſed Pauli labores, ieiunia, corporiſq; cruciatus, atque ſuſceptas acerbitates, neceſſarias non eſſe arbitrantur: immò caſtimoniæ puritatem, eleemoſynarum profuſio-

fuſiones, anteactæ vitæ deploratione, monaſticæ vitę inſtituta, rident admodum impudenter, eò quod petulcæ carnis cupiditatibus repugnent.

Et ſanè mirum eſt, id genus Doctores non attendere, quod, etſi Dei proprium ſit, miſereri, & parcere, iuſtitiæ tamen partes ab eius prouidentia non remoueantur. Stultum eſt proinde, ita Deum miſericordem proponere, vt iuſtitiæ eius partes prætereantur, cùm ipſa Scriptura paſſim à ventura Dei ira, & vindicta, fugere cũctos pręmoneat. Hinc Auguſt. ſuper illis verbis Pſalm. 102. Miſericors, & miſerator Dominus: *Obſerua*, inquit, *ne longitudine miſericordiæ Dei, malè viuendo, ſic tibi theſaurizes iram Dei*, vt dixit Apoſtolus, cùm ait Rom. cap. 2. *An diuitias benignitatis, & longanimitatis eius contemnis?* &c. *Deus miſericors & iuſtus.*

Sed ideò miſericordiam conſecutus ſum; vt in me primo oſtenderet Chriſtus IESVS *omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi, in vitam æternam.* XX.

Hæc videntur fuſius à Paulo expreſſa; partim, vt diuinæ bonitatis declarationem exaggeraret, iuxta Sapientis ſententiam, qui Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatum eſſe* Dominũ dicit: eius namque bonitas, & gloria in remiſſione peccatorum maximè ſplendeſcit: partim, vt Dei miſericordiam, in recipiendis peccatoribus, omnium delinquentium oculis obiiceret. Cum enim Deo ſit naturalis, indeficiens, & infinita bonitas, atque benignitas, peccato- *Dei miſericordia in recipiendis peccatoribus.*

Digitized by Google

tem non vult perire, ſed conuerti ad pœnitentiam, & viuere: Scriptum quippe eſt in lib. Sapient. cap. 11, *Miſereris omnium, quia omnia potes: & diſsimulas peccata hominum propter pœnitentiam: Diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: Et infra: Parcis autem omnibus; quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.* Eodem modo, Eſaias cap. 5. *Expectat vos Deus, vt miſereatur veſtri.* Et B. Petrus, 2. Petr. 3. *Non* (inquit) *tardat Dominus promiſsionem ſuam, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiã reuerti.* Quid aliud pręſens Pauli confeſſio teſtatur, quãdo dicit, ſe *ideo miſericordiam eſſe conſecutũ, vt in me,* inquit, *primò oſtenderet Chriſtus Ieſus, omnem patientiam,* quia, vt quidam Propheta dixit, *præſtabilis* eſt *ſuper malitia hominum*; cum nihil prætermittat eorum, quæ conducere poſſunt ad promouendam eiuſmodi hominum conuerſionem, ad quam eos quodammodo trahere videtur, & quantum in ipſo eſt, ad pœnitentiam perducere, imo compellere, quemadmodum Paulus Rom. 2. inſinuat dicens: *Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quaſi diceret: Quod tibi Deus parcit, putas, quia places ei? Non placent ei peccata, ſed per longanimitatem quærit rectè facta: Nam *ſi ſtatim puniret peccatores, non reperiret confeſſores*, inquit S. Auguſtinus, ſuper Pſal. 102. Ergò te Deus longanimitate ſua, parcendo, ad pœnitentiam adducit, &c.

Deus homines ad pœnitentiã trahit, compellit, &c.

Hinc Gregor. homil. 5. in Ezechielem, hæc eadem Pauli verba explanans, plangendo exclamat: *In cuius* (Apoſtoli) *verbis, quid aliud, quàm duritia noſtræ mentis accuſatur? Quia ipſe plangit* (Apoſtolus) *quod ante baptiſma commiſerat: nos verò, & poſt baptiſma multa commiſimus, & tamen flere recuſamus.* Pau-

Duritia noſtra ad plangẽdum peccata.

Paulus enim tanti miraculi vim vult peccatoribus ob oculos ponere, cùm toties, & tot modis ſtatũ illum ſuum commemorat, priuſquam vocaretur in gratiam vocationis. Hinc ſe demiſiſſimè abiicit; hinc altiſſimè Dei erga ſe miſericordiam extollit: quemadmodum hoc loco copioſè narrat, quaſi aliquod commune ſignũ, vel potius inſigne, ſiue paradigma, & exemplum ſit poſitus, ad cuius cõſpectum, & imitationem, omnes peccatores moueri debeant, vt ad Deum protinus cõuertantur: Ideò dicit, ſe *ad informationem eorum, qui credituri ſunt* Chriſto *in vitam æternã, miſericordiam eſſe conſecutum, vt in ſe primò Chriſtus oſtenderet omnem*, id eſt, *totam, perfectam, & integram patientiam*, quaſi *dediſſet ei Deus locum pœnitentiæ, & ille non eſſet eo abuſus in ſuperbiam*, Iob. cap. 24. vtpote ſecutus Eccleſiaſt. cap. 5. conſilium: *Non tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem: ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Nã licet Dei patiẽtia, & longanimitas, quibuſdã nõ proſit; multis tamẽ prodeſt plurimũ, qui licet in magnis peccatis diu multũ volutati eſſent, contemplatione tamen tantæ bonitatis, & longanimitatis Dei, ſingulariter commoti ſunt, vt remedium pœnitentiæ percipientes, veram animi ſanitatem, & ſalutem ſint conſecuti. Tametſi enim longa Dei patientia, Pharaoni non profuerit, profuit tamen plurimum regi Nabuchodonoſor.

Dei longan- mitas in pec- tores, quib- proficua, qu- buſdam mi- mè.

Vnde, non abs re, huius vnius Pauli, ab Eccleſia, conuerſio, annua ſolennitate recolitur, ſicut etiam alterius ſexus, vnius Mariæ Magdalenæ, ad hoc feſtiuitas celebratur, vt vtriuſque conuerſionis exemplo, ad meliorem vitam cæteri prouocentur.

Feſtum Cõ- ſionis B. Pa- & Mariæ M- dalenæ cur E- cleſia celebr-

Auget porrò plurimum, huius Pauli vocationis,

Inſignis Dei miſericordia in Conuerſione Pauli.

& conuerſionis beneficium, quod miſericordiam duntaxat non eſt conſecutus, ſed quod etiam inter nobiliſſimas ædificij Eccleſiaſtici columnas, ex perſecutore, ſit reputatus, ſuper quem Eccleſia etiam ſuperædificaretur.

Paulus Moyſi comparatus.

Hinc ſæuientem Saulum pro religione, cum Moyſe, vlciſcente Hebræi hominis iniuriam, interfectione Ægyptij, Exod. 2. non abs re comparaueris, vt propter tantam indolem, non hic minus quodammodo nouæ, ſi non legiſlator, at præco legis, quàm ille veteris fuerit deſignatus, vt Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum, cap. 70. ſubindicat, afferens etiam exemplum Petri, qui poſt abuſum gladij, Matt. 26. Paſtor Eccleſiæ creatus eſt, Ioan. 21. cap.

Maximè peccatores cur Deus ſæpe ad regimē aliorum aſſumantur.

Adde, tales inprimis idoneos eſſe regimini aliorum, qui ex his, quæ peccauerant, alienis compati peccatis ediſcant. Hinc Leo, de Petri negatione agens, ſerm. 9. de paſſione; *Ob hoc*, inquit, *ſicut apparet, hæſitare permiſſus eſt, vt in Eccleſiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur, vt nemo auderet de ſua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum, nec D. Petrus potuerit euadere.* Vnde Baſilius, hom. 29. de pœnit. & hom. 22. de humilit. *Rigor Sauli, tanquam gelu, flante diuino ſpiritu, reſolutus, in aquas euaſit propriæ compūctionis, & ſanctæ aliorū exhortationis (vt etiam Gregorius ratiocinatur) & tam durus perſecutor, ac Stephani lapidator, Stephanū præcedit gratia Apoſtolatus.* Vnde Gregorius, apud Ioannem Lorinū, in cap. 9. Actor. nos vult formare huiuſmodi prouerbium, ſimile ei, quod olim circumferebatur: *Num Saul inter prophetas?* 1. Reg. 10. & 19. *Num & Saulus inter Apoſtolos?* Vt intelligamus, quod cōuerſus peccator, nō ſolum ſperare, inquit, à Domino

no

Digitized by Google

no veniam, ſed viriliter certando, pertingere valeat ad coronam.

Regi autem ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. XXI.

Recolens vir iuſtus innumera Dei beneficia, ex gratitudine redundantia, in Dei laudes ita ſæpe prorumpit, vt cum Regio Propheta, ſibi ipſi legem imponens, in Dei laudes profuſis vocibus exardeſcat; *Benedic*, inquiens, *anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius: Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius: Qui propitiatur omnibus iniquitatib. tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*, &c. Pſal 102 In quam ferè ſententiam, hoc loco, Dei miſerationibus omni ex parte circundatus, & cumulatus Apoſtolus, in Dei Patris pro innumeris eius beneficiis, ſibi miſericorditer collatis, laudes erumpit.

Beneficiorũ Dei memoria, in laudem diuinã nos accendit.

Et ſicut alicui gratias acturi, in eam haud ſegniter curam incumbunt, vt congruis honorum, & dignitatum titulis benefactores exornent, quo faciliùs eorũ ſibi beneuolentiam concilient; ita etiam Deum, ex poteſtate, & ex naturę proprietate commendat Apoſtolus, vocans eum inprimis *Regem*, quaſi principum omnium ſupremum Dominum, qui totius mundi clauum teneat, atque claues puppis, & arcis humeris ſuſtineat, & portet. Vnde eſt, quod reges coronam mœniis cinctam in capite geſtent, quaſi videantur ſuarum ciuitatum pondus, capitibus impoſitum, geſtare.

Gratias alicui agentium mos.

Deus, Rex qui ſit.

Corona, mœniis cincta qd in capite Regũ.

Digitized by Google

Regis etymon in græco. ſtare; Ideò enim Rex dicitur à Græcis βασιλεὺς, quaſi baſis, & fundamentũ populi, quod ſubiectum ſibi populũ princeps ſuſtineat. Quamquam illam etiã non inelegantem eſſe eiuſdem nominis notionem, ductam à futuro verbi (βαίνειν & ἵλεως) exiſtimet Ioannes Pineda, in cap. 9. Iob. quod eſt miſericorditer aſcendere; quod in ſede excelſa regis, eminere, & reſplendere debeat miſericordia.

Deus, Rex ſæculorum quomodo dicatur. Deum autem vocauit *ſæculorum regem*, quod non vnius tantum prouinciæ & regiminis rex, non vnius ſæculi, æræue vnius, ſed cœli terræq; dominator ſempiternus ſit; cui canẽs Dauid, Pſal. 144. *Exaltabo te,* inquit, *Deus meus, rex: & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Magnus Dominus & laudabilis nimis,* &c. Quaſi Dauid, vno tantum ſæculo victurus, prædicare voluiſſet ſempiternam omnium ſæculorũ dominationem ſui regis, omnibus numeris perfectã, & interminatam.

Quamobrem, non à ſe tantùm, aut ab vnius ſæculi hominibus, ſed ab omnibus hominũ generationibus, quæ illius imperio parent, eſſe celebrandam prædicit: Ideò ſubiungit: *Generatio, & generatio laudabit opera tua; & potentiam tuam pronuntiabunt, Et infra: Regnum tuum regnum omnium ſæculorum.* Quaſi diceret: Homines vno duntaxat ſæculo viuere, & regnare poſſunt; vnde regnum vnius tantum ſæculi habent: at DEI regnum nullo ſæculo terminatur: Vnde & ab eodem Dauide Pſal. 46. *Rex magnus ſuper omnem terram* vocatur, eò quod vnius tantum regionis rex, qui ad tempus eſt, is puſillus eſt; at qui vniuerſarum, is verè magnus. Hæc autem magnitudo, *Magnitudo regni Dei in quo ſita.* ex proprietate vocis, tum ad molem perfectionis, tum

tum ad numerum referri poteſt; veluti ſi dicas; multus, & numeroſus rex, quod vniuerſorum regnorum ſit Dominus. Quambrem à Regio Vate dicitur, Pſal. 24. quod *Domini ſit terra, & plenitudo eius*: Quaſi diceret, Quicquid continet terra, & quicquid ſua amplitudine implet, iure ad Deum pertinere, cum ipſe eam plantet, riget, eiq; det incrementum. Propterea enim illi affudit aquæ humorem: nam *ipſe ſuper* (ſiue iuxta) *maria fundauit, & ſuper flumina præparauit eam.*

Hunc autem potentiſſimum regem; etiam deſcribit Apoſtolus ab *immortalitate*: Quæ conditio, Deo intrinſeca eſt, eò quod ſimpliciſſimus, & perfectiſſimus ſit, vtpote nulli imperfectioni, aut defectui obnoxius, ſed incorporeus, & ſpiritualis naturæ, omnia per eſſentiam, & potentiam replens, ac viuificans. *Deus immortalis qui ſit.*

Eſt autem duplex immortalitas, quemadmodum colligitur ex D. Auguſtino, lib. 7. ſuper Gen. ad literã, cap. 25. Vna ſecundum quam quis poſſit nõ mori: Altera ſecundum quam nõ ſolum poſſit quis non mori, ſed etiã non poſſit mori. Quæ poſterior, ita Deo conuenit, vt in hominis mentem cadere non poſſit, quomodo Deus, quà Deus, mori poſſit, eius attributis, & perfectionibus probè cognitis: adeò vt & ipſi Ethnici, de Deo non malè ſentientes, ſuos etiam Deos; (qui tamen non erant dij) *immortales* vocarint. *Immortalitatis duplex notio.*

Deum etiam vocat *inuiſibilem*; quod epitheton eſt proprium veri Dei: Nam licet dicamus in ſymbolo, Deum eſſe viſibilium, & inuiſibilium rerum factorem, hoc tamen in ſcripturis nomen, ferè non tribuitur, niſi Deo, ſicut etiam patet infra, cap. 6. Verè enim ſolus Deus eſt inuiſibilis, quia non poteſt videri, niſi ſeipſum manifeſtet. Angeli enim licet nobis *Deus inuiſibilis, quomodo ſit.*

Digitized by Google

bis ſint inuiſibiles, tamen aliis angelis, & ipſi Deo ſe abſcondere non poſſunt: Ideo cap. 1. Ioan. dicit Præcurſor: *Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus, qui eſt in ſinu patris.* Licet enim paſſim ſcriptura vetus narret, patriarchas, & prophetas vidiſſe Deum, Gen. 31. Exod. 33. & alibi ſæpe; comprehenſiuè tamen videri Deus non poteſt; imo nec illo modo, niſi Dei voluntate, non naturæ propriæ virtute. Viſus quidem eſt olim in figuris, quemadmodum viderunt prophetæ; item in humanitate aſſumpta, vt viderunt Apoſtoli; in eſſentia, vt vident beati, & vident angeli: ſed nemo Deum comprehendit; quemadmodum docet Ambroſius, lib. 1. de Spiritu ſancto, cap. 1. allatis S. Ioannis verbis; *Deum nemo vidit vnquam*, omné creaturam à Dei comprehenſione excludi. Vnde Exod. cap. 33. dicitur: *Non videbit me homo, & viuet.*

Deus incomprehenſibilis.

Deus quomodo viſus.

XXII. *Soli Deo honor, & gloria.*

Deus vt accipiatur hoc loco.

Nomen Dei, pro indiuiduo concreto deitatis, hoc loco ſumptum, ſimul pro tribus perſonis debet intelligi, non quia nomen (Deus) eo loco proximè ſignificet tres perſonas, ſed quia concretum deitatis, pro quo (vt loquuntur in Scholis) proximè ſupponitur, eſt commune tribus perſonis, & de illis verè dicitur, quicquid de indiuiduo illo prædicatur.

Deo quomodo Soli honor debeatur.

Præponitur autem adiectiuum *Soli*, non vt ſignificetur Deum ſolitarium eſſe, aut ſolum, ſed vt verus Deus, & immortalis, ab aliis falſis, & mortalibus ſeparetur, & illi, non aliis, honor, & gloria deferatur.

Honor parentibus, magiſtratibus, et cæteris.

Neque etiam vox *Soli*, prohibet, ne parentibus, magiſtratibus, & poteſtatibus ſublimioribus debitũ hono-

Digitized by Google

honorem exhibere debeam? cùm id paſſim ſcriptura à nobis requirat: nempe, vt in omni obedientiæ genere, quam diuina lex, vel Eccleſia præcipit, aut commendat, nulla perſonarum ratio, cui obeditur, à nobis habeatur, ſed potius voluntatis, & ordinationis diuinæ, quæ eos nobis p̃poſuit, & patres dedit, ſeu naturales, ſeu ſpirituales, ſeu etiã ciuiles. Sic enim *ſoli Deo* datur *honor, & gloria*, cùm alios p̃ter Deũ, non niſi propter Deũ honoramus, id eſt, q̃a Deus eos nobis patres & præpoſitos dedit: Si enim alio quocumq; reſpectu id facimus, vt prudentiæ, potentiæ, aut etiam virtutis cauſa, non iam vt patrem, aut præpoſitum, ſed vt prudentem, potentẽ, bonum honoramus: qui honor, etſi legitimus ſit, tamen non eſt propriè honor parẽtum, aut ſuperiorũ, quem ſcriptura præcipit. Quum enim *omnis poteſtas à Deo* ſit; *quæ* autem *à Deo ſunt, ordinata ſunt*, Rom. 13. omni poteſtati, propter Deum, qui ſic ordinauit, obedire & ſubiacere debemus, abſque perſonarum reſpectu, in quibus aliquid ſemper, quod diſpliceat, inuenire facillimum eſt, nihil, quod offendat, inuenire, difficillimum.

ſuperioribus debitus, quomodo exhibendus.

Perſonarũ ratio in ſuperiore non habenda.

Gloriæ vocabulo, intelligitur ipſa Dei gloria, quæ per beatificam viſionem in beatis redundat. Claritas vero illa diuinæ notitiæ, qua Deus ſeipſum, ſuaſq; omnes perfectiones comprehendit, quatenus per eam ipſe ſibi ab æterno notus eſt, vocatur *gloria Dei*: & quia per beatificam viſionem, Deus, clariſſimam ſui notitiam tribuit beatis, ideò dicitur cum illis communicare gloriã ſuam, per quam omne eorum deſideriũ expletur. Vel poteſt accipi *gloria*, pro notitia illa, quã de dignitate, & mente cuiuſq; beati, & habet Deus, & per Deum habent etiam omnes beati. Definit autem

Gloria acceptio in hoc textu.

Digitized by Google

Gloria quid ſit. S. Ambroſius, *Gloriam; claram, cum nominis fama, & & laude, notitiam.* Summus honor autem, eſt recognitio ſupremæ excellentiæ Dei, qua homines ſe, tanquam ſubditos recognoſcentes, eidem omnem ſubiectionem, reuerentiam, & venerationem ſe debere, ore & corde confitentur. Qui enim intelligunt, ſe nihil ex ſe, aut ex ſuis viribus; ſed ex mera Dei gratiâ, eaq́; indebitâ, ideoq́; ex ſola Dei miſericordia, & benignitate, vel habere, vel operari, vel facere, illi certè non ſuum, ſed Domini Dei ſolius honorem quærere debent, quemadmodum hoc loco docet Paulus, cùm *ſoli Deo*, tanquam bonorum omnium fonti & authori, *honorem & gloriam* impertitur: *Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum,* Iacob. cap. 1. Vnde, qui ſibi, non Deo aliquid tribuit, ideoq́; ſuam, non Dei gloriam in omnibus quærit; eius gloria nihil eſt, ſed eius peccatum maximum eſt, quemadmodum probat Dominus, Ioan. cap. 8.

Dei gloria in omnibus quærenda.

Eſt ergò, quaſi Paulus hoc loco dicat, ex ſubiectione, Deo honorem ab omni creatura exhibēdum, in manifeſtationem excellentiſſimæ ipſius bonitatis; quemadmodum facit D. Ioannes, Apocal. cap. 7. *Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſæculorum, Amen.* Hinc Eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, vt non ſolùm omnes pſalmi, in officiis diuinis, ſed & hymnorū pleriq́;, laudis diuinę confeſſione terminentur, quam vſitata illa formula exprimit: *Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto:* quæ laus eſt latriæ, & religionis, qua ſimul Deum noſtrum, qualis ſit, declaramus, & ipſum declaratum adoramus.

Eccleſiæ cōſuetudo in laudando Deo.

Nec

Digitized by Google

Nec datiuus ille (*Soli*) excludit eum honorem, qui ſanctis debetur: Cum enim Ariſtoteles dicat, honorem nihil aliud eſſe, quam reuerentiam alicui, propter aliquam eius excellentiam, præſertim vero ſapientiæ, ac virtutis, exhibitam; quidni iuſtis, & ſanctis hominibus, propter eorum merita & virtutes exhibeatur? ipſiq; ſe inuicē honore præueniant? Quod ſi enim, ſecundum Ariſtotelem, ideò honorari à ſapientibus maximè cupimus, quod illi ſint certiſſimi virtutis noſtrę teſtes, ſuoq; teſtimonio locupletiſſimi cõmendatores, quātò erit optabilior beatorū honor, omni ſapientia, virtuteq; præſtantior? Eo honore decorauit & beatificauit ſeruos ſuos Dominus, eoſdem amicos, filios, hæredes & conuiuas ſuos appellando: De quo honore, Ioan. cap. 12. dicit Dominus: *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus, qui eſt in cælis:* Ad quem honorem poteſt referri, quod dixit Dauid Pſal. 138. *Nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt*, &c.

Honor Sanct. exhibendus.

Sancti Dei ſa... ui quomodo ſint à Deo honorati.

In ſæcula ſæculorum, Amen. XXIII

Solet ſcriptura geminatione verborum, vel eorundem, vel idem valentium, res magnas confirmare, quas certas, & indubitatas vult eſſe: vt Prouerb. cap. 8. *Deus poſſedit me ab initio viarū ſuarū*, Sed ne putes ſapiētiam cum mundo cœpiſſe, ſubiicit: *Antequam quicquā faceret à principio: Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis:* ne putes antiqua dici, prima mundi exordia, vide quid ſequatur: *antequam quicquam fieret*. Eccleſ. cap. 24. *Ab initio, & ante ſæcula creata ſum: priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à ſæculo, & vſque in ſæculum tu es Deus.* Significat autem eiuſdem dictionis

Geminatio v... borū quorſum in ſcriptura.

Digitized by Google

repetitione Scriptura, vniuerſaliter, vel collectionem vniuerſalitatis; vt, ſæculum ſæculi, ſiue ſæcula ſæculorum, pro æternitate (in qua omnium ſæculorum duratio vnita colligitur) hoc loco ponatur. Sæpe etiam ad iſta nomina addit Scriptura, *adhuc*, ſiue *& vltra*, vt omnem terminum auferat; adeò, vt, cum dicitur: *ſæculum, & ſæculum*, ſiue *ſæculum ſæculi*, aut *ſæcula ſæculorum*, æternitas ſignificetur, id eſt, omnia ſæcula, quæ excogitari poſſunt. Eſt enim Hebræorum conſuetudo, vt nomen geminatum, multitudinem magnam ſignificet, vt Geneſ. 14. in Hebræo, & in Græco eſt; *Et vallis ſilueſtris putei, & putei bituminis*; ſcilicet erant, hoc eſt, tota erat plena puteis bituminis. Nos habemus; *Vallis autem ſilueſtris, habebat puteos multos bituminis*: & Pſalm 86. *Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea*: id eſt, magna multitudo hominum: Prophetat enim de populis gentium venturis ad Eccleſiam: Quaſi diceret: Num tanta erit fælicitas Eccleſiæ, vt poſſit ei ab aliquo dici; Multi homines in ea naſcuntur per baptiſmum?

Sæculum æcu. [?], quid;

Hebræorū conſuetudo in geminandis nominibus.

Itaque propria huius nominis *ſæculum* notio hæc eſt, vt id, quod finem non habet, aut principium non habuit, hoc nomine intelligatur, idemq; nobis ſignificet, ac *æternum*, ſiue *æternitas*; quemadmodum etiam docuit Ariſtoteles, lib. 1. de cœlo, cap. 9 ſigificare finem, qui continet vniuerſum tempus infinitum, eò quod ſemper ſit, & dictum eſſe ab eo, quod ſemper ſit.

Sæculum, græcis vnde dictū.

Aptiſſima porrò Hebraicæ ſignificationis voce (*Amen*) ſuum hymnū concludit Apoſtolus; cuius duplicem eſſe apud Hebræos acceptionem, rectè notauit Toletus, in cap. 3. Ioan. *Prima* eſt, cùm Subſtantiuè

Vocis, Amen, duplex notio.

Prima.

tiuè, (vt vocant) ſumpta, fidelitatem, & veracitatem ſignificat: Sic ſumpſit Eſaias, cap. 65. *Benedicetur in Deo Amen:* Vbi Amen regitur à voce Deo; quaſi dicat, in Deo fidelitatis, & veracitatis; qui ſcilicet fidelis, & verax eſt. Apocal. cap. 3. *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis*; id eſt; Hæc dicit Dominus, qui eſt veracitas, & fidelitas.

Altero modo ſumitur loco aduerbij, & in duplici ſignificatione: *altera eſt*, vt ſit aduerbium conſentiendi, & confirmandi dicta alterius; quaſi dicatur; ita ſit, vt dictum eſt: Sic Deuteron. cap. 27. dicitur: *Reſpondebit omnis populus, Amen,* id eſt, ita fiat, nobis placet, & conſentimus huic, quod dictum eſt. Et ibidem: *Et dicet omnis populus Amen:* Et Numer. cap. 5. mulier adulterij cauſa ad ſacerdotes delata, poſt imprecationem recitatam, cogebatur reſpondere *Amen*, id eſt, conſentio. Et hic vſus vocis *Amen* in precibus, & prædicationibus noui Teſtamenti, eſt perfrequens. Nam Paulus, 1. Cor. 14. aſſerit, non poſſe aliquem reſpondere *Amen*, id eſt, inquit Hieronymus epiſt. 137. confirmare, quæ prædicata ſunt, niſi intellexerit prædicationem; & de Pſalmis Dauid inquit Auſonius.

Secunda, eaq; bipertita.

Vſus vocis Amen, in precibus.

Conſona quem celebrant modulati carmina Dauid,
Et reſponſuris ferit aëra vocibus Amen.

Et ideo vocat idem Hieronymus, in cap. 6. Matth. Amen, ſignaculum orationis Dominicæ; quaſi dicatur; ita ſit, vt eſt dictum.

Amen, ſignaculum orationis Dominicæ.

Altero modo ſumitur, vt ſit Aduerbium affirmandi, & aſſeuerandi, quod homo ipſe loquitur, quod latinè dicitur, *certè*, vel *verè*. Hanc vocem notat Hieronymus vertiſſe Aquilam Græcè, *fideliter:* Septuaginta,

Digitized by Google

fiat, fiat. Rupertus in cap. 3. Ioan. obſeruat, alios Euangeliſtas, contentos eſſe in oratione ponere ſemel *Amen*; Ioannem tamen id geminare, quia hic magis perſecutus eſt pertinentia ad Chriſti diuinitatem, quæ exigunt maiorem affirmationem, quaſi, inquit, dicat: *Verè, verè*, quod eſt iuramentum; perinde, ac in veteri Teſtamento: *Viuo ego*, aut, *viuit anima mea*, vt docet ſæpe citatus Hieronymus, in epiſt. ad Galat. cap. vlt.

Amē, geminatum in Ioanne, quare ſit.

Cur autem hęc vox, tam frequens ſit in precibus, & officiis diuinis, non obſcurè Catechiſmus Romanus inſinuat; nempe, quod ab ore Saluatoris ſæpe fuerit vſurpata; cui voci, illa quodammodo ſubiecta ſententia eſt. Scito tuas auditas eſſe preces: Habet enim etiam vim reſpondentis, & illum, qui precibus, quod voluit, impetrauit, cum bona gratia dimittentis Dei. Quam ſententiam, perpetua Eccleſię Dei cõſuetudo comprobauit: quæ in ſacrificio Miſſæ, cùm pronuntiatur oratio Dominica, non rei ſacræ miniſtris, quorum partes ſunt illa dicere; ſed libera nos à malo, attribuit hanc vocem *Amen*, ſed ipſi Sacerdoti accommodatam reſeruauit; qui cùm Dei & hominum ſit interpres, Deum exoratum eſſe, populo reſpondet; & hoc quidem voce ſubmiſſa, quia, etiam ignorantes, Deum exoramus.

Amen, in Canone Miſſæ, ad orationem Dominicam, ſubmiſſe, à Sacerdote cur dicatur.

XXIV. *Hoc præceptum tibi commendo, fili Timothee.*

Duplex expoſitio textus.

Licet hoc præceptum ad ea, quæ ſequuntur, nempe ad militiam bonam, aliqui putent pertinere; rectius tamen ad præcedentia referri oportere, alij explanatores iudicant: Quaſi Timotheo, (quem beneuo-

neuolentiæ captandæ cauſa, filium nominat) Paulus per repetitionem, & tranſitionem inculcare velit, vt quæ de charitate, præcepti fine, ſiue legis ſcopo; de Chriſti mediatoris beneficio; de ſui ad Euangelij prędicationem vocatione, ſunt dicta, tanquam ingens, maximi pretij depoſitum, diligenter cuſtoditum retineat, vt inde gloriæ æternæ fructum conſequi fideles poſſint, & maximè ex conſideratione miſericordiæ diuinæ, quam tantus, & tam ſeuerus Chriſti, eiuſque membrorum perſecutor, eſt conſecutus. Sicut enim fideli homini in eam curam diligenter incumbendum eſt, ne depoſitum aliquod ex eius manu deperdatur; Sic & Eccleſiæ in primis primoribus cauendum eſt, ne illa, quæ ſunt ipſis à Deo credita, & apud eoſdem cuſtodienda depoſita, fides ſcilicet, commiſſarum ſibi ouium animæ, gratiarum, & virtutum dona, tam naturalia, quàm moralia, deperdantur, vel contra Domini voluntatem, bona ſpiritualia, & ſacramenta iniquè, & ſine diſcretione diſpéſentur; quemadmodum infra, cap. 6. eundem ſuum, per fidem in Domino filium, monet, vt muneris Eccleſiaſtici depoſitum cuſtodiat: quod quidem ita publicè oſtendendum eſt à diſpenſatoribus, & cuſtodibus, tãquam à Deo acceptum, vt nihilominus noctes, & dies ſumma diligentia cuſtodiatur; quemadmodum poſterioris ad eundem Timotheum cap. 1. idem Timotheus monetur, vt *bonum depoſitum cuſtodiat*, id eſt, ſumma ſolertia atque diligentia proſpiciat, caueat, obſeruet, vt ſolent cuſtodiæ, & excubiæ nocturnæ, tum etiam conſeruet, vt ſolent gregum cuſtodes, ne quid pereat, aut male perdatur, vel amittatur. Rectè porrò dixit *bonum*, quia peccata, quæ Diabolus apud nos depo-

Fidelitas, Eccleſiæ paſtoribus neceſſaria.

Depoſitum cur bonũ dicatur.

nit,

Digitized by Google

nit, ſicut furtum, fornicatio, & id genus alia, non ſunt cuſtodienda, ſed iudici, id eſt, ſacerdoti, per confeſſionem, cum cordis dolore, dicenda, & propalanda.

XXV. *Secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiam.*

Prophetia varia acceptio.

Quamquam prophetiæ nomen, aut pro teſtimonio virtutis alicuius, aut pro ſcripturarum ſcientia, aut pro Spiritus ſancti dono, quo prophetarum, Chriſti, Apoſtolorum oracula exponuntur, & pro aliis Spiritus ſancti chariſmatis, nonnunquam accipiatur; hoc tamen loco, ſecundum Chryſoſtomum, diuinam reuelationem ſignificat; Quaſi Paulus hortetur Timotheum, ſecundum quod, ipſum Deus idoneum fore Euangelij prædicatorem, ipſi reuelauerat. Quemadmodum enim, *Apoſtolis miniſtratibus*, id eſt, ſacrificantibus, *Domino, & ieiuuantibus, dixit Spiritus ſanctus, vt ſegregarent ſibi Paulum, & Barnabam, in opus, ad quod ipſos eoſdem aſſumpſerat:* ita etiam Timotheum Paulus in Epiſcopum, Spiritus ſancti ſuggeſtione ſelegerat: cuius diuinæ electionis memoriam, hoc loco, eam ob cauſam refricat, eum vt officij paternè moneat.

Eccleſia primitiua felix.

Et tunc felix, inquit Lorinus, fuit Eccleſia, in qua, miſſu immediato Spiritus ſancti, dabantur prædicatores, & paſtores, vt colligitur ex illo Actorum loco; ſicut & hiſtoria Eccleſiaſtica, nonnulla exempla in Seuero Rauennate, in Ambroſio Mediolanenſi, in Gregorio, & aliis ſuppeditat. *Id ipſum etiam nunc fit*, inquit Chryſoſtomus, in hunc locum, *ſuo quodammodo, quoties ab humana paſſione alieni, huiuſmodi electiones celebramus,*

mus, cùm nihil omnino ſæculare, nihil temporale intuentes, neque ad gratiam, neque ad odium facimus: Vel; cùm, vt ait Bruno, in hanc epiſtolam, *conſecratus, conſecrandus, conſecratori præſentatus; de fide, & cæteris, vt habet ordo, requiritur, & interrogatur.*

Nec incongruenter *prophetiæ* nomen, hoc loco accipi poſſet, (quemadmodum & in 1. Corinth. cap. 14. ſumitur) pro ſacrarum literarum cognitione, vt hic ſit ſenſus: *Hoc præceptum tibi commendo, vt ſecundùm præcedentes in te prophetias*, id eſt, quemadmodum à puero ſacrarum literarum notitiam habes, ita te in illis exerceas. *Prophetia pro ſacrarum literarum notitia, accepta.*

Et licet ſint omnes Chriſtiani, milites, qui Chriſto nomina dederunt, *vt exhibeant membra ſua arma iuſtitiæ Deo*: præcipuè tamen Paſtores, & Doctores Eccleſiæ, tanquam aliorum duces, dicuntur militare, quum doctrinæ ſanæ (quam hoc loco *fidem* Apoſtolus appellat) præſidiis, & probatæ vitæ exemplo (quam *conſcientiam bonam* nuncupat) aliis præeuntes, ad virtutis exercitationem incitant. Cum enim militare, militiam ſit exercere, vel contra aduerſarios dimicare, tum hominum perfectorum militia in hoc ſita eſt, vt virtutibus, & bonis operibus armati, creatori *ſeruiant, in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus* vitæ ſuæ; quemadmodum 2. Corinth. cap. 10. inſinuat Apoſtolus, dicens, *arma militiæ noſtræ non eſſe carnalia; ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum.* *Chriſtiani, milites dicti.* *Duces militiæ Chriſtianæ.*

Ad hoc militiæ exercitium prouocans iterum ſuum Timotheum, poſterioris ad eundẽ ſcriptæ epiſtolæ cap. 2. Paulus: *Labora*, inquit, *ſicut bonus miles Chriſti*, nempè in Eccleſia ſtrenuè, & diligenter pro fi-

Digitized by Google

de, & religione decertando. De hoc militum, vel potius militiæ ducum, & principum genere, per Zachariam cap. 9. loquens Dominus: *Circumdabo*, inquit, *domum meam ex his, qui militant mihi:* Eiuſmodi milites, verbo, & exemplo cæteris præeuntes, ſunt paſtores, Epiſcopi, & Doctores, quos ad ędificationem corporis ſui myſtici dedit Dominus, vt Eccleſiaſticam Rempublicam legitimè, & iuſtè cōtra virtutis aduerſarios, & partæ veritatis hoſtes, defendant, ad aliorum tuitionem, & perennem cuſtodiam à Deo ſelecti, deputati, & ordinati heroës: A quibus militiæ Chriſtianæ anteſignanis, ſicut hoc loco requirit Apoſtolus *fidem*, & *bonam conſcientiam*; ita alibi exigit ab iiſdem, vt aliis occupationibus, & negotiis implicari ſe non patiantur; eò quod *nemo militans Deo, implicare ſe debeat negotiis ſæcularibus*, 2. ad Timoth. cap. 2. In primitiua porrò Eccleſia, cum bellum non gereretur in cæleſtibus tantum, contra ſpiritualia nequitiæ, ſed contra Iudæos, Hæreticos, & Gentiles, qui naſcentem Eccleſiam opprimere conabātur, exterioris militiæ ſpeciem, aſſiduus præfectorum, & Epiſcoporum labor, & vigilantia referebat.

Duces militiæ Chriſtianæ, quales eſſe oporteat.

XXVI. *Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus eſt Hymenæus & Alexander.*

Eleganti ſimilitudine fidem naui Vas electionis comparat, cōferendo interim bonam conſcientiam, ſiue ſpem, anchoræ: Sicut enim nauis in procelloſo

Fides naui, bona conſcientia ſiue ſpes, Anchoræ, comparata.

ſo mari, portus ſpem hominibus præbet, ad quem etiam ducit: ita fides, ad ſalutis æternæ poſſeſſionem viam oſtendit rectam. Et ſicut extra nauim in mari, ſine ſpe ſalutis eſt homo; ita etiam ſine fide verſatur in mundo, damnationis certo diſcrimini obnoxius. Si in naui quis infirmetur, adhuc aliqua ſpes eſt relicta ſalutis; ſed extra nulla reſtat: Ita extra fidem nulla ſpes eſt ſalutis, quātumuis videatur homo bene, naturaliter & moraliter viuere. Hinc Paulus, Hebræis cap. 6. *Habētes*, inquit, *propoſitam ſpem, quam, ſicut anchoram habemus animæ:* Nam ſicut anchora, tempeſtatis tempore, naues firmas continet, ne ventis raptæ cōterantur: Ita ſpes bonorum cœleſtium, ſiue bona conſcientia, animas noſtras firmas, atque immobiles ſeruat in fluctibus, & tempeſtatibus huius ſæculi, ne pereant. Nec tamen anchora ſufficit, niſi tuta ſit, & firma: ſi enim parua ſit, aut leuis, non erit tuta; quia magnam nauim tenere non poterit, ventis inſurgentibus. Deinde etiam, ſi iuſtam magnitudinem habeat, firma ſit oportet, & valida; ne vi maris vento agitata, curua illa brachia, ſiue dentes dirigantur, & terram tenere non valeant, nauiſq; in certum interitum ruat.

Spes, anchora noſtra.

Anchora qualitates.

Nemo autem neſcit, quod tutiſſima nauis, in hoc profundo mundi, errorum, & ſcelerum pelago, ſit Veritas Euangelica, fides, ſpes, charitas, quarum contemptoribus, ex mala, & corrupta vita, præſens in hæreſin ruina exiſtit, quemadmodum D. Chryſoſtomus, hoc loco, rationem reddens, dicit; quod malè viuentes, ne futurorum metu, & expecta-

Nauis tutiſſima fidelium, quæ ſit.

Mala vita, hæreſeos cauſa.

Digitized by Google

tione peccando crucientur, perſuadere ſibi omni ſtudio conentur, falſa eſſe omnia, quæ noſtra religio cõtinet; nempe, de peccatis, reſurrectione, iudicio futuro: Quod in hodiernis Hæreticis perſpicuum euadit: ſtudent enim Lutherani, ea, quæ præclarè, & ſapienter maiores noſtri, ad peccatorum expiationem, & vitæ perfectioris inſtituta, Spiritus ſancti ſuggeſtione excogitârant, è medio, tanquam vana, & inutilia tollere; certam Dei miſericordiam in vna mediatoris redemptione, ſpem grauioribus peccatoribus, ſine vllis eorum operibus, amplificantes; quantumuis Apoſtolorum princeps 1. Petr. cap. 2. *Chriſtum* quidem *paſſum pro nobis omnibus*, ſignificet; ſed tamen *nobis reliquiſſe exemplum* adiungit, *vt eius veſtigia ſequamur.* Cuius ſententiæ prior pars, facilis eſt impiis Lutheri, & Caluini ſequacibus, intellectu; ſed poſteriorem, vt carni incommodam, duram corporis mollitiei, & difficilem, delicati martyres capere non poſſunt. Inde carnis delitiis, & mundi lenociniis allecti, quiduis ſibi licere nequiter arbitrantur; legitimorũ interim paſtorũ, & Eccleſiæ ſalutaria monita cõtemnentes, & quæ ad ſcelerum pœnitudinem, & melioris vitæ rationem ſpectant, reiicientes. Rectè proinde infra cap. 6. dicit noſter Apoſtolus, *omnium malorũ radicem, eſſe cupiditatem, quam quidam appetentes,* inquit, *errauerunt à fide*; ſicut & alibi ſæpe inculcat ſcriptura, mala opera præcedentia, cauſam eſſe conſequentis infidelitatis; ſicut & hoc loco, per metaphoram *naufragij,* Hæreticos, fracta vna parte nauis Eccleſiæ, ex ea in mare decidiſſe, ſignificatur; ſicut Luc. cap. 5. non obſcurè Dominus innuit illa parabola, de *reti,* quod præ multitudine ſcindebatur.

Hæreticorum noſtri temporis, ſoluta vita, legum cõtemptus, diuinæ miſericordiæ præſumptio, depicta.

Hæretici, delicati martyres.

Cupiditas, malorum radix.

Hæretici, naufragi facti.

Facil-

Digitized by Google

Facillimum quippe eſſe à fide periclitari, ac cadere eum, qui eam non æq; optimis moribus fouet, innumera pene exempla manifeſtè declarant; vt vix ſit reperiri declinantem à fide Hæreticum, qui nõ prius aliorum flagitiorum ſordibus fuerit inquinatus. Vnde, cap. 3. epiſtolæ ad Titum, *Hæreticum hominem, poſt vnam, & alteram correptionem, deuitandum* cupit Paulus: Cuius rationem reddens: *quia ſubuerſus eſt*, ait, *qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus*: Quaſi diceret, eiuſmodi pertinacem Hæreticum, nõ eſſe eiectum ab Eccleſia, (ſic enim exponit Hieronymus) per excommunicationem, vt multi alij peccatores, ſed ſua ipſe malitia, ſeipſum ab Eccleſia eiecit; quemadmodum D. Ioannes ſua ſententia aperte cõfirmat: *Exierunt*, inquit, *à nobis, ſed non erant ex nobis*, 1. Ioan. 2. *In hæreſin quonam facile pr labantur.*

Ex quibus fit euidens, veram apud Sectarios fidem eſſe non poſſe; per quam, veritates aliquas diuinitus reuelatas, & ab Eccleſiâ ad credendum propoſitas, aliquis tutò ſibi perſuadere poſſit, eſſe veras ac credibiles, quas ex doctrinæ ipſorum fundamento elicitas, ſibi ob oculos poſuerit. Vnam enim cùm oportere eſſe fidem, dicat Apoſtolus, Epheſ. cap. 4. ſapienter Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 15. aſſeruit, per infidelitatem, qualis eſt quælibet Hæreſis, amitti fidem. In quam ſententiam, Auguſtinus, lib. de fide, & Symbolo, cap. 10. *Hæreticus*, inquit, *non pertinet ad Eccleſiam Catholicam*. Et quæſt. 11. in Matth. *Qui falſa de Deo credit, vel in aliqua parte doctrina, quæ ad fidei pertinet ædificationem hæſitat, hæreticus eſt, & foris eſt animo, quamuis intus eſſe videatur*: Vnde Hæreticorum, & Schiſmaticorum linguam, *venenatam Diaboli linguam* *Veram fidem apud Sectare non reperiri.*

Hæretici Venenato Serpenti comparati.

appellat D. Cyprianus. Eoſdem Hæreticos venenato illi ſerpenti ſimiles eſſe, ait D. Irenæus, in lib. 4. præfat. qui Euam decepit. *Quemadmodum*, inquit, *ſerpens Euam ſeduxit; ſic & Hæretici in mortem demergunt ſibi credentes.* Sic & D. Leo, ſerm. 5. de ieiunio menſis 10. *Sicut*, inquit, *decipiendis primis hominibus, miniſterium ſibi ſerpentis aſſumpſit hoſtis noſter; ita Hæreticorum linguas, ad ſeducendos rectorum animos, veneno ſuæ falſitatis armauit.* Hinc tanto ſtudio veros ſui cultores admonuit Dominus, vt *attenderent à falſis prophetis*, &c. Quaſi diceret: vt à tartareis ſerpentibus, ac ſcopulis ita attenti eſſe vellent; vt cæca vada fugerent, in quæ Sathanas multos trahit, vt miſerandum fidei naufragium faciant: *Nam; ſicut piratæ*, ait Origenes, in cap. 14. ad Roman. *ſolent in mari, vadoſis, occultisq́; ſcopulis, per obſcurum noctis lumen, accendere, quo nauigantes ſub ſpe confugiendi ad portum ſalutis, ad naufragia perditionis inuitent: ita & iſtud lumen falſæ ſapientiæ, & falſæ fidei à Dæmonibus accenditur, non per hoc, quod euadant, ſed per quod pereant homines, mundi huius pelagus nauigantes.* Sic Origenes.

Hæretici piratis comparati.

Alexander, hic commemoratus, quis fuerit.

Hunc Alexandrum, cuius hoc loco cum Hymenæo fit mentio, illum eſſe exiſtimat Card. Baronius, annal. tom. 1. anno 57. cuius etiam meminit Lucas Act. 19. quem Iudæum fuiſſe genere, & concitatas Epheſi turbas, habita ad populum oratione, compoſuiſſe narrat. Locus enim & nomen, ait idem Baronius, ad hæc opinanda cum ſuffragentur, non à remotiſſima coniectura petita eſſe videtur. De hoc item conqueritur Apoſtolus 2. ad Timoth. 4. quod multa mala ei oſtenderit, &c.

Quos

Quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare. XXVII.

Hæc à Chryſoſtomo, Oecumenio, & Theophylacto ita exponuntur, vt de excommunicatione intelligi velint, & reſectione à corpore Chriſti myſtico, vt nulla cum iis fidelium ſit communio, nulla ſuffragiorum ſpiritualium participatio: Quæ nihil aliud eſt, niſi occulta, & citra carnis interitum, & vexationem, Sathanæ traditio. Non vero vtitur voce excommunicationis, quod id ipſe haberet peculiare, vt quos ipſe excommunicaret, etiam diabolo traderet, iuxta corpus vexandos: Pulchrè in hunc locum Chryſoſtomus: *Eiiciebatur*, inquit, *à communi fidelium cætu* (excommunicatus ſcilicet) *abſcindebatur à grege, fiebat nudus, atque ita deſtitutus, lupis patebat, & prodebatur incurſibus: ſicut enim dudum nubes Hebræorum caſtra tegebat, ita & Eccleſiam protegebat Spiritus ſancti gratia. Si quis igitur extra Eccleſiam fieret, comburebatur. Fiebat autem extram Eccleſiam, Apoſtolorum iudicio. Ita & Dominus*, Ioan 13. *Iudam tradidit Sathanæ, continuo enim poſt buccellam introiuit in eum Sathanas.* Hæc Chryſoſtomus.

De excommunicatione Eccleſiaſtica.

Nec eſt hæc, Sathanæ tradendi, & ab Eccleſia eiiciendi conſuetudo (quæ & olim, & hodie Excommunicatio dicitur, quod, q ea percellũtur, à cõmunicatione Chriſti corporis potiſſimũ arceantur) à Paulo primitus inſtituta, cùm Iudæis in obſeruatione fuerit, vt, cum quis immane aliquod perpetraſſet ſcelus, non à templo tantum, ſed à ſynagogis dimoueretur: Vnde Ioan. cap. 9. hanc pœnam Iudæi cõminati ſunt iis, qui Ieſum confiterentur eſſe Chriſtum: qua mulctatus eſt

Excommunicationis Orig. & Vſus.

cæcus,

cæcus, qui à Chriſto fuit illuminatus; eademq; ab iiſdem fore afficiendos Apoſtolos, ipſe Dominus prædixerat Ioan. 16. cùm ait: *Abſque ſynagogis facient vos:* & multis, etiam Gentibus, in vſu fuiſſe, deprehenſos in peccatis, à ſua congregatione eliminare, oſtendit Card. Baronius, tom. 1. annal. anno 57.

Excommunicati, cur Sathanæ tradi dicantur.

Cur autem *Sathanæ tradi* dicantur, qui ab Eccleſia eiiciuntur, hæc Hilarius, in Pſal 118. *Omnis, in quo peccati voluntas eſt, Deo vacuus eſt; & vbi Deus non eſt, illic Diabolo locus eſt; qui inſidians, atque obſidens, vbi adeundi oportunitatem habuerit, tanquam vacuam domum occupat, quæ ei, Deo iam diſcedente, ſit tradita.* Et inferius: *Qui ab Eccleſiæ corpore reſpuuntur, quæ Chriſti corpus eſt, tanquam peregrini, & alieni à Dei corpore, dominatui Diaboli traduntur.* Cui conſentiens Hieronymus, epiſt. 1. *In veteri lege*, inquit, *quicunq; ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta, contemptum expiabat cruore: nunc vero, inobediens ſpirituali mucrone truncatur, aut eiectus de Eccleſia, rabido Dæmonum ore diſcerpitur.*

Diabolus, tortori & carnifici comparatus.

Eſt enim Diabolus, vt improbiſſimus ſeruus, furcam ſecum quocumque deferens, & vincula atque cruciatum ſemper ſuſtinens, qui Deo in miniſterio viliſſimo, inuitus licet, ſeruit, nempe tortoris, atque carnificis. Vnde Chryſoſtomus, in hunc locum: *Quemadmodum*, inquit, *carnifices innumeris ſceleribus pleni, caſtigant alios, ita & hîc de nequiſſimo Dæmone dicitur.*

Carnificis munus, cur lubens agat diabolus.

Hoc autem tortoris munus, libenter exequitur Diabolus; tum, quod illius immanitas, & ſæuitia malè nobis velit; tum quod ſupplicium, illius manu, homini inflictum, ignominioſiſſimum ſit: Quare Chryſoſtomus paulò ante citatus ſubiungit: *Paulo non de-*

crat

Digitized by Google

erat authoritas puniendi; Quid igitur Sathan ad ſupplicium vocat? Vt ſcilicet, vnâ cum vehementia, atque cruciatu, eſſet contumelia maior. Ac de hac ipſa re videtur idem Paulus locutus, cap. 3. cùm præcipit, Epiſcopum *habere bonum teſtimonium, ab iis, qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli.* Nam cum illi tradimur, funiculis, & laqueis torquendi, & conſtringendi; incredibili profecto ignominia ſimul afficimur. Hinc Ambroſius, in hunc eundem locum: *Diabolus ad hoc paratus eſt, vt audita ſententia accipiat in poteſtatem, & corripiat: Eſt enim Chriſtus iudex; Diabolus tortor.* Dum ergo ſumus in via, Deus eſt, (ex interpretatione S. Auguſtini, lib. 1. de ſerm. Domini, & in quæſt. noui Teſtam. quæſt. 7.) qui tradit nos iudici, id eſt, Chriſto; iudex vero tradit miniſtro, id eſt, Dæmoni tortori, & in carcerem mittimur; Matth. 5. Sathan igitur; qui quamuis Dei inimicus ſit; at ex Dei voluntate, atque permiſſu, libenter atq; alacriter tortorem, & carnificem agit, rectè dicitur quaſi ex pacto, & fœdere ſeruire: Iob. cap. 40. *Nunquid faciet tecum pactum; & accipies eum ſeruum ſempiternum*; vt annotauit Pineda in eo loco. Repugnans quidem, & inuitus Diabolus ſeruit; at lubens, & alacer, quia nobis nocet, neque tamen, quantum vult, nocet; ſed quantum ex pacto, & fœdere à Deo permittitur; quod eleganter à Gregorio expoſitum eſt, eo loco.

Diabolus, Dei ſeruus ex pacto, & fœdere.

Cauſam autem, cur Sathanæ tradiderit Hymenæum, & Alexandrũ, ſubiungit Apoſtolus, *vt diſcant non blaſphemare*, id eſt, multiplici pœnarum genere à Dæmone afflicti, deſipiſcant, falſaq; & Chriſtianæ fidei contraria dogmata, quibus Deus blaſphematur, aſſerere deſinant. Blaſphemandi verbum, vſu ſcripturæ,

Hymenæus, & Alexander cur Sathanæ traditi.

Blaſphemare, quid.

Digitized by Google

turæ, & ſcriptorum Eccleſiaſticorum, ſignificare ſolet voces, vel quibus de Deo dicitur, quod ei non congruit, negaturq́; quod ei conuenit; vel etiam de rebus aut perſonis, quæ Deum attingunt, vt ſuperius etiam dicebamus. Huiuſmodi blaſphemos à Deo mira ſuppliciorum crudelitate punitos, paſſim narrat ſcriptura, quemadmodum luculentum vindictæ diuinæ exemplum, contra Sennacherib regem Aſſyriorum, propter blaſphemiam, narrat lib. 4. Regum, cap. 19. & 2. Paralip. cap. 32. Quod magis illuſtrat ex hiſtoricis profanis Herodotus, lib. 2. Ille namque tradit, cæſorum ab angelo cadauera confeſtim redacta in cineres: hic arcus, & ſcuta conciſa ab agreſtibus muribus; regem à filiis in templo trucidatum, capillum ei, barbamq́; radentibus ad ignominiam, & in ſtatuæ ipſius manu, murem cum hac inſcriptione ponentibus.

Blaſphemi, quo modo, & quam grauiter à Deo puniti.

In me quiſquis intuitus fueris, pius eſto.

Nathan, peccatum Dauid inde maximè auxit, quod per id, *blaſphemari feciſſet nomen Dei*, 2. Reg. 12. Quam iniuriam ſibi ab impiis illatam, vehementer conqueritur apud Eſaiam Dominus, cap. 52. & ipſe Paulus, Rom. 2.

Blaſphemiæ grauitas exaggerata.

Facit etiam ad huius ſceleris immanitatem, quod, vt illud à filiis ſuis Iob auerteret, ne ipſi Deo benedicerent (hoc eſt, maledicerent, & blaſphemarent, ſiquidem horret ſcriptura vel ipſum nomen blaſphemiæ) *ſacrificabat quotidie pro illis*, Iob. cap. 1. Præterea, quod *Michaël altercans cum Diabolo de Moyſis corpore, non eſt auſus ei iudicium inferre blaſphemiæ*, ait Iudas; *Et ſunt tamen, qui quæcumque ignorant, blaſphemant.* Item quod Gentilis Nabuchodonoſor prohibuit blaſphemari

Digitized by Google

mari Deum Iſraël, vt refert Daniel, cap. 3. Circa quæ verba Auguſtinus tract. 11. ſuper Ioan. de Hæreticorum punitione: *Legimus*, ait, *Danielis viſiones, & geſta prophetica; tres pueros in igne laudantes Deum, nec ab igne læſos miratus eſt rex Nabuchodonoſor: nec tantum miratus, ſed, cum non eſſet Iudæus, & ſe in ſtatua pro Deo adorari voluiſſet, tamen maieſtatem Dei, præſentis in igne, illo miraculo expertus, pœnam capitalem conſtituit in eos, qui Deum illorum iuuenum blaſphemarent. Sic enim dixit: Quicumq; dixerint blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Ecce quomodo ſæuit rex alienigena, ne blaſphemaretur Deus Iſraël, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt, vt ſæuiant reges Chriſtiani aduerſus eos, qui Chriſtum exſufflant, à quo non tres pueri, ſed orbis terrarum cum ipſis regibus, nec ab igne fornacis, ſed à gehennæ incendio liberatur.* Sic Auguſtinus. Quid? quod Iuſtinianus in authent. conſtit. 77. fames, terræ motus, ac peſtilentias ab irato propter blaſphemias Deo, immitti dicit, haſq; vltimo ſupplicio extirpandas. Hinc Iudæis in ſignum execratæ blaſphemiæ, in more poſitum habuiſſe veſtimenta lacerare, narrat pluribus & ſæpius Scriptura.

Nabuchodonoſor, blaſphemiam lege vetat.

Conſtitutio Ciuilis in blaſphemos.

* * *

Digitized by Google

CAPVT II.

1. OBſecro igitur primum omniũ fieri
obſecrationes, orationes, poſtula-
2. tiones, gratiarum actiones, * pro
omnibus hominibus, pro regibus, & om-
3. nibus, qui in ſublimitate ſunt: * vt quietam
& tranquillam vitam agamus in omni pie-
4. tate & caſtitate: * Hoc enim bonum eſt, &
5. 6. acceptum coram Saluatore noſtro Deo:
* qui omnes homines vult ſaluos fieri, * &
7. ad agnitionem veritatis venire. * Vnus e-
8. nim Deus, * vnus & mediator Dei & homi-
9. num, homo Chriſtus Ieſus: * qui dedit re-
demptionem ſemetipſum pro omnibus,
10. * cuius teſtimonium temporibus ſuis con-
11. firmatum eſt. * In quo poſitus ſum ego prę-
dicator & Apoſtolus (veritatem dico, non
mentior) doctor Gentium in fide & verita-
12. te. * Volo ergò viros orare in omni lo-
13. 14. co: * leuantes puras manus * ſine ira & di-
15. ſceptatione. * Similiter & mulieres in ha-
bitu ornato: cum verecundiâ & ſobrietate
16. ornantes ſe; * non in tortis crinibus, aut
auro

Digitized by Google

auro, aut margaritis, vel veſte pretiosâ, *ſed 18.
quod decet mulieres, promittentes pieta-
tem per opera bona. *Mulier in ſilentio 18.
diſcat, cum omni ſubiectione. Docere au-
tem mulieri non permitto, neque domina-
ri in virum: ſed eſſe in ſilentio. *Adam 19.
enim primus formatus eſt, deinde Heua:
* & Adam non eſt ſeductus, mulier, autem 20.
ſeducta, in præuaricationem fuit. *Salua- 21.
bitur autem per filiorum generatio-
nem: ſi permanſerit in fide & dile-
ctione & ſanctificatione, cum
ſobrietate.

***

CAPVT II.

1\. *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones.*

Orationes pro omnium hominum ſalute facienda.

Cùm ſupiori capite, diſertis verbis aduentus Chriſti finem, omnium hominum ſalutem fuiſſe prædicaſſet, rectè cum illationis notâ, Timotheũ rogat, vel hortatur (anceps enim eſt vox Græca παρακαλῶ) Apoſtolus, vt pro omnium hominum ſalute, in Eccleſia, preces ad Deum fundi curet; & quidem *primum omnium:* quibus verbis non faciendi ordinem, ſed facti intentionem vehementem, commendat. Et quamuis hæc oratio poſſit eſſe publica, vel etiam priuata cuiuſque fidelis hominis, eaque ſiue vocalis, ſiue mentalis; hoc tamen præceptũ, quod omnibus datur, ad ſacerdotes præcipue pertinet, & in illis precibus, quę funduntur ad altare, potiſſimum locum obtinet.

Orationũ partitio in hoc textu.

Vult autem Apoſtolus per has voces, partitionem aliquam ſignificare, non rem eandem pluribus vocibus inculcare; quemadmodum notauit Card. Bellarminus, tom. 4. lib. 1. cap. 2. de bonis operibus; quod ipſum ex epiſt. ad Philippenſes, cap. 4. conuincit; vbi vult Apoſtolus, in omni oratione, & obſecratione, cum

Digitized by Google

cum gratiarum actione, petitiones noſtras innoteſcere apud Deum: Manifeſtè enim præcipit ibidem, vt, ſiue bonorum adeptionem petamus, ſiue à malis liberationem deprecemur à Deo; ſemper coniungamus petitionem cum gratiarum actione, id eſt, ita petamus futura, vt pro præteritis agere gratias nunquam obliuiſcamur.

D. Thomas *obſecrationes* ad orationem reuocat, qua petitur à Deo quippiam, propoſita ratione, ſiue titulo aliquo, ducto ex ſacra re quapiam, ob quam ſit impetrandum, quod petitur: vt v. g. ex diuina bonitate, vel ex paſſione Chriſti: *Orationem* arbitratur ipſum actum orandi, qui habet quendam aſcenſum mentis ad Deum: *Poſtulationem* verò, eundem actum eſſe exiſtimat, vt eſt huius, vel illius beneficij petitio: *Gratiarum* autem *actionem*, quandam quoque orationem eſſe dicit, quatenus petitionem beneficij tum antecedere, tum ſequi debet, pro beneficiis ante acceptis.

Obſecrationes. *Orationes.* *Poſtulationes.* *Gratiarum actiones.*

Atque iſta quatuor, cum ſimul omnia concurrunt, ſunt veluti quædam partes orationis, non re, ſed ratione inter ſe, & ab ipſa oratione: diſtinctæ, excepta gratiarum actione, quæ re quoque ab ea diſtinguitur. Quæ omnia ad longum explicat idem ſanctus Thomas, in oratione, ſiue, vt iam loquimur, Collecta de ſacroſancta Trinitate. Nam, cum dicimus, inquit: *Omnipotens ſempiterne Deus*; *oratio eſt*: cum addimus; *qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere*; *Gratiarum actio eſt*: cum adiungimus: *Tribue*

Orationis de SS. Trinitate expoſitio.

quæ

quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis; poſtulatio eſt. Cum concludimus: *Per Dominum noſtrum*, &c. *obſecratio eſt.*

Auguſtini expoſitio de quatuor prædictis orationis ſpeciebus.

Inter cæteros Patres, cùm fuſiùs de his Apoſtoli verbis diſputaſſet Auguſtinus, in epiſt. 59. ad Paulinum, quæſt. 5. hæc tandem ſubiicit: *Eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, vel pene omnis frequentat Eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud, quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici; orationes, cum benedicitur, & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur; quam totam petitionem, ferè omnis Eccleſia Dominica oratione concludit, ad quem intellectum, etiam verbi Græci origo nos adiuuat: plerumq; enim & vſitatius ſcriptura votum appellat* εὐχὴν προσευχή. *Igitur ea oratio proprie intelligenda eſt, quam facimus ad votum. Vouentur autem omnia, quæ offeruntur Deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum illud votũ maximum, quo nos vouimus in Chriſto eſſe manſuros, vtique in compage Chriſti cuius rei ſacramentum eſt, quod vnus panis multi ſumus. Ideo in huius ſanctificatione & diſtributionis præparatione, exiſtimo Apoſtolum iuſsiſſe proprie fieri proſeucas, id eſt, orationes, ſiue ad votum. Interpellationes autem, ſiue* (vt noſtri codices habent) *poſtulationes fiunt, cum populus benedicitur. Tunc enim Antiſtites, velut aduocati, ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem, miſericordiſsimè offerunt poteſtati. Quibus peractis, & participato tanto ſacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam commendauit Apoſtolus.* Hæc Auguſtinus.

Lutheranorũ, in SS. Miſſæ Officium, blaſphemia.

Quæ omnia ſi moderatius aduertere voluiſſent Lutherani in hunc locum commentantes, non ita præcipitato conſilio, Miſſæ ſacrificium, idolomaniã, &

Digitized by Google

& hominum inuentum ſæpiſſimè nominaſſent. Auguſtinus enim, non idololatra tum erat, cum ſeriem precationum, quæ in illo ſacrificio adhiberi ſolet, ab Apoſtolo inſtitutam fuiſſe affirmauit; & ſacroſanctã Euchariſtiam, quam ipſe ſanctam altaris oblationem vocat, voueri, offerriq; Deo, vel potius inter ea, quæ Deo vouentur, aut offeruntur, præcipuum tenere locum, teſtatur.

Eſt etiam contra Lutheranorum linguę petulantiam, notatu dignum, quod, cum hoc loco *deprecationes*, & *interpellationes* pro aliis hominib9 fieri Apoſtolus moneat; &, dum alibi preces aliorũ implorare iubent; manifeſtè demonſtret, hominũ alios pro aliorũ ſalute, apud Deum eſſe poſſe interceſſores. Quare conſequens eſt, ſi pronuntiato illo, quod pòſt paulò ſubiicitur: *Vnus mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus*, ſolus interceſſionis Chriſtus mediator ita conſtituatur; vt reliqui ſancti dici interceſſores, ſimpliciter nequeant, (quod Lutherani hoc loco dicunt nihil aliud eſſe, quam ſe fœda idololatria polluere) vt Apoſtolus in eodem capite, imo in eadem periodo, pugnantia loquatur, ſibiq; apertiſſimè contradicat.

Ex his conficitur, tria ad orationis perfectionem pertinere: Primum quidem eſt mentis eleuatio in Deum: ratio deinde impetrandi; quæ ex parte Dei dicitur ſua ſanctitas, per quam petimus exaudiri: & ex parte precantis, gratiarum actio. Hinc eſt, quod orationi plura nomina addiderit Paulus: Cum enim donum aliquod à Deo impetrare volumus, quod petendum eſſe ratio docet, petere dignè non poſſimus, niſi prius ad Deum mens noſtra aſcenderit: aſcendere autem ad Deum orantis animus, qui ſupplex eſſe *Tria ad orationem neceſſaria.*

Digitized by Google

debet, & demiſſus, cùm minimè audeat, qui ſuis ipſe viribus & meritis diffidit; per Chriſti merita, vel diuorum interceſſionem, acceſſurum ſe ad Deum confidit: conuenienti ordine ab *obſecratione* ſumitur orationis exordium; dum orans, per Chriſti merita, vel per diuos quodammodo obteſtatur: Accedit propriè dicta *oratio*, quæ mentis ad Deum aſcenſus definitur. Tertio *poſtulatio*, quæ petitio eſt rei, quam optamus. Vltimo denique, poſtquam orans voti compos factus eſt, gratiarum actione opus habet, vt ingratitudinis vitium effugiat.

¶I. *Pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt.*

Orationes pro Regib, ad Deũ faciendæ.

Quod à magiſtro Doctor Gentium anteà traditum acceperat, vt non ſolum pro amicis, ſed etiam pro inimicis preces fierent; hoc loco videtur imitatus, cum pro regibus, & iis omnibus, qui in eminentia conſtituti ſunt, (hi omnes tunc, Chriſtiani nominis hoſtes erant) publicè orandum eſſe hortatur. Nec immeritò; plurimũ enim inde cõmodi ad orthodoxos redibat, cum Chriſtianorũ charitas, hoc facto maximè eniteret, vt qui omni depoſito odio, aduerſariorum ſalutem ſummo ſtudio deſiderarent: Et his etiam precibus conſequebantur, vt vel infideles ad ſalutis viam redirent, vel minoribus ſeſe vitiis inquinarent, & ſic gloriæ diuinæ maior in dies fieret acceſſio.

Orationum pro infidelibus factarum vtilitas.

Ex quibus fit euidens, (quod anteà etiam dicebamus) ad publicas preces, quæ fiunt in miſſa, quæ hic dicuntur, pertinere: Nam volunt SS. Patres, Apoſtolum hoc præcepiſſe, vt ſacrificium miſſæ offeretur

Miſſa pro pace, & tranquillitate offerenda.

pro

pro temporali pace, & tranquillitate Eccleſiæ, ſicut ex Comment. Chryſoſt. Theophylacti, & Oecumenij in hunc locum, patet, quibus lib. 6. de Sacram. cap. vlt. aſſentitur Ambroſius. Si enim in Teſtamento veteri erant hoſtiæ, non ſolùm pro delicto, ſed etiam pacificæ, tum pro gratiarum actione, tum etiam votiuæ, pro beneficio aliquo impetrando, vt patet Leuitic. 7. & alibi paſſim: Et, ſi Dauid 2. Reg. cap. vlt. obtulit pacifica pro peſte auertenda; & impetrauit: Et Onias obtulit hoſtiam ſalutarem pro vita temporali Heliodori, quam etiam obtinuit, 2. Machab. 3. Et Hebræi, 1. Heſtræ 6. immolabant hoſtias pro vita regis Darij, & filiorum eius: Sane eiuſmodi hoſtiarum genere ſuam Eccleſiam, veteri ſynagoga melius & perfectius inſtructam haud quaquam eiuſdem prouidus fundator deſeruerit: Accipit enim à Deo Eccleſia beneficia, pro quib. ſacrificium laudis illi eſt offerendum: labitur in peccata, quibus expiandis, hoſtiis indiget, &c.

Quare, ſi verum eſt, quod Chryſoſtomus in Pſal. 95. Auguſt. lib. 1. contra aduerſarios legis, cap. 20. & Leo ſerm. 8. de paſſion. ſcribunt, omnes differentias hoſtiarum veterum vna Euchariſtiæ oblatione contineri, neceſſe eſt, vt Euchariſtia offerri poſſit etiã pro impetrandis eiuſmodi beneficiis. Eſt aũt propriũ Euangelij, nõ minus pro principib⁹, etiã diſcolis, preces, & ſacrificia Deo offerre, quàm pro inimicis orare: In qua oratione, dilectio, (quemadmodũ Math. cap. 5. Dominus præcipit) erga proximos maxime eluceſcit per quam ſimiles patri cœleſti efficiuntur Chriſtiani. Hoc enim charitatis exercitio, Deum maxime imitantur, qui *ſuũ ſolẽ oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.* Hinc Apoſtolus cap 12. ad Rom. *Oratio pro inimicis etiã fundenda.*

Digitized by Google

Benedicite perſequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere. Quod documentum à ſe perfectè obſeruatum 1. Corinth. cap. 4. teſtatur: *Maledicimur*, inquit, *& benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus.* Idem de omnium magiſtro Chriſto Domino ſcripſit Apoſtolorum princeps 1. Petr. 3. *Qui cum malediceretur; non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.*

Nota Theologorum de inimicis diligendis.

Circa quæ loca, notant Theologi, impendere inimicis generalem dilectionis affectum (cuiuſmodi eſt, non excludere eos à communi oratione, & ſuffragiis, quæ communiter fiunt pro fidelibus) præcepti eſſe, non tantum conſilij, ſicut etiam in articulo neceſſitatis, ſubuenire inimico: extra hoc verò, ſingularem aliquem dilectionis affectum exhibere inimico, vel applicare ei præcipuè aliqua orationis ſuffragia, vel etiam largiri ſubuentionis ſubſidia, & beneficia, conſilij eſſe, non præcepti: quemadmodum ex prædicto D. Petri loco conuincitur, qui, cum ad Dei timorem Chriſtianos prouocaſſet: *Regem*, inquit, *honorificate, ſerui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modeſtis; ſed etiam diſcolis*, &c. Et ex his paternis Apoſtoli monitis, confirmata videtur annua precandi conſuetudo in Eccleſia, cum die paraſceues, pro cuiuſuis ſtatus, & conditionis hominibus, religioſiſſimis precibus, diuinum Numen interpellatur.

Eccleſia in die ſanctos paraſceues, conſuetudo orandi pro omnibus.

Cum autem D. Paulus præcipit *orare pro omnibus hominibus*, ait Turrianus lib. 4. pro epiſt. Pontif. cap. 13. non excipit etiam mortuos. Non enim dixit: pro omnibus viuentibus in hoc ſæculo; ſed, *pro omnibus,*

Pro mortuis orandum.

Digitized by Google

bus, vt non exciperet piè mortuos: Viuunt enim, etſi non in hoc ſæculo, qui in Chriſto mortui ſunt, quorum eſt Deus. Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuentium: Omnes enim animæ iuſtorum illi viuunt, ſicut ait Apoſtolica conſtitutio, huius loci Euangelici interpres lib. 8. conſtitutionum Clement. præcipiens pro his, & illis, atque aliis in Chriſto mortuis, orare, qui ad Purgatorij carcerem ſunt deducti.

Cum porrò vult Apoſtolus fieri orationes pro *omnibus hominibus*, non ita intelligendus eſt, quaſi pro particularibus orari nolit; niſi quis fortaſſe renouatam velit hæreſin Wicleffi, qui negabat, licere orationes vni applicare, contra authoritatem Scripturæ ſacræ, & Chriſti, atque apoſtolorum exemplum; cum ſcriptum ſit, Act. 12. *Oratio autem fiebat ſine intermiſsione ab Eccleſia ad Deum pro eo*; ſcilicet Petro. Et Paulus Coloſſenſ. 4. 1. Theſſal. 5. Hebr. 13. petit orari pro ſe. Et Latro, Luc. 23. pro ſe in cruce orauit, & exauditus eſt. Et Dominus pro Lazaro mortuo orauit Ioan. 11. cap.

Orare pro hominibus particularibus, an liceat.

Vt quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & caſtitate. III.

Non ſolùm ex mutuo chriſtianæ charitatis affectu, ſed iure ſuo Magiſtratus à ſubditis repetere poteſt, vt ab ipſis Deo, precibus aſſiduè commendetur, quibus nō minus animæ, quam corporis ſalutem poſſit conſequi. Abſurdiſſimum enim foret, vt illi, qui Reipub præſunt, & pro cōmuni ſalute noctes, & dies inuigilant; (inquit Oecumenius) noſtri cauſa occu-

Orandum eſſe pro Magiſtratu, à ſubditis.

Digitized by Google

parentur; nos autem, neque auxilium armorum pro viribus, preces inquam, pro illis, in medium conferremus.

Si enim vterq; magiſtratus, tam Eccleſiaſticus videlicet, & ſpiritualis, quàm politicus, & ſæcularis, parentum loco nobis eſſe debet, vtriq; ſanè debitus honor exhibendus eſt, quo non modo de iis honorificè ſentiamus, ſed & quæ illius ſunt, maximi omnia faciamus. Et quidem Eccleſiæ præſides, paſtores, & ſacerdotes, cùm parentes ſint, à nobis ſubſidia ſpiritualia merito ſuo poſſunt repetere. Hinc Actor. 12. de Petro in carcere ſeruato legitur, quod *oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.* His enim primũ armis ſe Eccleſia, pluſquàm materialibus, tueri ſolet, *non more caſtrorum ſeipſam defendens,* vt Ambroſius, ac Thomas Cantuarienſis dicebant; tametſi non contra perſecutores, ſed vt perſequi deſinant, oret. Conſpirans namque plurium oratio validiſſima eſt, quemadmodum homil. 3. de incomprehens. Dei natura, docet Chryſoſtomus. Atq; id eſt, quod de Epiſcopis, & aliis Paſtorib. huius epiſt. cap. 5. iubet Apoſtolus, *vt qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.* Quod præceptum eò ſeſe extendit, vt non ſolum ſacerdotibus ea ſuppeditentur, quæ ad communis vitæ neceſſarios vſus requiruntur, (cum *nullus* vnquam *ſuis ſtipendiis militarit*) ſed &, quæ ad vitæ ſpiritualis neceſſitatem ſpectant, ſuppeditentur, vt ſunt preces ad Deum fuſæ, ſuffragia, orationes, quemadmodum cap. 13. eius, quæ eſt ad Hebræos, videtur exigere voluiſſe Paulus, cum dixit: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri; vt cum gaudio hoc faciant:* Et paulo poſt: *Orate pro nobis,* &c. Idem de regibus, & prin-

Eccleſiæ Præſides, parentes noſtri.

Arma Eccleſiæ, quibus ſe defendit.

Sacerdotibus, corporalia & ſpiritualia ſuffragia exhibenda.

principibus, ac reliquis, quorũ poteſtati ſubiicimur, dicendum eſt, ſicut Apoſtolus ad Rom. 13. latè explicat; pro quibus orandum etiam, monet & D. Petrus 1. Petr. 2. *Subiecti*, inquit, *eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; ſiue regi, quaſi præcellenti; ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis*, &c. Nam, ſi quem eis cultum, ſubſidiumq́; tribuimus, is ad Deum refertur. Habet enim venerationem hominum, excellens dignitatis gradus, quia diuinæ poteſtatis eſt inſtar, in quo etiam Dei prouidentiam veneramur, qui publici muneris venerationem eis attribuit, quibuſq́; vtitur, tanquam poteſtatis ſuæ miniſtris. Nec enim hominum improbitatem, aut nequitiam, ſi tales ſunt magiſtratus, ſed diuinam authoritatem, quæ in illis eſt, veneramur. Hinc eſt, quod in omnibus ſacrificiis, & Liturgiis certas precationum formulas ſit reperire, quibus vtriuſque magiſtratus incolumitas, ſalus, pax, & concordia à Deo, ad publicum totius communitatis bonum, exoptatur.

Reges, & Præſides noſtri, Dei miniſtri.

Preces Liturgiarum pro ſalute magiſtratuum.

Sua porro vtilitate non caret, cum pro infideli, aut Hæretico magiſtratu, preces à fidelis populi cœtu ad Deum fiunt: Nam ex hoc primùm conſequuntur, ne pios, & fideles homines acriùs tractent, & perſequantur; tum etiam, ne Eccleſiæ pacem, & tranquillitatem perturbent. Vnde fit, vt æternæ hominũ ſaluti, ſua poteſtate nullum impedimentum afferant.

Ad quid vtile ſit, orare pro hæretico, aut infideli magiſtratu.

Ne porro quietam, & tranquillam vitã, eam duntaxat aliquis exiſtimaret, quæ in ſola fide, vt deſides exiſtimant Lutherani; deinde in otio, & Epicurea voluptate traducitur, vt arbitrantur Epicurei; ſed potius q̃ pietatis, integritatis & virtutũ legib. conformetur, adiecit Apoſtolus: *in omni caſtitate, & pietate; per caſtitatẽ*, intel-

intelligens, non ſolum temperantiam à libidine, ſed quæ in omni virtute eſſe debet, quam alij vertere malunt, honeſtatem. *Nam quid* (inquit hoc loco Chryſoſtomus) *conferre poteſt, ſi ſeruata fidei pietate, operibus impius ſis.* Quem ſecutus Theophylactus: *Non* inquit, *per delicias, vel aliorum iniurias, vitam ducamus, ſed in omni pietate, omni ſcilicet, non modo quæ dogmatibus ineſt, ſed vitæ. Eſt namque & vitæ quædam impietas, quemadmodum ait Apoſtolus: Deum profitentur ſe ſcire, operibus autem negant.* Hæc Theophylactus.

Vita tranquilla, & pacis Eccleſiæ vtilitas.

Orationis igitur, pro regibus, & ſublimioribus poteſtatibus faciendæ finem, ſiue ſcopum præſcribit Paulus, vt ſcilicet tanquillam vitam, in ſumma Eccleſiæ pace poſiti, agamus: *cuius vitæ* in huiuſmodi pace fundatæ, *tantum eſt bonum*, ait Auguſtinus, lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 11. *vt etiam in rebus terrenis, nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concipi, nihil poſtremò poßit melius inueniri: quam;* addit idem lib. eodem cap. 12. *ſicut nemo eſt, qui gaudere nolit, ita nemo eſt, qui habere nolit: quandoquidem & ipſi, qui bella volunt, nihil aliud, quàm vincere volunt; Ad glorioſam ergò pacem, & vitæ tranquillæ ſecuritatem, bellando cupiunt peruenire.* Huius autem optimæ vitæ tranquillæ, ac pacis vtilitas eſt, *vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus* Deo *in omni pietate ac caſtitate, omnibus diebus* vitæ noſtræ. Oportuna ſiquidem eſt pietati & caſtitati, ſiue honeſtati, temporis tranquillitas, vt notat Ambroſius, cum è cõtrario perturbatio & captiuitas, nec pietatẽ ſeruet, nec caſtitatẽ. Vnde enim pius, vbi qui nudus eſt; & vnde caſtitas, poteſtatis ſuæ non eſt? Quid, nonne ſilere conciones, auferri ſacramenta, virgines violari, Deo dicatas proſtitui, rapina & ſanguine cun-

cta repleri, Deum blaſphemari & alia infinita ſcelera tempore belli peragi videmus?

Propterea enim voluit diuina prouidentia, vt Chriſtus, cum ſumma mundus pace frueretur veniret, quò facilius Euangelica doctrina propagaretur, quemadmodum ab Hieronymo eſt obſeruatum in cap. 4. Michææ, &, ne etiam Iudæi exiſtimarent, Meſſiam bella geſturum, eiuſque imperium armis, ac potentia proferendum, aut vi quemquam cogendū ad fidem.

Chriſtus, cur in ſumma mūdi tranquillitate, & pace, venire voluerit.

Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo. IV.

Non ſolùm, propter communem noſtram omnium vtilitatem, orandum eſt (inquit Apoſtolus) pro omnibus hominibus, ſed etiam, vt Dei voluntati noſtram conformemus: dum enim pro aliis precamur, actionem religionis in Deum, & charitatis in proximos ſingularem ſuſcipimus, quę Deo maxime placet. Atque Deo non tantum conformes in illa actione ſumus, quod ipſe vult, agendo; ſed id ipſum, quod ipſe vult volendo: *Vult* enim ipſe *omnes homines ſaluos fieri*, quod & nos volumus, dum pro ſalute omnium ipſum oramus.

Orate pro magiſtratib9, Deo acceptum.

Conuenienter autem *Saluatoris* epitheton iam ſecundò SS. Trinitati hac epiſtola tribuit, quod vſus aliàs ſcripturæ, & omnium Chriſtianorum, Chriſto Domino fecit ſingulare, eò quòd ipſa Trinitas ſit author, & primaria cauſa efficiens redemptionis, & iuſtificationis noſtræ.

Nomen, Saluatoris, Trinitati ſanctiſſimæ quomodo competat.

Chriſtus verò *Saluator* nominatur, quod is præ nimia, qua dilexit nos, charitate, & acerbiſſima, quā per-

Chriſtus, quomodo Saluator noſter vocetur.

Digitized by Google

pertulit, morte, iuſtificationem noſtram, patri pro nobis ſatisfaciendo, ſit promeritus, quemadmodum 2. Corinth. cap. 5. ſcribens Paulus: *Omnia*, inquit, *ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum.* *Cùm* enim *adhuc*, inquit idem ad Rom. cap. 5. *infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt: Vix enim pro iuſto quis moritur. Nam pro bono forſan quis audeat mori: Cõmendat aũt charitatem ſuam Deus in nobis; quoniã, cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt*; vtpote *ſacerdos* ille *magnus, qui in diebus ſuis Deo placens, in tẽpore factus eſt reconciliatio.* Eccleſiaſt. 44. adeò vt ima cum ſuperis coniuncta, inimicitiã redintegrare perditam inciperent, quemadmodum Coloſſenſibus ſcribens cap. 1. dicit Apoſtolus, quod *in Chriſto, patri complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.* Eam ob cauſam apparens Ioſepho angelus, iuſſit nomen Ieſu, Chriſto Domino naſcituro imponi, *quia ſaluum faciet*, inquit, *populum ſuum à peccatis eorum. Non ab hoſtibus corporalibus*, ait Anſelmus, *ſicut Ioſue, & Dauid, ſed à peccatis, quod non eſt hominum, ſed Dei ſolius.* Et Chryſoſtomus, in Matth. *Non à bello viſibili, neque à gladio barbarorum, ſed quod his longè maius eſt, à peccato ſuo, populum nuntiat angelus liberandum; Quod præſtare nulli fuit hominum aliquando poſſibile.*

Chriſti in nos Amor.

Chriſtus reconciliator, ima ſummis reconcilians.

Chriſtus, Saluator, à quibus nos ſaluos fecerit.

Atque hoc eſt, quod multis retrò ſæculis prædixerant prophetæ de Meſſia, quod *Saluator* appellandus eſſet: Zachar. 9. *Ecce rex tuus veniet tibi, iuſtus, & Saluator*, Iſai. 35. *Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos.* Idem cap. 45. *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Cap. 62. *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam,*

Prophetarum vaticinia de venturo Saluatore.

donec

Digitized by Google

donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas, accendatur.

Saluatoris porro nomen, ideo Domino conuenit, quod eo mediante, ſaluandi eſſent ægrorum mortalium animi, quos videlicet à peccati iugo eſſet liberaturus. Hinc Daniel. cap. 9. dicitur *Meſſias venturus, vt conſummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna:* Quæ omnia, eam ſalutem ſignificant, quæ in iuſtitia, peccatorumq́ue abolitione conſiſtit. Et huius Saluatoris plena eſt paſſim ſacra, & prophetica Scriptura.

Valeat proinde beluina & animalis illa Lutheri, in hunc locum, commentatio, qua de ſalute corporum, quæ homini cum beſtiis eſt communis, Pauli mentem exponit, quaſi Chriſtus pro beſtiis fuerit mortuus, aut eis iuſtificationem promeruerit, aut deniq; belluę ipſę, ad veritatis agnitionem poſſint aliquando peruenire. *Lutheri beluina in hunc locum expoſitio.*

Qui omnes homines vult ſaluos fieri. V.

Explicationum huius loci varietas ortum inde habuit, ne, ponendo DEVM velle ſingulorum hominum quemlibet ſaluum eſſe, conſequeretur, diuinam voluntatem ſuo fine poſſe fruſtrari: Quod incommodum facile vitabit, qui Damaſceni, D. Thomæ & Brunonis expoſitioni ſubſcribet. Ij enim duplicem in Deo diſtinguunt voluntatem, non quod ea ſimplex non ſit, ſed quod pro diuerſitate effectuum varia eam ratione diſtinguant, eam tum *Signi*, tum *Beneplaciti* nominantes. Conſiſtit *Expoſitio varia huius textus.* *Duplex in Deo Voluntas.*

Digitized by Google

Voluntas Signi, quæ ſit.

autem *Voluntas Signi* in hoc, quod Deus omnibus hominibus largiatur ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem conſequendam, & ab ipſo Deo requiruntur ex parte ipſius Dei, vt ſunt præcepta, auxilia, vt ſunt doctrina fidei, & reliqua generis eiuſdem.

Voluntas Signi, vnde dicta.

Voluntas Beneplaciti quæ ſit.

Voluntas Dei antecedens, & conſequens.

Ex quibus apparet, Deum, quantum in ſe eſt, *velle omnes homines ſaluos fieri*; cuiusquidem propenſionis diuinæ voluntatis, quoniam media illa dicta, quæ diuina prouidentia omnibus ſuppeditantur, ſunt ſigna, idcirco Voluntas Signi ea propenſionis declaratio à Doctoribus vocatur. *Voluntas Beneplaciti* eſt illa efficax, qua tandem homines, mediis illis dictis, ad finem vſq; vitæ bene vtentes, æternam beatitudinem conſequuntur, quæ non ad omnes pertinet: quippe cum non omnes mediis illis bene, & cum perſeuerantia vtantur. Porrò voluntatem Dei, modo illo conſideratam, *Antecedentem*; hoc vero modo *Conſequentem*, Theologorum ſchola, Damaſcenum ſecuta, vocare ſolet. Quò etiam pertinet, quod S. Bruno duplicem ſimiliter voluntatem in Deo conſtituit: alteram *Clementiæ*, ſiue *Benignitatis*, qua Deus velle dicatur, omnes homines ſaluos fieri: alteram *iuſtitiæ*, qua Deus iuſtos æterna ſalute potiri; iniquos perpetuo ſupplicio affici velit.

Voluntas Clementiæ, & iuſtitiæ in Deo.

An hic de ſolis prædeſtinandis ſermo ſit Paulo.

Neque enim, quemadmodum aliqui ſenſerunt, per diſtributionem accommodã, vel incompletam, (quam vocant pro generibus ſingulorum) ad ſolos prædeſtinatos reſtringi debent hæc verba, quemadmodum docet Suarez Relect. ſect. 2. n. 9. quaſi eſſent Metaphorica, ſed de propria voluntate Apoſtolus loquitur, quemadmodum etiam tenet Auguſtinus, & multi alij Theologi, & ex circumſtantiis huius loci patet.

Digitized by Google

tet. Paulus enim illam Dei voluntatem erga omnes homines nobis proponit, vt eam imitantes, pro omnibus oremus. Habet enim Deus veram, & propriam aliquam voluntatem, qua vult omnes homines ſaluos fieri; quæ cum talis non ſit, vt in omnibus habeat effectum, non poteſt eſſe efficax: Eſt ergò ſimplex complacentia: Quo pacto, hunc locum intellexiſſe videtur Chryſoſtomus homil. 7. in hunc locum: *Imitare*, inquit, *Deum tuum; ſi omnes ille vult ſaluos fieri, illius & tu concorda voluntati:* Subditq; inferius, hoc modo induxiſſe nos Paulum ad orandum pro Gentilibus, & Hæreticis, & pro omnibus hominibus, illorumque ſalutem deſiderandum; quia per hoc illi euadimus ſimiles, dum, quæ ipſe vult, eadem volumus. Qui propterea homil. 1. ad Epheſios, ait: Deum valde cupere, & valdè deſiderare noſtram ſalutem, etiam eorum hominum, quos propter peccata, damnat. Circa quos, diſtinguit idem Chryſoſtomus in Deo duplicem voluntatem; Vnam vocat primam; aliam ſecundam: & per priorem, ait velle illorum ſalutem, propter ſuam bonitatem; per poſteriorem aũt, velle eos damnare, propter eorũ peccata. Quam diſtinctionẽ, lib. 2. de fide cap 29. declarans: Damaſc. dicenſq; Deum primaria voluntate velle oẽs ſaluare; ſecundaria verò, quæ ex noſtra cauſa eſt, velle malos punire, veram eſſe oſtendit Theologorum, de gemina in Deo voluntate ſententiam, cum vnam antecedentẽ; alteram conſequentem; vnam ſigni; alteram beneplaciti appellant. Cui etiam ſententiæ, conſonant verba illa Pauli 1. Theſſal. cap. 4. *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra:* quæ non ad prædeſtinatos, ſed ad totum populum Chriſtianum ſcribebat.

Voluntas ſigni qualis ſit.

Voluntas Dei prima & ſecunda.

Digitized by Google

Salus hominũ in quo ſita.

Ad cuius adhuc faciliorem intelligentiam, ſciendum eſt, hominum ſalutem in liberatione tum à peccato, tum à morte æterna, & reconciliatione cum Deo, vitæq; æternæ conſecutione conſiſtere, vt aduertit Toletus in cap. 3. Ioã. qui hoc modo vult à Deo hominem ſaluum fieri, quemadmodum infra cap. 4. repetit Apoſtolus: *Speramus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum maximè autem fidelium.*

Hæc ergo ſalus hominum voluntas Dei eſt, ait Toletus, in comment. ſuper Chriſti verba, cum dicit cap. 4. Ioan. *ſuum cibum eſſe, vt faciam voluntatem eius,* inquit, *qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Eſt quidem ſaluare, voluntas Dei; opus verò, quia ſalutem efficit; niſi autem Deus ſalutem voluiſſet, & operatus eſſet, nemo ſaluus eſſet: Nulla enim creatura potuit homini ſalutem conferre: propterea opus Dei hoc eſt & dicitur.

Saluatio hominum, eſt opus Dei.

Vt autem hæc voluntas, & opus Dei melius intelligatur, memoria repetendum eſt, quod ſuum filium Deus miſerit in mundum, vt homo fieret: homini verò facto mandauit, vt eam voluntatem, & opus impleret: Quod Dominus fecit, tam per manifeſtationem veritatis Dei, factam hominibus, prædicatione, & operibus miraculorum, quibus trahebat ad fidem, & veram Dei cognitionem; tum per inſtructionem, quia docuit, quæ facienda ad ſalutem erant; inſtituendo legem gratiæ, & Sacramentorum; tum demum per redemptionem, quia pro omnium peccatorum peccatis ſatisfecit, & hac ſatisfactione ſua nos liberauit à peccato, & morte, & reconciliatis patri nobis vitam meruit æternam, quantum eſt ex ſe. Deus igitur eſt cauſa prima, qui noſtram voluit ſalutem,

Chriſtus, homo factus diuinæ voluntatis, executor.

Deus, cauſa prima noſtræ ſa-

Digitized by Google

tem, & eam effecit: Chriſtus, vt homo, eſt, per quem hanc ſuam impleuit voluntatem, & opus hoc executus eſt: quod docuit egregie Paulus Epheſ. cap. 1. *Qui prædeſtinauit nos*, inquit, *in adoptionem filiorum per Chriſtum Ieſum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius.* Hæc Paulus. Deus ergo eſt, qui ſua voluntate propoſuit ſaluare; Deus eſt, qui nos in adoptionem filiorum prædeſtinauit: Deus eſt, qui glorificat, & gratificat nos; ſed hæc in dilecto filio ſuo executus eſt, in ſanguine eius liberauit, & redemit nos; ſuam veritatem, & viam ad ſe perueniendi omnibus aperuit, quemadmodum teſtatur D. Ioannes cap. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Latis; Chriſtus executor.

Huius loci adhibet quoque D. Anſelmus quandam aliam expoſitionem in libello de DEI voluntate: Vt ſcilicet dicatur DEVS, velle omnes ſaluos fieri, quia facit, inquit, ſanctos velle, vt omnes ſalui fiant, quod ipſe tamen vult, id eſt, ipſe diſpoſuit: ſed ſanctos facit velle, Dei, & proximi inſpirando dilectionem, qua dilectione non inconuenienter fiunt orationes à ſanctis pro ſchiſmaticis, & Hæreticis, Iudæis quoque & Gentilibus.

Expoſitio B. Anſelmo.

Et ad agnitionem veritatis venire. VI.

Licet Deus velit omnes homines fieri ſaluos, id tamen non niſi fide, tanquam medio neceſſario, efficaciter velle eſt cenſendus, *ſine qua impoſſibile*

Fidei neceſſitas ad ſalutem conſequendam.

Digitized by Google

eſt placere Deo, Hebr. cap. 11. *Accedentem enim ad Deum credere oportet.* Vnde Paulus Epheſiis ſcribens, cap. 1. *Gratia*, inquit, *eſtis ſaluti per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum eſt.* Vult ergo Deus ita homines fieri ſaluos, vt tamen prius veritatem cognoſcant.

Triplex veritas à Theologis aſſignata. Quod, vt facilius poſſit intelligi, ſciendũ eſt, à Theologis triplicem veritatẽ diſtingui; quarũ *prima* dicitur *Prima.* res ipſa, per vmbras, & per figuras ſignificata; ſicut canit Eccleſia: *Vmbram fugat veritas.* Et hanc Chriſtus, gratiam afferendo, impleuit, qua vmbræ, & figuræ ſua vi carebant: *Secunda* veritas eſt diuinorum co- *Secunda.* gnitio ad ſalutem neceſſaria, ſicut Ioan. 19. *Veni*, ait Dominus, *vt teſtimonium perhibeam veritati:* Quam expreſſit Dominus, Ioan. 17. dicens: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.* Et de hac Ioan. 1. dicitur, *Gratiam, & veritatem per Chriſtum eſſe factam. Tertia* veritas eſt impletio pro- *Tertia.* miſſorum: Cùm enim promiſſa reipſa præſtamus, tunc veritatem exequimur. De hac etiam veritate loquitur Paulus Rom. 15. cum ſic ſcribit: *Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum*, &c. de qua & Pſal. 88. ſcriptum eſt: *Neque nocebo in veritate mea.* Et quia has tres veritates Euangelium continet, ideò *Euangelium, veritas dicta.* frequenter nomine veritatis appellatur, vt cap. 1. ad Epheſ. *Cum audiſſetis verbum veritatis*, Galat. 5. *Quis vos impediuit, veritati non obedire?*

Vult ergo dicere Paulus, hoc loco, nemini patere aditum ad ſalutem, niſi Euangelij doctrinam prius habeat perſpectam, quæ explicat ea, quæ ſub vmbris, & figuris latebant, & quæ promiſſa erant, exhibet, atque abſolutam diuinorum cognitionem ad ſalutem

lutem

Digitized by Google

ſuitem neceſſariam præſtat: cuius paulò poſt, noſter Apoſtolus ſe Doctorem nominat, cum, ait *in fide, & veritate*, eò quod non fidei cuiuſcumque, ſed Euangelicæ Doctor erat, quæ vmbras illuſtrat, & promiſſiones implet. Inde eſt, quod 2. Theſſalon. cap. 2. de vocatis ad Euangelium, dicat: quod *omnes elegerit Deus, primitias in ſalutem, in fide veritatis*. Et quia hanc doctrinam Chriſti, Spiritus ſanctus erat poſt Chriſti in cœlum aſcenſionem, docturus, ideò ſæpenumero veritatis ſpiritus eſt appellatus. Via autem, per quam ad huius veritatis cognitionem peruenitur, eſt ipſa veritas, quę venit in mundum, vt de eâdem teſtimoniũ perhiberet, Chriſtus ſcilicet ipſe, qui Ioan. 14. ſe *viam, veritatẽ & vitam* appellat: Quod (Hebraiſmus enim eſt.) Ego ſum inquit, via veritatis, & vitæ, qua ſcilicet ad veritatem & vitam itur, per quem itidem gratia, & veritas, ſiue fides, & cognitio Dei, non modo veriſſima facta eſt, ſed etiam explicata, & hominibus abunde tradita. Neque enim ſolum tradidit fidem, & veritatem hominibus, ſed eam etiam fecit ſua potentia, quam & hominum intellectibus ſapienter impreſſit: Nam Chriſtus nobis meritus eſt gratiam, fidem, & alia dona diuina, quibus *illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum*. Dicitur enim Chriſtus, *lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis*, eò quod, ſicut ſol, ſufficiens lumen hominum obtutibus expandat, vt omnes, quantum eſt ex ſe, illuminet: omnibus enim in propatulo eſt propoſitus, vt videant: Quod ſi qui forte lumen à Chriſto ſparſum non vident, ſicut defectus ſolis non

Paulus, Doctor Veritatis.

Spiritus ſanctus, Spiritus Veritatis.

Via ad Veritatem fidei.

Chriſtus lux mundi vocatus.

Chriſtus, ſoli illuminanti comparatus.

eſt, quod eius diffuſos radios cæcus non intuetur; ſic aliqui, ſi Chriſto (omnibus quidem hominibus, ex efficacia lucis ſuæ lucenti) non credunt, non habent, quod ipſi Chriſto imputent, quia incredulitas illorum, ex defectu lucis huius non proficiſcitur, cum ſicut Ioan. cap. 8. ſcriptum eſt, Chriſtus ſit *lux mundi*, qui per fidem ſcilicet, omnes homines illuminat, quemadmodum in cap. 1. Ioan. annotauit Chryſoſtomus, dicens, *illuminari omnem hominem, quia omnibus lux iſta lucet, quantum ex ſe eſt. Quod ſi aliqui*, inquit, *non illuminantur, non ex lucis defectu, ſed ex ipſis procedit*; Verbum ſiquidem incarnatum, ſuo aduentu in hũc mundum, per ſe, & per ſuos prædicatores, toti orbi veritatem ſuam, & Euangelium ſalutis & clarè, & pereniter annuntiat.

VII. *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus* IESVS.

Deus humanæ ſalutis amator.

Probat hoc loco Apoſtolus, Deum omnium hominum ſalutem deſiderare, & Chriſtum omnibus redimendis veniſſe: ac Deum non Iudæorum tantum, ſed & Gentium eſſe Deum; Nam Deus naturâ, & ſubſtantiâ vnus eſt, licet trinus perſonâ. Ergò cum non diuiſus ſit, & notiſſimum ſit, omnem creaturam habere Deum creatorem, erit omnium, & Iudæorum, & Gentium, ex æquo communis Deus, & non huius, vel illius Gentis peculiaris Deus: Ita ad hunc modum non duo, ſed vnus mediator eſt: hoc eſt, communis omnium mediator eſt Ieſus Chriſtus, ne quis ſibi peculiarem faciat: non enim pro vna tantum gente, ſed pro omnibus, non alium, vtpote angelum, aut purum hominem, ſed ſemetipſum, pretium redemptionis,

Vnus Deus.

Vnus mediator, Chriſtus.

ptionis, & immaculatam Deo hoſtiam obtulit, & vt dicitur 2. Corinth. cap. 5. *mortuus eſt pro omnibus*, hoc eſt, compenſauit ex iuſtitia, æterno patri omnia ſubſidia, quibus homines opus habent ex parte Dei, vt in gratiam ipſius redeant, & ſalutem conſequantur. Impetrauit enim à Deo, vt depoſita indignatione, quam propter peccatum aduerſus hominem ſuſceperat; omnibus velit præſto adeſſe, quò ſalutem conſequi valeant, & ab omnibus, quantumcumque grauibus peccatis, recipiſcere, & reſurgere ad iuſtitiam: Siquidem, vt Ioannes ait 1. epiſt. cap. 1. *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi*; id eſt, omninò pro omnibus. Quo aperte refutat Apoſtolus hoc loco eos, qui apud Epheſios docebāt, angelos eſſe mediatores ad Deum, non Chriſtum, & ſimul eorum ora occludit, qui ſibi perſuadere potuiſſent, bene actam vitam, cum vnius Dei cultu, ſine Chriſto, ad vitam, æternamq; ſalutem ſufficere; In quo errore ſunt Mahometani, & alij hoc tempore nonnulli Hæretici. Rectè igitur Auguſtinus in hanc ſententiam: *Vnus*, inquit, *Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, vt illud, quod dixerat, omnes homines vult ſaluos fieri, nullo alio modo intelligatur præſtari, niſi per mediatorem Deum, non modo, quod ſemper verbum erat, ſed hominem ſimul Ieſum Chriſtum; cum Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: Oportebat enim talem*, inquit Chryſoſtomus, *eſſe mediatorem, qui cum Deo colloqueretur.*

Refutatio erroris. Quod Angeli eſſent mediatores.

Alius error.

Ex eo ergò, quod Deus omnium ſit Deus, concludit Apoſtolus, abſque vlla exceptione, omnibus ſupernaturalem beatitudinem, tanquam finem vltimum, non modo præſtituiſſe Deum, ſed quantum in

Deus omnibus hominibꝰ beatitudinem, ceu finē, præſtituit, & ad eam conſequendā, apta media præſcripſit.

Digitized by Google

in ipſo eſt, ſimul etiam prouidiſſe omnibus de mediis, quibus ad eum finem peruenire poſſent: quod eius ſapientiæ, & prouidentiæ recta ratio exigebat: Hoc enim ea verba inſinuant, *Deum velle omnes homines ſaluos fieri*, quorum omnium *vnus eſt Deus*, & quorum omnium *Chriſtus Ieſus eſt vnus mediator, qui pro omnibus ſemetipſum exhibuit redemptionem*: Vbi vox *omnes*, non ſolum illos omnes, qui ſaluantur, ſed omnes omninò homines (omniũ enim *hominũ vnus eſt Deus*, & omnium *vnus mediator Chriſtus*, & *pro omnib. omnino Chriſtus dedit ſemetipſum redemptionem*) complectitur.

Chriſtus, redēptio omnium.

Ex quibus conficitur, non ſolum omnes, qui ſaluantur, velle Deum efficaci voluntate, & conſequente ſaluos fieri, ſed etiam voluntate antecedenti omnes omninò homines, per hoc ſcilicet, quod omnes omnino ſufficienter adiuuat, vt ſalutem conſequi poſſint.

VIII. *Vnus & mediator Dei, & hominum Chriſtus* IESVS.

Mediatoris etymon.

Vox *mediatoris* à D. Hieronymo in cap. 3. ad Galat. nomine *ſequeſter* expreſſa, à medio dicitur: Nam vt extrema coniunguntur in medio; ſic officium mediatoris eſt, partes diſſidentes componere, & reconciliare, quemadmodum annotauit Chryſoſtomus homil. 7. in hunc locum. Eam ob cauſam cap. 3. ad Galat. dixit Apoſtolus, *mediatorem non vnius eſſe*, id eſt, neceſſe eſſe, vt ſit plurium, ac diuerſorum. Hinc *tertij* nomine, mediatorem intelligit Eſaias cap. 19.

Mediatoris munere, in quo potiſſimũ ſit functus Chriſtus,

Et licet multiplices Chriſti operationes fuerint, quibus redempti ſumus, maximè tamen propriè per orationem, mediatoris munere eſt functus, quemadmodum

modum docet Auguſtinus, lib. 2. contra epiſt. Parmen. cap. 8. Mediatoris quippe officium eſt, interpellare, & petere pro his, pro quibus intercedit: Chriſti porrò orationem ſemper fuiſſe exauditam, quando ex voluntate abſoluta, & deliberata proceſſit, ex cap. 5. epiſt. ad Hebr. colligitur, vbi dicit Apoſtolus, *Chriſtum fuiſſe exauditum pro ſua reuerentia.* Hoc enim diuinæ ordinationis videtur fuiſſe, vt Chriſtus oraret, non tantummodo, cum hic vixit, ſed etiamnum in cœlis exiſtens, vel expreſsè videlicet petēdo à Deo, vt nobis ea, quæ ſalutaria ſunt, conferat, vel certè tacitè eidem repræſentando ſuam humanitatem, quam in cruce obtulit pro nobis, vt in eam Deus intuens, bene nobis faciat. Quod ipſum teſtatur Ioannis cap. 14. vbi diſcipulos conſolans Dominus: *Vado,* inquit, *parare vobis locum, & ego rogabo patrem,* (nimirum poſtquam in cœlum aſcendero) *& alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.* Et ad Rom. cap. 8. *Qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Ad Hebr. cap. 7. *Accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis,* 1. Ioan. 2. *Aduocatum habemus apud patrem,* &c.

Chriſtus, pro nobis orans, etiamnum in cœlis.

Non autem vno modò contigit, vnum mediatorem duos inter ſe diſſidentes conciliare: Vno enim modo, declarando, vter iuſtum petat: Altero modo, ſoluendo creditori pro debitore. Tertio, orando creditorem, vt debitum remittat. Iuxta ſecundum modum, inter Deum, & homines ſolus ſequeſter, & mediator fuit Chriſtus Dominus, quia *dedit ſemetipſum redempionem pro nobis,* nempe tanquam homo: ſecundum enim naturam humanam (quod ipſum indicat hoc loco adiuncta vox *homo*) mediator fuit Chri-

Mediatorem quem ptiam eſſe, quot modis contingat.

Chriſtus, mediator noſter ſecundùm naturam humanā, non diuinam. Et eius probationis.

 ſtus,

ſtus, vt notat Auguſtinus, lib. 2. de Gratia, & peccato originali, cap. 28. vbi dicit, Chriſtum non eſſe mediatorem, per hoc quod eſt æqualis patri, hoc eſt, per naturam diuinam; & cauſam reddit; quia per hoc, id eſt, per naturam diuinam, quantum pater, tantum & ipſe diſtat à nobis: Et quomodo erit medietas, vbi eadem diſtantia eſt? Ideò Apoſtolus non ait: *Vnus mediator Dei hominum Ieſus Chriſtus*, ſed *homo Chriſtus Ieſus*: per hoc ergo mediator, per quod homo. Idem Auguſtinus, ſerm. 1. in Pſal. 22. explicans huius loci verba, dicit, Vnum Deum ſignificare Trinitatem & Chriſtum eſſe mediatorem inter Trinitatem & homines peccatores, quod etiam ipſa ratio teſtatur: Nã non ſolus pater erat nobis ob noſtra peccata infenſus, & proinde à mediatore placandus, ſed & filius, & Spiritus ſanctus. Nec tamen abs re dixeris, Chriſtum fuiſſe mediatorem, non tantummodo propter officium, quod exercuit, ſed etiam per id, à quo, tãquam à ſuppoſito, valorem accepit eius muneris functio. Valuit autem plurimum natura diuina ad efficaciam eius functionis, cum Chriſtus ob infinitam ſui diuini ſuppoſiti dignitatem ſit efficaciter operatus reconciliationem noſtram cum Deo. Hinc Auguſtinus, lib. 1. de conſenſu Euangeliſt. cap. 35. ſic dicit: *Ideò Chriſtus mediator Dei, & hominum dictus eſt, inter Deum immortalem, & hominem mortalem, Deus & homo reconcilians hominem Deo.*

Quomodo Chriſtus mediator ſecundum diuinitatem, dici queat.

Sancti, etiam mediatores appellati.

Nec eſt, quod vereamur, nomen mediatoris transferre ad ſanctos, ſicut ad eos transferimus nomen *aduocati*, & *interceſſoris*, quæ Chriſto tribuuntur, Rom. 8. 1. Ioann. 2. Nam S. Gregorius Nazianzenus, orat. ad Gregorium Nyſſenum, Martyres, media-

mediatores inter nos, & Deum appellat, & Sanctus Cyrillus, lib. 12. Theſauri cap. 10. dicit, omnes Prophetas & Apoſtolos fuiſſe mediatores; ſicut & Moyſes Deuteron. cap. 5. de ſe dicit: *Ego ſequeſter, & medius fui inter Deum, & vos, in tempore illo.* Quibus verbis alludens Apoſtolus Galat. 5. dicit, *legem veterem ordinatam fuiſſe per angelos, in manu mediatoris*, id eſt, Moyſis, & Hebræorum. Neque enim ita vni Chriſto mediatoris officium hoc loco tribuitur, vt nulli alij homini hoc conueniat, cum præter ſuprà allatas authoritates, Ieremias Thren. cap. 8. dicat: *Recordare, quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro iis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.* Vbi manifeſtè ſignificat ſe reipſa, functum eſſe officio mediatoris aliquo modo; qualem etiam videtur Apoſtolus ſe mediatorem profeſſum fuiſſe, cum de ſe, & reliquis Apoſtolis dixit 2. Corinth. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos: Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.*

Quomodo mediator Chriſtus, quomodo mediatores Sãcti.

Neque ſic hoc loco, prędicat vnum mediatorem Apoſtolus, quemadmodum etiam ex huius loci circumſtantiis deducitur, quia Chriſtus diuerſa ratione; medius inter Deum & homines fuit, quam alij puri homines: Nam & homo & Deus erat, atque ita perfectiſſimus mediator, naturâ etiam participans de vtroque extremo; quam conditionem ſubindicat Apoſtolus cum dicit: *Homo Chriſtus Ieſus*, id eſt, talis, & tantus homo, nempe Chriſtus qui ſecundum aliam, & aliam naturam, eſt Deus, & homo: Adde, quod *ſemetipſum dederit*, id eſt, quod vi, & dignitate ſua, non vllo adminiculo alterius hominis, executus ſit officiũ mediatoris, reconciliaueritq́; nos Deo, abſolutam remiſſi-

miſſionem peccatorum, & reconciliationem de iuſtitiæ rigore, impetrando pro omnibus; id eſt, pro præteritis, præſentibus, & futuris vnquam hominibus: cum tamen pro ipſo nemo hominum interceſſerit, vt qui reconciliatione nulla indigeret, ſicut annotauit Auguſtinus, lib. 2. contra epiſt. Parmen. cap. 8.

Quomodo Sanctos, mediatores faciamus, eos inuocando.

Ergò certiſſimum ſit, nos, cum Sanctos inuocamus, minimè eos facere mediatores eo modo, quo Chriſtus mediator fuit, ſed tantum, vt loquuntur in ſcholis Theologi, diſpoſitiue, & miniſterialiter, quoniam Chriſto mediatore, eiusq; meritis nixi, ad ſalutem hominum, ſua vel interceſſione, vel opera cooperantur tantummodo, ſecundum diuerſum redemptionis gradum. Ex his conficitur, quantum Lutherani quidam Chriſto detrahant, cum ex his Pauli verbis, non tam eum mediatorem redemptionis, quam interceſſoris eſſe colligunt, cum tamen Paulus hic dicat, *Chriſtum ſeipſum dediſſe pretium redemptionis*, quod pretium, tum pro æquitate penditur, cum vita vitâ, & caput capite redimitur.

Lutheranorũ error, & blaſphemia in Chriſtum.

IX. *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.*

Redemptionis acceptiones in ſcripturis. Prima

Quinque ſunt in ſcripturis vocabuli *redemptionis* acceptiones: *Prima* dicitur redemptio ab omni malo, culpæ, & pœnæ, per ſolutionem pretij ſufficientis; quo modo omnes omninò homines per Chriſtũ redemptos affirmat hoc loco Apoſtolus. *Secunda* redemptio eſt à malo culpæ, per applicationem pretij in cruce ſoluti: quæ redemptio eſt ipſa iuſtificatio, iuxta illud Rom. 3. *Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius,*

Secunda.

per

Digitized by Google

per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, &c. *Tertia* redemptio eſt à debito pœnæ, quod ſæpe manet dimiſſa culpa. Hinc diuitias in pauperes impenſas, à pœnâ liberare homines, pronuntiat Sapiens, Prouerb. 13. *Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ. Quarta* redemptio eſt à peccato futuro: Hinc dicitur Deus redimere eos, quos preſeruat à peccato, in quod alioqui incidiſſent, Pſal. 33. *Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquent omnes, qui ſperant in eo. Quinta* redemptio eſt à corruptione, & ærumnis omnibus huius vitæ, quæ fiet tandem in vltima reſurrectione, de qua Dominus Luc. 21. *Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.*

Dicitur itaque res aliqua, iuxta primam redemptionis traditæ ſignificationem, redimi, cum oblata compenſatione, ſeu pretio, vendicatur à poteſtate vnius in poteſtatem alterius, cuius antea erat. Fuerat homo antea Dei, quippe, qui eum poſſederat iure & titulo creationis & conſeruationis: Nam creator creaturæ Dominus eſt, non minus quàm herus emptitij ſerui. Propterea dicitur Sapient. 16. *Creatura factori, deſeruiens.* Et Deuteron. 32. *Nunquid non ipſe eſt pater* (creator) *tuus, qui poſſedit te, & fecit te, & creauit te.* Sed ob hominis contumaciam & inobedientiam, permiſit Deus venire eum in poteſtatem hoſtium, & quaſi eum iiſdem vendidit; non quod Deus redacta ex mancipio pecunia opus haberet, ſed vt improbus ſeruus, aliquando agnoſceret *diſtantiam ſeruitutis Dei, & ſeruitutis regni terrarum*, 2. Paralip. 12. Nam ſic ait Deus Eſai. cap. 52. *Gratis venundati eſtis.* Et cap. 50. *Quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.* Quaſi diceret: Neque habeo *Redimi, iuxta primam notionẽ redemptionis, quid ſit.*

 cre-

eſt placere Deo, Hebr. cap. 11. *Accedentem enim ad Deum credere oportet.* Vnde Paulus Epheſiis ſcribens, cap. 1. *Gratia*, inquit, *eſtis ſaluti per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum eſt.* Vult ergo Deus ita homines fieri ſaluos, vt tamen prius veritatem cognoſcant.

Triplex Veritas à Theologis aſſignata. Quod, vt facilius poſſit intelligi, ſciendũ eſt, à Theologis triplicem veritaté diſtingui; quarũ *prima* dicitur *Prima.* res ipſa, per vmbras, & per figuras ſignificata; ſicut canit Eccleſia: *Vmbram fugat veritas.* Et hanc Chriſtus, gratiam afferendo, impleuit, qua vmbræ, & figuræ ſua vi carebant: *Secunda* veritas eſt diuinorum co- *Secunda.* gnitio ad ſalutem neceſſaria, ſicut Ioan. 19. *Veni*, ait Dominus, *vt teſtimonium perhibeam veritati:* Quam expreſſit Dominus, Ioan. 17. dicens: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.* Et de hac Ioan. 1. dicitur, *Gratiam, & veritatem per Chriſtum eſſe factam. Tertia* veritas eſt impletio pro- *Tertia.* miſſorum: Cùm enim promiſſa reipſa præſtamus, tunc veritatem exequimur. De hac etiam veritate loquitur Paulus Rom. 15. cum ſic ſcribit: *Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſsiones patrum*, &c. de qua & Pſal. 88. ſcriptum eſt: *Neque nocebo in veritate mea.* Et quia has tres veritates Euangelium continet, ideò *Euangelium, Veritas dicta.* frequenter nomine veritatis appellatur, vt cap. 1. ad Epheſ. *Cum audiſſetis verbum veritatis*, Galat. 5. *Quis vos impediuit, veritati non obedire?*

Vult ergo dicere Paulus, hoc loco, nemini patere aditum ad ſalutem, niſi Euangelij doctrinam prius habeat perſpectam, quæ explicat ea, quæ ſub vmbris, & figuris latebant, & quæ promiſſa erant, exhibet, atque abſolutam diuinorum cognitionem ad ſalutem

ſutem necesſariam præſtat: cuius paulò poſt, noſter Apoſtolus ſe Doctorem nominat, cum ait *in fide, & veritate*, eò quod non fidei cuiuſcumque, ſed Euangelicæ Doctor erat, quæ vmbras illuſtrat, & promiſſiones implet. Inde eſt, quod 2. Theſſalon. cap. 2. de vocatis ad Euangelium, dicat; quod *omnes elegerit Deus, primitias in ſalutem, in fide veritatis*. Et quia hanc doctrinam Chriſti, Spiritus ſanctus erat poſt Chriſti in cœlum aſcenſionem, docturus, ideò ſæpenumero veritatis ſpiritus eſt appellatus. Via autem, per quam ad huius veritatis cognitionem peruenitur, eſt ipſa veritas, quę venit in mundum, vt de eâdem teſtimoniũ perhiberet, Chriſtus ſcilicet ipſe, qui Ioan. 14. ſe *viam, veritatẽ & vitam* appellat: Quod (Hebraiſmus enim eſt.) Ego ſum inquit, via veritatis, & vitæ, qua ſcilicet ad veritatem & vitam itur, per quem itidem gratia, & veritas, ſiue fides, & cognitio Dei, non modo veriſſima facta eſt, ſed etiam explicata, & hominibus abunde tradita. Neque enim ſolum tradidit fidem, & veritatem hominibus, ſed eam etiam fecit ſua potentia, quam & hominum intellectibus ſapienter impreſſit: Nam Chriſtus nobis meritus eſt gratiam, fidem, & alia dona diuina, quibus *illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum*. Dicitur enim Chriſtus, *lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis*, eò quod, ſicut ſol, ſufficiens lumen hominum obtutibus expandat, vt omnes, quantum eſt ex ſe, illuminet: omnibus enim in propatulo eſt propoſitus, vt videant: Quod ſi qui forte lumen à Chriſto ſparſum non vident, ſicut defectus ſolis non

Paulus, Doctor Veritatis.

Spiritus ſanctus, Spiritus Veritatis.

Via ad Veritatem fidei.

Chriſtus lux mundi vocatus.

Chriſtus, ſoli illuminanti comparatus.

eſt, quod eius diffuſos radios cæcus non intuetur; ſic aliqui, ſi Chriſto (omnibus quidem hominibus, ex efficacia lucis ſuæ lucenti) non credunt, non habent, quod ipſi Chriſto imputent, quia incredulitas illorum, ex defectu lucis huius non proficiſcitur, cum ſicut Ioan. cap. 8. ſcriptum eſt, Chriſtus ſit *lux mundi*, qui per fidem ſcilicet, omnes homines illuminat, quemadmodum in cap. 1. Ioan. annotauit Chryſoſtomus, dicens, *illuminari omnem hominem, quia omnibus lux iſta lucet, quantum ex ſe eſt. Quod ſi aliqui*, inquit, *non illuminantur, non ex lucis defectu, ſed ex ipſis procedit*; Verbum ſiquidem incarnatum, ſuo aduentu in hũc mundum, per ſe, & per ſuos prædicatores, toti orbi veritatem ſuam, & Euangelium ſalutis & clarè, & perenniter annuntiat.

VII. *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus* IESVS.

Deus humanæ ſalutis amator.

Probat hoc loco Apoſtolus, Deum omnium hominum ſalutem deſiderare, & Chriſtum omnibus redimendis veniſſe: ac Deum non Iudæorum tantum, ſed & Gentium eſſe Deum; Nam Deus naturâ, & ſubſtantiâ vnus eſt, licet trinus perſonâ. Ergò cum non diuiſus ſit, & notiſſimum ſit, omnem creaturam habere Deum creatorem, erit omnium, & Iudæorum, & Gentium, ex æquo communis Deus, & non huius, vel illius Gentis peculiaris Deus: Ita ad hunc modum non duo, ſed vnus mediator eſt: hoc eſt, communis omnium mediator eſt Ieſus Chriſtus, ne quis ſibi peculiarem faciat: non enim pro vna tantum gente, ſed pro omnibus, non alium, vtpote angelum, aut purum hominem, ſed ſemetipſum, pretium redemptionis,

Vnus Deus.

Vnus mediator, Chriſtus.

ptionis, & immaculatam Deo hoſtiam obtulit, & vt dicitur 2. Corinth. cap. 5: *mortuus eſt pro omnibus*, hoc eſt, compenſauit ex iuſtitia, æterno patri omnia ſubſidia, quibus homines opus habent ex parte Dei, vt in gratiam ipſius redeant, & ſalutem conſequantur. Impetrauit enim à Deo, vt depoſita indignatione, quam propter peccatum aduerſus hominem ſuſceperat, omnibus velit præſto adeſſe, quò ſalutem conſequi valeant, & ab omnibus, quantumcumque grauibus peccatis, reſipiſcere, & reſurgere ad iuſtitiam: Siquidem, vt Ioannes ait 1. epiſt. cap. 1, *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi*, id eſt, omninò pro omnibus. Quo aperte refutat Apoſtolus hoc loco eos, qui apud Epheſios docebāt, angelos eſſe mediatores ad Deum, non Chriſtum, & ſimul eorum ora occludit, qui ſibi perſuadere potuiſſent, bene actam vitam, cum vnius Dei cultu, ſine Chriſto, ad vitam, æternamq; ſalutem ſufficere; In quo errore ſunt Mahometani, & alij hoc tempore nonnulli Hæretici. Rectè igitur Auguſtinus in hanc ſententiam: *Vnus*, inquit, *Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, vt illud, quod dixerat, omnes homines vult ſaluos fieri, nullo alio modo intelligatur præſtari, niſi per mediatorem Deum, non modo, quod ſemper verbum erat, ſed hominem ſimul Ieſum Chriſtum; cum Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: Oportebat enim talem*, inquit Chryſoſtomus, *eſſe mediatorem, qui cum Deo colloqueretur.*

Refutatio erroris. Quod Angeli eſſent mediatores.

Alius error.

Ex eo ergò, quod Deus omnium ſit Deus, concludit Apoſtolus, abſque vlla exceptione, omnibus ſupernaturalem beatitudinem, tanquam finem vltimum, non modo præſtituiſſe Deum, ſed quantum in

Deum omnibus hominib9 beatitudinem, ceu finē, præſtituiſſe, & ad eam conſequendā, apta media præſcripſiſſe.

Digitized by Google

in ipſo eſt, ſimul etiam prouidiſſe omnibus de mediis, quibus ad eum finem peruenire poſſent: quod eius ſapientiæ, & prouidentiæ recta ratio exigebat: Hoc enim ea verba inſinuant, *Deum velle omnes homines ſaluos fieri*, quorum omnium *vnus eſt Deus*, & quorum omnium *Chriſtus Ieſus eſt vnus mediator, qui pro omnibus ſemetipſum exhibuit redemptionem*: Vbi vox *omnes*, non ſolum illos omnes, qui ſaluantur, ſed omnes omninò homines (omniũ enim *hominũ vnus eſt Deus*, & omnium *vnus mediator Chriſtus*, & *pro omnib. omnino Chriſtus dedit ſemetipſum redemptionem*) complectitur.

Chriſtus, redēptio omnium.

Ex quibus conficitur, non ſolum omnes, qui ſaluantur, velle Deum efficaci voluntate, & conſequente ſaluos fieri, ſed etiam voluntate antecedenti omnes omninò homines, per hoc ſcilicet, quod omnes omnino ſufficienter adiuuat, vt ſalutem conſequi poſſint.

VIII. *Vnus & mediator Dei, & hominum Chriſtus* IESVS.

Mediatoris etymon.

Vox *mediatoris* à D. Hieronymo in cap. 3. ad Galat. nomine *ſequeſter* expreſſa, à medio dicitur: Nam vt extrema coniunguntur in medio; ſic officium mediatoris eſt, partes diſſidentes componere, & reconciliare, quemadmodum annotauit Chryſoſtomus homil. 7. in hunc locum. Eam ob cauſam cap. 3. ad Galat. dixit Apoſtolus, *mediatorem non vnius eſſe*, id eſt, neceſſe eſſe, vt ſit plurium, ac diuerſorum. Hinc *tertij* nomine, mediatorem intelligit Eſaias cap. 19.

Mediatoris munere, in quo potiſſimũ ſit functus Chriſtus,

Et licet multiplices Chriſti operationes fuerint, quibus redempti ſumus, maximè tamen propriè per orationem, mediatoris munere eſt functus, quemadmodum

modum docet Auguſtinus, lib. 2. contra epiſt. Parmen. cap. 8. Mediatoris quippe officium eſt, interpellare, & petere pro his, pro quibus intercedit: Chriſti porrò orationem ſemper fuiſſe exauditam, quando ex voluntate abſoluta, & deliberata proceſſit, ex cap. 5. epiſt. ad Hebr. colligitur, vbi dicit Apoſtolus, *Chriſtum fuiſſe exauditum pro ſua reuerentia.* Hoc enim diuinæ ordinationis videtur fuiſſe, vt Chriſtus oraret, non tantummodo, cum hic vixit, ſed etiamnum in cœlis exiſtens, vel expreſsè videlicet petẽdo à Deo, vt nobis ea, quæ ſalutaria ſunt, conferat, vel certè tacitè eidem repręſentando ſuam humanitatem, quam in cruce obtulit pro nobis, vt in eam Deus intuens, bene nobis faciat. Quod ipſum teſtatur Ioannis cap. 14. vbi diſcipulos conſolans Dominus: *Vado,* inquit, *parare vobis locum, & ego rogabo patrem,* (nimirum poſtquam in cœlum aſcendero) *& alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.* Et ad Rom. cap. 8. *Qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Ad Hebr. cap. 7. *Accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis,* 1. Ioan. 2. *Aduocatum habemus apud patrem,* &c.

Chriſtus, pro nobis orans, etiamnum in cœlis.

Non autem vno modo contigit, vnum mediatorem duos inter ſe diſſidentes conciliare: Vno enim modo, declarando, vter iuſtum petat: Altero modo, ſoluendo creditori pro debitore. Tertio, orando creditorem, vt debitum remittat. Iuxta ſecundum modum, inter Deum, & homines ſolus ſequeſter, & mediator fuit Chriſtus Dominus, quia *dedit ſemetipſum redemptionem pro nobis,* nempe tanquam homo: ſecundum enim naturam humanam (quod ipſum indicat hoc loco adiuncta vox *homo*) mediator fuit Chriſtus,

Mediatorem quempiam eſſe, quot modis contingat.

Chriſtus, mediator noſter ſecundum naturam humanã, non diuinam. Et eius probationis.

ſtus, vt notat Auguſtinus, lib. 2. de Gratia, & peccato originali, cap. 28. vbi dicit, Chriſtum non eſſe mediatorem, per hoc quod eſt æqualis patri, hoc eſt, per naturam diuinam; & cauſam reddit; quia per hoc, id eſt, per naturam diuinam, quantum pater, tantum & ipſe diſtat à nobis: Et quomodo erit medietas, vbi eadem diſtantia eſt? Ideò Apoſtolus non ait: *Vnus mediator Dei hominum Ieſus Chriſtus*, ſed *homo Chriſtus Ieſus*: per hoc ergo mediator, per quod homo. Idem Auguſtinus, ſerm. 1. in Pſal. 22. explicans huius loci verba, dicit, Vnum Deum ſignificare Trinitatem & Chriſtum eſſe mediatorem inter Trinitatem & homines peccatores, quod etiam ipſa ratio teſtatur: Nã non ſolus pater erat nobis ob noſtra peccata infenſus, & proinde à mediatore placandus, ſed & filius, & Spiritus ſanctus. Nec tamen abs re dixeris, Chriſtum fuiſſe mediatorem, non tantummodo propter officium, quod exercuit, ſed etiam per id, à quo, tãquam à ſuppoſito, valorem accepit eius muneris functio. Valuit autem plurimum natura diuina ad efficaciam eius functionis, cum Chriſtus ob infinitam ſui diuini ſuppoſiti dignitatem ſit efficaciter operatus reconciliationem noſtram cum Deo. Hinc Auguſtinus, lib. 1. de conſenſu Euangeliſt. cap. 35. ſic dicit: *Ideò Chriſtus mediator Dei, & hominum dictus eſt, inter Deum immortalem, & hominem mortalem, Deus & homo reconcilians hominem Deo.*

Quomodo Chriſtus mediator ſecundum diuinitatem, dici queat.

Sancti, etiam mediatores appellati.

Nec eſt, quod vereamur, nomen mediatoris transferre ad ſanctos, ſicut ad eos transferimus nomen *aduocati*, & *interceſſoris*, quæ Chriſto tribuuntur, Rom. 8. 1. Ioann. 2. Nam S. Gregorius Nazianzenus, orat. ad Gregorium Nyſſenum, Martyres, media-

Digitized by Google

mediatores inter nos, & Deum appellat, & Sanctus Cyrillus, lib. 12. Theſauri cap. 10. dicit, omnes Prophetas & Apoſtolos fuiſſe mediatores; ſicut & Moyſes Deuteron. cap. 5. de ſe dicit: *Ego ſequeſter, & medius fui inter Deum, & vos, in tempore illo.* Quibus verbis alludens Apoſtolus Galat. 5. dicit, *legem veterem ordinatam fuiſſe per angelos, in manu mediatoris*, id eſt, Moyſis, & Hebræorum. Neque enim ita vni Chriſto mediatoris officium hoc loco tribuitur, vt nulli alij homini hoc conueniat, cum præter ſuprà allatas authoritates, Ieremias Thren. cap. 8. dicat: *Recordare, quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro iis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.* Vbi manifeſtè ſignificat ſe reipſa, functum eſſe officio mediatoris aliquo modo; qualem etiam videtur Apoſtolus ſe mediatorem profeſſum fuiſſe, cum de ſe, & reliquis Apoſtolis dixit 2. Corinth. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos: Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.*

Neque ſic hoc loco, prędicat vnum mediatorem Apoſtolus, quemadmodum etiam ex huius loci circumſtantiis deducitur, quia Chriſtus diuerſa ratione; medius inter Deum & homines fuit, quam alij puri homines: Nam & homo & Deus erat, atque ita perfectiſſimus mediator, naturâ etiam participans de vtroque extremo; quam conditionem ſubindicat Apoſtolus cum dicit: *Homo Chriſtus Ieſus*, id eſt, talis, & tantus homo, nempe Chriſtus qui ſecundum aliam, & aliam naturam, eſt Deus, & homo: Adde, quod *ſemetipſum dederit*, id eſt, quod vi, & dignitate ſua, non vllo adminiculo alterius hominis, executus ſit officiũ mediatoris, reconciliaueritq; nos Deo, abſolutam remiſſi- *Quomodo mediator Chriſtus, quomodo mediatores Sãcti.*

miſſionem peccatorum, & reconciliationem de iuſtitiæ rigore, impetrando pro omnibus; id eſt, pro præteritis, præſentibus, & futuris vnquam hominibus: cum tamen pro ipſo nemo hominum interceſſerit, vt qui reconciliatione nulla indigeret, ſicut annotauit Auguſtinus, lib. 2. contra epiſt. Parmen. cap. 8.

Quomodo Sanctos, mediatores faciamus, eos inuocando.

Ergò certiſſimum ſit, nos, cum Sanctos inuocamus, minimè eos facere mediatores eo modo, quo Chriſtus mediator fuit, ſed tantum, vt loquuntur in ſcholis Theologi, diſpoſitiue, & miniſterialiter, quoniam Chriſto mediatore, eiuſq; meritis nixi, ad ſalutem hominum, ſua vel interceſſione, vel opera cooperantur tantummodo, ſecundum diuerſum redemptionis gradum. Ex his conficitur, quantum Lutherani quidam Chriſto detrahant, cum ex his Pauli verbis, non tam eum mediatorem redemptionis, quam interceſſoris eſſe colligunt, cum tamen Paulus hic dicat, *Chriſtum ſeipſum dediſſe pretium redemptionis*, quod pretium, tum pro æquitate penditur, cum vita vitâ, & caput capite redimitur.

Lutheranorũ error, & blaſphemia in Chriſtum.

IX. *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.*

Redemptionis acceptiones in ſcripturis.

Prima.

Quinque ſunt in ſcripturis vocabuli *redemptionis* acceptiones: *Prima* dicitur redemptio ab omni malo, culpæ, & pœnæ, per ſolutionem pretij ſufficientis; quo modo omnes omninò homines per Chriſtũ redemptos affirmat hoc loco Apoſtolus. *Secunda* redemptio eſt à malo culpæ, per applicationem pretij in cruce ſoluti: quæ redemptio eſt ipſa iuſtificatio, iuxta illud Rom. 3. *Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius,*

Secunda.

per

per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, &c. *Tertia* redemptio eſt à debito pœnæ, quod ſæpe manet dimiſſa culpa. Hinc diuitias in pauperes impenſas, à pœnâ liberare homines, pronuntiat Sapiens, Prouerb. 13. *Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ*: *Quarta* redemptio eſt à peccato futuro: Hinc dicitur Deus redimere eos, quos præſeruat à peccato, in quod alioqui incidiſſent, Pſal. 33. *Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquent omnes, qui ſperant in eo*. *Quinta* redemptio eſt à corruptione, & ærumnis omnibus huius vitæ, quæ fiet tandem in vltima reſurrectione, de qua Dominus Luc. 21. *Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*.

Tertia. *Quarta.* *Quinta.*

Dicitur itaque res aliqua, iuxta primam redemptionis traditæ ſignificationem, redimi, cum oblata compenſatione, ſeu pretio, vendicatur à poteſtate vnius in poteſtatem alterius, cuius antea erat. Fuerat homo antea Dei, quippe, qui eum poſſederat iure & titulo creationis & conſeruationis: Nam creator creaturæ Dominus eſt, non minus quàm herus emptitij ſerui. Propterea dicitur Sapient. 16. *Creatura factori, deſeruiens*. Et Deuteron. 32. *Nunquid non ipſe eſt pater* (creator) *tuus, qui poſſedit te, & fecit te, & creauit te*. Sed ob hominis contumaciam & inobedientiam, permiſit Deus venire eum in poteſtatem hoſtium, & quaſi eum iiſdem vendidit; non quod Deus redacta ex mancipio pecunia opus haberet, ſed vt improbus ſeruus, aliquando agnoſceret *diſtantiam ſeruitutis Dei, & ſeruitutis regni terrarum*, 2. Paralip. 12. Nam ſic ait Deus Eſai. cap. 52. *Gratis venundati eſtis*. Et cap. 50. *Quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis*. Quaſi diceret: Neque habeo

Redimi, iuxta primam notionē redemptionis, quid ſit.

creditorem, cui debeam ſatisfacere, neque obſtrictus ſum exteris gentibus, quibus ſoluendo non ſim, niſi ſeruos meos & ſuppellectilem domeſticam proponam: ſed veſtra contumacia in cauſa eſt, vt domo eiectos, Diabolo & cæteris hoſtibus veſtris tradiderim.

Nos per peccatum, nec a Dei poteſtate omnino, & totaliter egreſſos eſſe, nec in abſolutam Diaboli poteſtatem veniſſe.

Vbi tamen ſciendũ, ita homines traditos eſſe Diabolo propter peccatũ, vt neque omnino deceſſerint de poteſtate & ſeruitute Dei, neq; etiam omnino venerint in abſolutam poteſtatem, & ſeruitutem Diaboli: Nam abſolutè quidem is habet rem aliquam in poteſtate, qui ius obtinet, arbitratu ſuo, quolibet modo conſtituendi de illa: Hoc ius abſolutum, & poteſtatem in homines, neque Deus amiſit propter hominum peccata, neque Diabolus acquiſiuit: Etenim *Domini eſt*, nõ orbis modo *terrarum*, ſed *plenitudo* etiam *eius, & vniuerſi qui habitant in eo*, Pſal. 23. Nihilominus tamen quadam ratione dicitur, homines propter peccata, è ſeruitute, & poteſtate Dei, veniſſe in poteſtatem, & ſeruitutem Diaboli: Nam ſine gratiæ diuinæ præſidiis, quæ per peccatum amiſerunt, neq; à peccato reſurgere, neque peccatum vitare poſſunt; ſed neceſſe eſt eos, niſi diuina gratia iuuentur, & aliquando peccare mortaliter, & in peccati ſtatu permanere. Itaque eatenus in miſerabilem quandam ſeruitutem Diaboli, propter peccatum, homines venerunt, quemadmodum docet S. Bernardus, epiſt. 191. & inſinuauit Apoſtolus cap. 6. eius, quæ eſt ad Romanos. *Neſcitis*, inquit, *quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obediſtis? ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?* Et paulò poſt. *Cum ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ*, id eſt, cùm ad voluntatem Diaboli, peccato conſtricti tenebamini, il-

Quomodo per peccatum à Dei ſeruitute in poteſtatem Diaboli veniſſe dicamur.

liuſq;

liuſq; adeo ſerui eratis, liberati quodammodo à ſeruitute iuſtitiæ, & Dei. Quod verbis, quæ continuo ſubiungit, magis declarat: *Nunc*, inquit, *liberati à peccato; ſerui autem facti eſtis Deo: habetis fructum veſtrum in ſanctificatione*, &c. Quod enim antè vocauerat ſeruitutem iuſtitiæ, nunc vocat ſeruitutem Dei, quia, vt diximus, ſecundum iuſtitiam, peculiari quadam ratione ſumus in ſeruitute Dei; ſicut contrà, ſecundum peccatum, è ſeruitute Dei, venimus in poteſtatem Diaboli. Ab huius ſeruitutis miſeriâ, & tyrannide, redemptionis ſuæ opere, Chriſtus nos liberauit, patrem ſine vllo alio medio, ad miſericordiam erga homines prouocando, nempe perſoluto paſſionis, & mortis ſuæ lytro: quod eſt, peccatum deleuiſſe, quéadmodum Apoſtolus Coloſſ. 2. dicit, *Chriſtum ſuſtuliſſe de medio chyrographum decreti, contrarium nobis, & affixiſſe illud cruci:* quod eſt, flexiſſe à ſeueritate, quam peccata merebantur, ad miſericordiam, æternum patrem; vt, quantum in ipſo eſt, velit iam omnibus, propter Chriſtum reconciliari, opemque ferre, vt in eius gratiam redeant, reatuq; pœnæ æternæ ſoluti, habeant ius, & aditum ad beatitudinem: Quod tamen ita Chriſtus hominibus obtinuit, vt, non niſi certâ ratione, & mediis, præter paſſionem ſuam, ad id neceſſariis, illud conſequerentur; cuiuſmodi media ſunt fides, baptiſmus, pœnitentia, obedientia, &c. Marc. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Luc. 24. *Vt prædicaretur in nomine eius, pœnitentia, & remiſſio peccatorum.* Hebr. cap. 5. *Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.* Atq; hoc pacto Chriſti morte, Deo fuiſſe nos reconciliatos, teſtatur Apoſtolus 2 Corinth 5. *Deus*, inquiens, *erat in Chriſto mun-*

Seruitus Dei, ſeruitus iuſtitiæ, cur dicta.

Præter redemptionem Chriſti paſſione factam, alia quoque media neceſſaria eſſe.

dum reconcilians ſibi. Sic etiam cap. 7. eiuſdem epiſtolæ monet, vt *emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.* Quaſi apertè ſignificet, noſtram etiam operam, adiuuante ipſo Deo, neceſſariam eſſe, & valere, vt ex omni parte, Deo reconciliemur. Licet enim operata fuerint Chriſti mors, paſſioq; ſalutem, non tamen eam efficaciter cuique Dominus applicuit, niſi, quod ex parte ſuâ deſiderat, ipſi redempti ſimul efficiant. *Poculum*, inquit Proſper, *immortalitatis, quod confectum eſt de immortalitate noſtra*, (id eſt, de naturâ humanâ, aſſumptâ à Dei filio) *& virtute diuinâ, habet quidem in ſe, vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non proficit.*

Neceſſitas bonorum operum.

Verum, cùm hoſtes, in quorum poteſtatem & ſeruitutem deueneramus, Diabolus ſcilicet, peccatum, mors, &c. nullo pretio pro nobis exſoluto, nos emerint, gratis nos poſſederint, gratis noſmet illorum ſeruos effecerimus; & propterea iniqui & iniuſti tyranni potius, quàm Domini fuerint; nullo ſane videtur fuiſſe opus, quo ab eorum poteſtate & ſeruitute redimeremur, redemptionis pretio: in redimendo quippe, eodem reddito pretio, res prius vendita recipitur à redemptore; ſed quæ gratis vendita ſunt, nullo pretio indigent, vt redimantur: Vnde Eſaias cap. 52. *Gratis venundati eſtis, & ſine argento* (ſine pretio) *redimemini.* Ad quam difficultatem dicendum, quod ad nos, & ad iniuſtos poſſeſſores attinet, *gratis, & ſine argento* nos redemptos: nihil enim illis pretij reddendum fuit, qui nihil pretij dederant, nihil nos quoque dignum conferre poteramus tyrannis, pro noſtrâ redemptione. Et ſic, eodem, quo empti ſumus pre-

Digitized by Google

pretio, non maiori ſumus redẽpti. At quoniã *diuenditi* à Deo eramus *in iniquitatib. noſtris*; Eſai. 50. niſi pretiũ pro remittendis iniquitatib. penderetur vero & legitimo Domino, cuiꝰ eramus ſerui, nõ reciperet ille nos in ſuam beneuolẽtiam, neq; ab iniquis poſſeſſoribus vẽdicaret; indigebamus pretio redemptionis, non ꝗ Dæmoni, ſed quod redemptor Deo, & patri offerret, vt priſtinos ſeruos in domum ſuam, atque in gratiam reciperet. *Sic non corruptibilibus, auro & argento, redempti ſumus, ſed pretioſo ſanguine eius, qui dedit ſemetipſum reptionem pro nobis omnibus*, 1. Petr. 1.

Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt. X.

Eſt hoc loco *teſtimonium*, grauiſſimum illud, & certiſſimum, quod Chriſtus Dominus patri dedit, quãdo mortem cum ſummo cruciatu; & ignominiâ ſponte ſuſcipiens, Dei veritatem, ſummamq́; charitatem hominibus manifeſtauit. Huius mediatoris martyrium, ſiue *teſtimonium*, ait Ambroſius, quod veritati, pro omnib. moriendo, Chriſtus tribuit, ſe præconem profitetur, quod anteà figuris ſignificatũ, & à prophetis prædictum fuerat; Nunc, *temporibus* à Deo præordinatis, *confirmatum*, comprobatumq́; eſſe ſignificans, glorioſâ nempe Chriſti reſurrectione, admirabili in cœlum aſcenſu, ſingulari Spiritus ſancti aduentu, Apoſtolorum conſtanti prædicatione, diuinis denique ſignis, & prodigiis; quæ omnia ad faciendam omnibus fidem, non malitioſè reſiſtentibus, poſſunt ſufficere. Atque hoc eſt, quod ſubiungit.

Teſtimonium; quod Chriſtus Petri dedit, quale.

Digitized by Google

XI. *In quo poſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus. (Veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide & veritate.*

Senſus huius textus.

Quaſi diceret: Vt teſtificarer, & prædicarem paſſim, hoc pretium redemptionis iam eſſe Deo per perſolutũ, ſum nuntius, & præco ab ipſo Deo deſignatus; non, vt vno tantùm, & definito loco illud publicem; ſed & Apoſtolus ſum conſtitutus, vt longè, lateque, ſine termino, maximè verò inter Gentes, Dei de omnibus ſaluandis voluntatẽ, omniumq; per eius filium redemptionem, cum authoritate annuntiem, ſimulque aliis præconib. delegatis, Eccleſias conſtituam: Cum itaque id onus propagandæ communis ſalutis, mihi incumbat, debes & tu, ô Timothee, tanquam meus delegatus, curare, vt pro omnium hominum ſalute, preces aſſiduæ ad Deum fiant, vt diuinę voluntati tuam conformes.

Formula iurãdi quorſum à Paulo adhibita, hoc loco.

Iuramenti formulâ (*veritatem dico non mentior*) quandam conſtantiam, & firmitatem animi, vultuſque minimè deiecti, aut aliquid reuerentis, quod ſibi obiici poſſet, videtur teſtari. Quaſi diceret; ſe nihil ſubuereri, ſed ingenuè potius, quod verum eſt, toti mundo loqui: Nam ad libertatem orationis, & confirmationem veritatis pertinet illud, *non mentior*; quod idem eſt, ac, *veritatem dico*. Ideò ſiquidem iuramentum hoc loco interpoſuit, quod incredibile videri poterat pſeudoapoſtolis, idolomaniæ deditos gentiles per Chriſti mortem ad ſalutem. fidei præconio vocari; licet omnes prophetæ teſtimonium ſingulis ætatibus perhibuerint, remiſſionem peccatorũ accipere per Chriſti nomen, oẽs qui credunt in eum.

Non

Digitized by Google

Non autem ſine causâ, *veritati*, *fidem* præpoſuit, vocando ſe Doctorem in fide, & veritate, quia *cognitio veritatis, eſt merces fidei*, ſicut dixit, Eſaias cap. 7. *Niſi credideritis, non intelligitis.* Sic Chriſtus, Ioan. 8. *Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis; & cognoſcetis veritatem.* Quod ipſum apertiùs tradidit, cùm murmurantibus Iudæis, & verba Chriſti non intelligentibus, adeoq; dicentibus: *Durus eſt hic ſermo. & quis poſſit eum audire?* ſubintulit cauſam murmuris, & non intellecti ſermonis, dicens: *Verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita*, id eſt, ſpiritualiter intelligenda ſunt, vt vitam afferant: *Sed, ſunt quidam ex vobis, qui non credunt*, Ioan 6. Ad quæ verba Auguſtinus, tract. 27. in Ioan. *Non dixit: ſunt quidam ex vobis, qui non intelligunt: ſed cauſam dixit, quare non intelligunt. Sunt enim quidam ex vobis qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit: Niſi credideritis non intelligetis. Per fidem enim copulamur, per intellectum, viuificamur. Prius ergo hæreamus per fidem, vt ſit, quod viuificetur per intellectum.* Hæc ille. Nempe, vt ſerm. 5. de verbis Domini docuit: *Fides debet præcedere intellectum, vt intellectus ſit fidei præmium.* Quare, hunc fidei defectum cauſam eſſe, cur hęretici ſcripturas non intelligant; huius epiſtolæ cap. 6. luculenter tradit Apoſtolus: *Si quis*, inquit, *aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ*; (idem, Orthodoxæ, fidei regulæ) *ſuperbus eſt, nihil ſciens*, &c.

Veritati fidem cur anteponat Paulus.

Vult ergò his *fidei & veritatis* duobus nominibus innuere Paulus, ſe non docere humana inuenta, ſed ea potius, quæ ad Euangelij veritatem pertinent: Cùm enim religio Chriſtiana exigat *fidem*; ne quis in

cà

eâ ſuſpicaretur ſubeſſe fallaciam, adiecit; *in veritate*, vt, nihil in Chriſtianâ doctrinâ mendacij, aut falſitatis ineſſe, ſignificaret. Neque enim fidei noſtræ veritates manifeſtę ſunt, cum nec ex demõſtrationibus, aut probationibus neceſſariis fides procedat, quemmodum notauit Baſilius, homil. in Pſal. 115. dicens: *Fides non per rationales methodos, nec per geometricas neceſſitates, animum ad aſſenſum trahit; ſed per actionem virtutis:* Neque enim ita veritates fidei patent intellectui, vt, niſi voluntas adiuuet, ſolus ipſe valeat aſſentiri; Habet quidem fides probationes pro his, qui nondum credunt; tamen neque hæ neceſſariæ ſunt, ſicut demonſtrationes ſcientiarum: neque, qui credunt, propter eas credunt, ſed propter lumen fidei à Deo infuſum, intellectum inclinans ad aſſenſum; ita, vt non ſufficiat, niſi voluntas concurrat ſimul, vt velit homo credere: Nec probationes non credenti ſufficiunt, niſi adhuc intellectus illuminetur, & voluntas etiam accedat; quod non facit, niſi iam adiuta à Deo. Qua ratione fit, vt fides ſit meritoria, quia libertate non priuatur, cui, dum credit, hominis voluntas innititur, iuxta illud 2. Corinth. 10. *Captiantes intellectum in obſequium fidei.*

Fidei Catholicæ veritates obſcuræ, demonſtrationibus nõ innixæ.

Intellectus abſque motu voluntatis fidei veritatibus aſſentiri non valens.

Fides meritoria, qui ſit.

Ideò porro ſe *Gentium* Apoſtolum, *Doctorem, magiſtrum* & *prædicatorem Euangelij præputij* vocat, quod aliis abundantiùs laborârit, & peregrinando diſſeminarit verbum Dei inter Gentes, Quod etiam Chriſtus, prophetans, Actor 9. *Vade*, inquit Ananiæ, *quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſraël*; Fortaſſe non augendo orationem, poſuit filios Iſraël vltimos, ſed potiorem locum tribuendo, præpoſuit gentes, & reges.

Paulus, Gentium, Doctor cur appellatus.

Et

Digitized by Google

Et hæc cauſa eſt, quod Apoſtolus titulum, Hebræis ſcribens, prætermiſerit; non enim horum, ſed Gentium Doctor, & magiſter erat.

Epiſtola ad Hebræos cur ſine titulo.

Sunt autem *Gentes* ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Ethnici, ſeu Gentiles, & pagani, qui ſunt à Chriſtiana religione alieni, & ſuperſtitioſè idola colunt, & non, vt Iudæi, vnum Deum. Qui modus loquendi, videtur ab Hebræis originem traxiſſe, qui omnes nationes præter ſuam, *Goin* vocabant, quaſi hæc vox, idem ſonet, ac Græcis *Barbarus*. Eas autem Spiritus ſancti participes futuras, à Ioële, cap. 2. fuerat prædictum: *Effundam*, inquit, *ſpiritum meum ſuper omnem carnem*. Quibus verbis, promittit propheta etiam gentibus, ſi ad Chriſti venire ſeruitutem voluerint, tanti expertes muneris non futuras.

Gentium vocabulo quinam intelligantur.

Gentes, quid Hebræis.

Gentium vocatio ad Fidem.

Volo ergo viros orare in omni loco. XII.

Progreditur orationis modum deſcribere, poſteaquàm ea, quæ ad muneris ſui authoritatem pertinebant, luculenter contra pſeudoapoſtolos aſſeruit. Et de hac oratione ideo fuſiùs tractat Apoſtolus, quod ea ſit totius Chriſtianæ religionis quaſi quoddam fundamentum, vt patet ex eo, quod, cùm prima Chriſtianæ religionis initia ponerentur, diuino ſpiritu permoti Apoſtoli, Chriſto dixerint: *Domine doce nos orare, ſicut & docuit Ioannes diſcipulos ſuos*; Luc. 11. Hinc etiam, vel ex ſolo orationis ſtudio ablato, vniuerſam Danielis religionem & pietatem ablatum iri, verumq; Deum contemptui habendum, principes illi & ſatrapæ, qui Danieli inuidebant, ſibi perſuadentes, dixerunt: *Non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi forte in lege Dei ſui*. Et propterea

Orationis modus.

 non

Digitized by Google

non aliam violandæ legis rationem excogitarunt, quam illam; vt *omnis, qui peteret aliquam poſitionem à quocumque Deo & homine, niſi à Dario, mitteretur in lacum leonum:* Verum Daniel, aduerſus illorum machinamenta, non alio remedio, quàm ipſa oratione, vſus eſt; Nam *feneſtris apertis, in cænaculo, tribus temporibus, contra Ieruſalem, in die flectebat genua ſua, & adorabat.* Proinde hoc orandi remedio, ad maximas ærumnas ſibi relicto, ſeipſum conſolabatur S. Iob, cap. 19. dicens: *Relicta ſunt tantummodo labia, circa dentes meos.* q. d. Dum orare & precari poſſum, non omnino perij: nam ad extremum interitum deueniſſe, qui precandi ſtudium intermiſit, Eliphaz apud Iobum, cap. 15. docuiſſe videtur, dicens: *Euacuaſti timorem: & tuliſti preces coram Deo.* Hoc etiam vnico labiorum ſolatio, ſe ſuſtentabat Regius vates, dicens; Pſal. 108 *Detrahebant mihi, ego autem orabam*, id eſt, Dum orare licuerit, & labiis valuero, non vincar, & in inimici poteſtatem non redigar: nam *ſi labia noſtra à nobis ſint*, & orationis ſtudium non intermiſerimus, *quis noſter Dominus erit?* Pſal. 11. Sane labiis populi Iſraëlitici, vincendos hoſtes, penituſque delendos, non manibus aut gladio, indicat ſcriptura, vt vim precum & orationis ſignificet: quod ipſe Balac, Rex Moab agnouit, Numer. cap. 22. dicens: *Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere.* Quomodo autem carpit bos herbam, niſi lingua & labiis? Quare hæc verba ſic explicat Origenes, hom. 11. Exod. *Per hoc (vt à maioribus accepimus) indicari dicitur, quia populus Dei, non tam manu & armis, quam voce & lingua pugnabat, id eſt, orationes fundens, proſternebat inimicos.*

Etſi

Digitized by Google

Etſi porrò ex patribus nō poſtremi ſint, qui hunc Pauli locum, ad priuatas preces referri debere putāt: cùm tamen dubium non ſit, quin illæ vbique rectè fieri poſſint; (Iobi enim oratio, Iob cap. 17. quæ in ſterquilinio facta eſt, laudatur; Ezechias, Eſai. cap. 38. cum fructu orauit in lecto; Ionas, cap. 2 in ventre ceti Deum precatus, exauditus eſt; Danielis, cap. 6 in lacu orationes, acceptæ fuerunt; latro denique in cruce, paradiſi poſſidendi promiſſionem accepit, Luc. 23.) Veroſimilior eſt illorum opinio, qui de publicis precibus, Pauli locum intelligunt, ita vt Paulus Iudæorum, & Samaritanorum (quorum illi, in templo tantum Hieroſolymitano; hi contrà, in monte Garizin, preces, & ſacrificia Deo fieri volebant) opinionem conuellere volens, quouis alio in loco, ad id delecto, & dedicato, licere Chriſtianis preces ſuas, & ſacrificia offerre, docuerit. Quæ ſententia ex his, quæ initio huius cap. de publicis precibus, Apoſtolum agere diximus, deq; iis maximè, quæ ſacroſancto Miſſæ ſacrificio adhibentur: Item ex iis, quæ de amictu mulierum ſubiiciuntur, (non enim multum refert, veſtitus, vel amictus, mulieres in priuatis parietibus, quo genere Deum precādo, vtantur) facilè confirmatur; quam & vetuſtiſſima Eccleſiæ traditio certiſſimā reddit, qua cauetur, vt in locis tantum ab Epiſcopo conſecratis, miſſarum ſacra fieri debeant, vt in Synodo Carthaginenſi V. Laodic. Cabilon. & Romano, cui Sylueſter præfuit.

De qua oratione loquatur hic Apoſtolus, publica, an priuata.

Noſtra opinio.

Ratio.

Miſſarum ſolennia in locis tantum, ab Epiſcopo conſecratis, offerēda.

Singularem autem ineſſe vim, atque ſanctitatem locis quibuſdam, vel quia Deo ſint cōſecrata, vel quia Dei amicorum ſacræ reliquiæ ibi poſitæ ſint, vel alia de cauſa, ſecundum Dei prouidentiam occulta, nullus

Loca diuino cultui ſingulariter dedicata.

Digitized by Google

Hæreticorum ſacrilegia in diripiendis Eccleſiæ bonis.

lus ſacrilegorum Lutheranorum, & Caluiniſtarum diffiteri poteſt; licet auſu ſacrilego, templorum ornamenta, & prouentus, quibus templorum miniſtri alebantur, diripuerint.

Exemplorũ coaceruatio contra ſectarios, templorum oſores.

Si enim nihil intereſt inter loca quæuis, vt ipſi clamitant (hac enim ratione, ſibi multorum principum beneuolentiam compararunt) cur Iacob, Geneſ. 50. in Ægypto moriens, in ſpelunca duplici prouinciæ Cananæorum, tam ſedulò ſe ſepeliri iuſſiſſet? Cur Ioſeph, eodem Geneſ. 50. fratres adiuraret, vt ex Ægypto, in eundem locum ſua oſſa aſportarent? cur, poſt fabricatam fœderis arcam, Iſraëlitæ ad eum locum, in quo ſita erat, precandi gratia confluebant? cur, poſt extractum, & dedicatum templum, præſcriptis temporibus ad illud vndiq; conueniebant? Si nihil eſt inter ſacrum, & profanum locum diſcriminis, iniuria Chriſtus Dominus ementes, & vendentes affeciſſet, cum eos è templo verbis, & verberibus eiecit, Ioan. 2.

SS. Euchariſtia in templis aſſeruari ſolita.

Adhæc ſi SS. Euchariſtiæ myſterium ſpectemus, in quo Chriſtus vere nobis præſens eſt, nullus Chriſtianus dubitauerit, quin in templis iis, in quibus aſſeruari ſacramentum ſolet, ſingulare aliquid, ac proprium ſit, quod in cæteris locis non inuenias. Chriſtus enim vt homo, in Euchariſtiæ ſacramento eſt, qui tamen vbique non eſt (contrà ac Theologi Wirtembergici ignoranter, & ridiculè aſſerunt) tametſi vbique, vt Deus adeſt. Vnde Ioannes Chryſoſtomus, homil. 36. in priorem epiſtolam ad Corinthios, propter venerandam Chriſti Domini in Euchariſtia præſentiam, Eccleſiam, *Angelorum & Archangelorum locum, regiam cæli*, atque *cælum* ipſum nominare

Eccleſia, locus Angelorum & Archangelorũ, regia cæli, &c.

Digitized by Google

nare non formidat. Quare ſi non minus honoris homini Chriſto præſenti habẽdum eſſe putamus, quàm arcæ veteris Teſtamenti: ſi prærogatiuam aliquam credimus illius loci ſingularem, vbi Chriſtus præſens eſt, quæ non ſit alterius, vbi modo illo non adeſt, profectò conſequens eſt, vt ſacris Chriſtianorum ædibus, vbi ſacrum illud pignus præſens eſt, maiorem, quam cæteris locis deberi honorem, & vim ineſſe ſingularem, fateamur. Hinc Deum, piorum preces, cæteris paribus, id eſt, ſi pari pietate, ſtudio, fide (quas virtutes ipſa loci circumſtantia, & ea quæ in templis aguntur, plurimum excitant atque confirmant) peragantur, facilius in Eccleſiis ſiue templis exaudire, eique magis in Eccleſia quàm in domo cuiuſque, peractas orationes placere, ſanctiſſimi Patres, & doctiſſima Eccleſiæ lumina, vt ſemper crediderũt, ita poſteritati tradiderunt: Chryſoſtomus ſic ſcribit, Hom. 5. de incompreh. Dei natura; hæreticos noſtri temporis, vel etiam frigidos Catholicos ſeueriſſimè, doctiſſime tamen coarguens: *O frigidam excuſationem, quam à pluribus reddi audio? Orare vel domi poſſumus, dicunt: ſed homiliam doctrinamq́, audire non niſi in Eccleſia poſſumus. Te homo decipis, & magno in errore verſaris. Nam etſi & domi quoque orandi datur facultas, tamen fieri non poteſt, vt domi tam bene ores, quàm in Eccleſia, vbi tot patres, vbi clamor felici ſocietate excitus, ad Deum immortalem referatur. Non pariter exoras, quum Dominum ſolus obſecras, atque tuis cum fratribus*, &c. Hæc Chryſoſtomus.

Orationes facilius in Eccleſiis quam in domibus à Deo exaudiuntur,

Atque ſanè mirum eſt, cultus diuini hoſtes Lutheranos adeò eſſe impudentes, vt Eccleſias eſſe erigendas ad conciones, & ſacramenta, & orationes nolint;

Lutheranorũ odium contra erectiones templorum.

Digitized by Google

ſint; cùm non ignorent, Chriſtum *domum ſuam*, id eſt, templum eius nomini conſecratum, *orationis domum* nominaſſe, Luc. 19. Vnde Chriſtus & Apoſtoli, (qui etſi interdum data occaſione, in variis locis verbum Dei ſeminarent) ordinariè tamen in templo, vel ſynagogis, (quæ erat eius temporis Eccleſia) id faciebant, quemadmodum patet Matth. 26. *Quotidie*, inquit Dominus, *ſedebam docens in templo*. Et Ioan. 19. *Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil.* Actor. 5. Angelus educens Apoſtolos de carcere, dicit illis: *Ite, & ſtantes in templo loquimini omnia verba vitæ huius.* Certè, primis Chriſtianis fuiſſe Eccleſias à priuatis domibus diſtinctas, docet Apoſtolus 1. Corinth. 11. *Conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos.* Et quod iſta Eccleſia non eſſet priuata domus, patet ex ſequentibus verbis: *Nunquid domus non habetis ad manducandum, & bibendũ, aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Vnde Cyprianus, ſerm. de eleemoſynis, arguens mulieres opulentas, quæ in Eccleſiam ſine oblatione veniebant: *In dominicum*, inquit, *ſine ſacrificio venis, & partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis.* Vbi, *dominicum*, Eccleſiam vocat, quia domus illa ſacra, Domini palatium eſt.

Eccleſias, in primitiua Eccleſia fuiſſe erectas.

Eccleſia, palatium dominus.

Quid? quod Eccleſiæ Chriſtianorum ſemper habuerint altaria, &, per conſequens, vera templa fuerint, cùm templum nihil aliud ſit, quàm locus altaris? Magis enim indicat ſacrificij ritum, altare; quam templum; nam ſine altari, non poteſt ſacrificari, ſine templo poteſt. Quare, ſi, vt excludant ſacrificia, Hæretici negant templa, multò magis deberent negare altaria; ſed altaria nullo modo negare poſſunt, vt patet

Altaria in Eccleſiis reperta, & erecta.

ter ex illo, 1. Corinth 10. *Non poteſtis menſæ Domini, & menſæ Dæmoniorum participes eſſe.* Vbi Apoſtolus, opponit menſam Euchariſtiæ, menſis idolothytorum, quæ erant vera altaria, quemadmodum exponit D. Ambroſius.

Hunc textum hæreticis non ſauere.

Quod ergò, hoc loco, Paulum velle, omnes viros orare in omni loco, pro ſui erroris defenſione addunt, ſi de priuata oratione ſit ſermo, tunc ſenſus eſt; Non ſolum in Eccleſia, quamuis ea ſit præcipua domus orationis, ſed etiam in aliis omnibus locis, licitum eſſe orare Deum; modò tamen turpitudo loci nõ videatur impedire: Si autem de publicâ oratione (quòd probabilius eſſe, ſuperius diximus) agitur, tunc, *in omni loco* ſignificat, in omni loco, vbi ad orandum publicè conuenitur, id eſt, in omni Eccleſia, vbicumq; tandem ſit conſtituta.

Nec moueat quemquam iniqua Lutheranorum, calumnia potius, quàm obiectio, qua nos, hac noſtra interpretatione, Dominicum, de nihil addendo verbis Domini, præceptum, Deutero. cap. 4. tranſgreſſos volunt. Non enim in iſtis verbis iuxta, primam expoſitionem (*in omni loco; vbi ad orandum publicè conuenitur*) aut iuxta ſecundam (*in omni loco, modo turpitudo loci non videatur impedire*) ſcripturæ additio, ſed expoſitio continetur; nec ea quidem noua, domi noſtræ nata, quales ſunt pleræq;, quas pro Dei verbo venditant, Lutheranorum expoſitiones: ſed ex ſanctiſſimorum & doctiſſimorum Patrum literis petita. Baſilium enim & Ambroſium, huius ſententiæ duces ſequimur, quorum hic, verba illa Pauli, (*in omni loco*) ita intelligit, vt ſordidos & importunos excipiat locos; ille verò, humanis etiam vſibus, vel rebus pro-

Contra Lutheranos interpretationis noſtræ calumniatores.

profanis deſtinatos excludat. Sic enim Baſilius, de baptiſmo, ſerm. 2, c. 3. & hom. 3. cùm oſtendiſſet in veteri populo certa loca diuino cultui dedicata fuiſſe, loquitur, præuidens quodammodo Lutheranorum impudentiam, & calumniandi importunitatem: *Si vero quiſquam*, inquit, *obiiciat. Quid igitur eſt, quod Apoſtolus dixit: Volo viros precari in omni loco, ob id, quod Dominus ipſe poteſtatem dedit adorandi Deum in omni loco, vbi dixerit: Neque Hieroſolymis poſthac, neque in monte iſto* (Garizin) *adorabitur pater*, &c. Ioan. cap. 4. *Hoc dicendum eſt, quod illud in omni loco, non comprehendit eos locos, qui humanis vſibus, rebusq́ immundis & profanis deputati ſunt, ſed dilatat ac deducit adorationem ab arcto Hieroſolymæ ambitu in omnem totius orbis locum, eum videlicet, qui iuxta ſacrificij doctrinam & rationem accuratè Deo conſecratur ad ſacerdotium glorioſi myſterij obeundum.* Hæc S. Baſilius, qui impiis Lutheranis anathema forſitan erit, vtpote, qui verbis illis Apoſtoli, *in omni loco*, adieciſſe videatur illa: *qui humanis vſibus, rebusq́ immundis & profanis deputati non ſint:* Verum nota eſt ſectariorum impietas.

XIII. *Leuantes puras manus.*

Eleuatio manuum in oratione, qualis eſſe debeat.

Non Iudæorum more, aquâ lotas, inquit Chryſoſt. (*Non enim aſperſis aqua digitis, expiatur*, teſte Leone, *quod famulante impia mente committitur*) ſed mundas à cædibus, à rapina, à cupiditate, ab auaritia; & ad eleemoſynam porrectas eſſe cupit: *Vt nos*, inquit Auguſtinus, *noſtras*, (quemadmodum & Chriſtus manus ſuas, pro nobis in cruce leuauit) *ad Deum in prece leuemus, & non confundantur manus noſtræ, leuatæ ad Deum, vt exerceantur in bonis operibus.*

Huius

Digitized by Google

Huius, præſcriptæ ab Apoſtolo, *manuum eleuationis*, diuerſas afferunt SS. Patres rationes, inter quas, hæc quæ ſequitur, pluribus placet, vt ſcilicet, hoc adorandi ritu, merita proteſtemur crucifixi Chriſti; eaq́; patri, vt efficaciſſimum ad impetrandum, medium, offeramus. Vnde, in ipſo miſſæ ſacrificio, ſacerdos maiore ex parte, manibus orat expanſis: *quæ expanſio, ſiue extenſio*, ait quidam, *prætendit in cruce manuum Chriſti extenſionem.* Addunt alij aliam, ex ipſius orationis ratione, naturaq́; petitam: Cùm enim ſit oratio, mentis in Deum eleuatio; hanc, eleuati non ſolum oculi, ſed & manus ipſæ ſignificant. Aptis id Clemens Alexand. lib. 7. Stromat. verbis expreſſit: *Caput, & manus*, inquit, *in cælum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione, orationis promptitudine & alacritate ſpiritus, aſſequentes eſſentiam, quæ apprehenditur intelligentia, & vnà cum verbo, corpus à terra educere conantes, erectam & eleuatam animam, deſiderio meliorum, cogimus in ſancta progredi; magno animo corporis vinculum deſpicientes*, &c. Alij manus ideo in oratione extendi putant, vt, ſicut quis in repentino diſcrimine, egens, manus extendit, quaſi cedens infortunio, & implorans auxilium: ita videamus extenſione manuum, manus dare, & ad nutum nos promptos profiteri ei, cui ſupplices extendimus. Hinc Tertullianus, in Apolog. cap. 30. *Paratus eſt*, inquit, *ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani*, &c. quaſi dicat orans: *Præſto ſum; necte & plecte, ſi vis, aut certe miſerere.* Alij proximè allatæ quodammodo oppoſitam aſſignant; vt orans videlicet, cõſertis quaſi manibus, pugnare, & luctari cum Deo videatur, ſicut Iacob, Geneſ. cap. 32. Oſeæ cap. 12. & Moyſes Exod. 17.

Cur expanſis manibus, orandum, diuerſæ rationes?

Digitized by Google

Eleuatis manibus orantes, cum Deo luctamur.

atque præ magna fiducia, manu, iam, quod petit prehendere. Manuum quippe leuatio, ſicut expanſio brachiorum, affectus deſiderij impetrandi & accipiendi à Deo, quod petitur, certum eſt indicium: Hinc toties Regius vates; Pſal. 62. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Pſal. 140. *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum*, &c. Hinc de Salomone, 2. Reg. 8. legitur, quod *ſteterit ante altare Domini, in conſpectu Eccleſiæ Iſraël, & expanderit manus ſuas*, &c. Sic Moyſes, Exod. 17. qui, cùm *eleuaret manus, vincebat Iſraël.* Nouerant enim, Deum nolle oratorem torpentem otio, quod flagitat, impetrare: ideo manus puras, ſeu innocuas, eleuantes, operi eaſdem admouere, orationesq; ſuas, ceu quoddam ſacrificium, dominico altari (quod ab altitudine nomen habet) imponere velle, videbantur. Egregiè itaq; S. Ephrem, hom. 2. de panopl. ſpirituali; oratione, tanquam arcu, nos armatos dicit, quoniam in eâ manus extendimus, ac veluti ſagittam, in inimicum dirigimus. Quocirca, meritò de nobis querentem in iudicio Chriſtum, Martyr Hippolytus, orat. de conſumm. ſæculi, introducit: *Manus veſtras feci, vt ad preces, & obſecrationes extenderitis eas; at vos ad rapinas, & cædes, & mutuas occiſiones extendiſtis:* Alludens ſcilicet, ad Iſai. cap. 1.

Ceremoniarū in oratione, exhibitarum contemptus apud Hæreticos.

Sed hanc, & ſimiles in orando, obſeruatas à maioribus ceremonias, rerum diuinarum cōtemptores & veri Micholitæ rident Hæretici, Caluiniſtæ, & Lutherani, dicētes (licet falsò) Catholicos, in his externis ceremoniis totum orationis ſuæ præſidium, vim, & robur reponere. Sed hi, vt ad tempus florere poſſint, illos imitantur, qui Iſai. 28. dicebant: *Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio perfecti ſumus.* Dicunt

enim

enim veri Chriſtiani, internos mentis actus, externis actionibus pietatis, longè antecellere, Deoque longè eſſe gratiores; imò, quicquid in his boni fueri[illegible], totum ab illis deriuari: Sed propterea contemnenda non ſunt ſenſibus ſubiecta ſigna, & cæremoniæ, quales ſunt, vocem edere, manus tendere & coniungere, in genua procumbere, cœlum intueri, aliaq́; ſimiles, præſertim ſi, vbi, quando, & quomodo oportet, adhibeantur. Confirmantur enim huiuſcemodi ſigna & cæremoniæ, quales ſunt illæ, quas paulo ante enumerauimus, in vtroque Teſtamento, non paucis exemplis, quæ ſemper valuerunt, & ad internum mentis actum excitandum, & augendum, vtpote facientes ad externam pædagogiam conſeruandam. Et quia non ſolùm animo, ſed & corpore conſtamus, eis ſignis meritò vtimu[illegible], vt Deo vniuerſorum auctori, ſummoq́; bono, vtraq́; parte noſtri, cultum, honoremq́; debitum tribuamus.

Cæremoniarū vis ad excitandam deuotionem.

Manuum porrò munditia, totius corporis eximia quædam puritas, fulgida, & ſplendida intelligitur; de qua loquitur Iob cap. 9. *Et fulſerint, velut mundiſſimæ manus meæ.* Sicut hoc loco, quamuis puritatem illam ab omni turpitudine, & flagitio, intelligere potiſſimum debeamus; tamen etiam externa illa oblationis ceremonia præparatas intelligere, nihil obſtat. Vt enim ritè, ac rectè perageretur oratio, tendebantur olim ſupplices ad Deum manus inter precãdum; atque illæ quidem mundæ, & lotæ, quemadmodum videtur expreſſiſſe Iob, cap. 16. dicens: *Cum haberem mundas ad Deum preces*, id eſt, mundis manibus peractas. Et præterquam, quod illa manuum eleuatio, orantis, aut opem implorantis, &c. vt dictum eſt, habi-

Manus puræ, quid hic.

Oratio, tota prius manibus fieri ſolita.

tus ſit; tamen quod ad ablutionem pertinet, ſacerdotes ingredientes templum, iubebantur lauare manus. Exod. 30. Quem morem in vſu fuiſſe apud Iudæos omnes, tradit Ariſteas, lib. de 70. interpret. Teſtantur etiam hunc morem Clemens, lib. 8 conſtit. *Chriſtianus lotus oret*, &c. Et Tertullianus, de orat. cap. 10. Chryſoſtomus, in Ioan. homil. 72. Atque ex profanis idipſum feciſſe Marium, ſcribit Plutrarchus: *Lauit*, inquit. *manus, antequam hecatómbas voueret.*

XIV.

Sine ira, & diſceptatione.

Prima Expoſitio. Quid ira, & diſceptatio.

Per *iram* intelligunt aliqui profanam offenſę memoriam, qua proximo non dimittitur offenſa: Quæ conditio, in Euangelio, Matth. 7. & 22. non ſemel orationi adhiberi iubetur: *Quod ſi non dimiſeritis*, &c. Marc. 10. *Cum ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem.* Et Luc. 11. *Cùm acceditis orandum, dimittite.* Per *diſceptationem* aliqui cum Ambroſio, mentis euagationem, quam Chriſtus excluſiſſe videtur, cùm patrem oraturos, ad cubiculum, oſtio clauſo, remiſit, intelligunt. *Plerumq́; enim*, inquit Ambroſius, lib. 5. de Sacram. cap. 5. *Negotiator venit ad orationem, aut auarus de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate; & putat, quod eum Deus poſſit audire: & ideo, quando oras, diuina humanis præferre te conuenit.* Hæc Ambroſius, hanc *diſceptationem* hoc loco intelligendam exiſtimans: Sunt enim diſceptationes, & ſoliloquia quædam, quæ mentem & cogitationem à Deo auertunt, & ad alias res profanas conuertunt: Et ſicut creata omnia, reſpectu diuinorum, tenebræ ſunt: ita etiam ſordes, & immunditíes ſunt, reſpectu illius ſummæ puritatis, atque ſuperni can-

Mentis attẽtio inter orãdum.

Digitized by Google

candoris. Qui ergo cogitationes terrenas admiſcet cogitationi diuinorum, non habebit *puras preces*: At, qui defixa in Deum mente orat, is ad Deum *leuabit puras manus, ſine ira & diſceptatione.*

Alij, & congruentius quidem, (*per iram*) actiue interpretandum putant, id eſt, nemini iraſcentes, aut nocentes quacumque ex cauſa; quò etiam, (vt indicat Chryſoſtomus) pertinet, quod additur; *& diſceptatione*, quæ Græcè dicitur dialogiſmus; ne ſcilicet re, & opere, aut vero *diſceptatione* & verbo, proximum læſerimus. Magnam enim noſtris precibus efficacitatem affert concordia, & beneuolentia erga proximum, atque nunquam eum læſiſſe, quod indicatum videtur Matth. cap. 18. his verbis: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quam petierint, fiet illis à patre meo.* Et è contrario, extenſas ad orandum manus, quæ cædis cruore, aut rapina, aut illata proximo iniuria, fœdatæ fuerint, plurimũ auerſatur Deus: Sic enim Eſai. 1. cap. dicit: *Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Cauſam ſubiungit: *Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Solet autem ſcriptura, vniuerſum in proximum iniuriarũ genus, *ſanguinis* nomine ſignificare: Vnde Dauid, Pſal. 50. næcis & iniuriarum Vriæ pœnitens, ait: *Libera me de ſanguinibus*, id eſt, ab omni male merendi de proximo ratione; quin potius bene mereri de omnibus ſtudeam: ſubdit enim: *Et ſpiritu principali* (munifico, liberali, benefico, omnibus grato) *confirma me.* Quam ob rem, non abs re monuit Dominus, Matth. 5. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid, aduerſum te; vade*

Secunda, & congruentior, expoſitio.

Sanguinis nomine, quid ſcriptura ſignificet.

prius reconciliari fratri tuo. Non enim prius oraturos, aut ſacrificaturos, ad ſe accedere iubet Deus, quàm, poſt rectè & integrè, optimi & iuſti viri officiũ proximo exhibitum.

Tertia Expoſitio Chryſ. &c.

Chryſoſtomus verò Theophylactus, & Oecumenius per *diſceptationem*, hæſitationem, & ambiguitatem intelligunt, à quibus liberũ, & vacuum orantis animũ Apoſtolus velit. *Nõ licet*, inquit Chryſoſt. *prorſus ambigere, ſi ſecuras ad Deum leuemus preces, nos exauditum iri.* Item Oecumenius, poſt diſceptantem ſecum, vel hæſitantem, his verbis inductum: *Anne Deus exaudiet? num fruſtra precor?* Subiungit: *Certos enim eſſe oportet nos fore exaudiendos, modò placita illi, puri, mundiq́; precemur.* Conſentanea hæc eſt interpretatio verbis Chriſti Matth. 7. & 22. *Omnia, quæcumque orantes petitis, credite, &c.* Et Iacobi, cap. 1. dicto illi, *Poſtulet autem in fide nihil hæſitans*, &c.

Fides in orando neceſſaria.

In his enim locis, fides iſta in oratione requiritur, qua Deum credimus potentem, & bonum, vt poſſit, & velit eorum preces exaudire, qui, vt oportet, aliquid ab eo petunt. Hæc ſiquidem propriè accepta fides eſt, diuino teſtimonio, & promiſſione ſtabilita, quibus, tanquam fundamento, ipſa nititur oratio.

Fides Hæreticorum in oratione ſua.

Fides vero illa, quam noui Euangeliſtæ, non ſemel in hac epiſtola, non modò in oratione, verùm etiam in aliis ſperandis à Deo, ob mediatorem, beneficiis, neceſſariam putant, qua nimirum certò, & citra dubitationem vllam, ſibi perſuadent, Deum ſibi fore propitium, & quod poſtulant cõceſſurum; nec vera fides eſt, nec ad orationem neceſſaria.

Hæreticorum in oratione perſuaſio, nec vera, nec adora-

Nõ eſt quidem vera fides; nam, etſi ex parte, fulciri diuino teſtimonio videtur, quatenus credunt Deum potentem, vt poſſit; & bonum, vt velit rectè oran-

oranti opem ferre; tamen altera parte claudicat, qua ſcilicet credunt, ſe eorum, quæ ad rectam orationem exiguntur, nihil prætermiſiſſe. Quæ perſuaſio non diuino teſtimonio, (alioqui vbi ſcriptum illud ſit, oſtendant) ſed humano potius, id eſt, dubio, & fallaci nititur: At aſſenſus iſte, qui, ſimul ex altero aſſenſu diuinæ fidei, & ex altero humanæ opinionis naſcitur exiſtimandus erit, quod deteriori parti cauſæ potius, quam præſtantiori ſimilis euadat. Non eſt etiam huiuſmodi fides, vel perſuaſio, ad orationem neceſſaria: Dauid enim 2. Regum cap. 12. pro paruulo ex adulterio nato deprecans: Paulus, à ſtimulo carnis liberari precibus poſtulans, 2. Corinth. 12. & illorum nonnulli, qui Pauli mandato, pro regum, omniumq; hominum ſalute, preces faciebant, oraſſe creduntur, qui tamen voti compotes effecti non ſunt. Huiuſmodi igitur oratores, vel fidem illam non habuerunt, aut ſi habuerunt falſam in eis fuiſſe, perſpicuum eſt. Sed longè alia fuit prophetarum, de neceſſaria fide circa orationem, opinio, quorum notiſſima ſunt verba: *Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus? Pœnitentiam age ab hac nequitia, & roga Deum, ſi forte remittatur hæc cogitatio cordis tui.* *tionem neceſſaria.*

Itaq;, ſecluditur hoc loco illa *diſceptatio* tantum, ſiue hæſitatio, quæ cum fide propriè ſumpta pugnat, qualis in illo eſſet, qui de potentia, vel bonitate Dei, ita dubius eſſet, vt ſi, quamuis omnia præſtaret, quæ ad rectam orationem exiguntur, ad hæc exauditum iri diffideret, vel dubitaret: at hæſitatio illius nequaquam excluditur, qui, cùm certò credat, Deum poſſe, ac velle omnium rectè orantium preces audire; tamen ipſe de ſe, num aliquid prætermiſerit, quod in ora- *Quæ diſceptatio hic ab oratione excludatur.*

oratione recta requiratur, timet, vel dubitat: Huiuſmodi ſiquidem dubitatio nec rectæ fidei, nec orationi aduerſatur.

XV. *Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe.*

Qualiter in oratione mulieres ſe gerere debeant.

Quod ſuperius de viris circa orationem edocuit Apoſtolus, vt ſcilicet *in omni loco orent, manus puras tollendo*; &c. nunc idem de mulieribus ſtatuendum pręcipit, ea tamen lege, vt amictu decenti, modeſtoq; vtantur, & is ornatus ſit, qui verecundiam Chriſtianã, & ſobrietatem præ ſe ferat. Græci porrò, per *habitum* hoc loco, intelligunt longiorem amictum, corpus ita vndique tegentem, vt nulla pars relinquatur detecta.

Habitus quid hic.

Cum autem ſubtilium, & pretioſarum veſtium cultus, culpa non careat, (vt probat Gregorius, homil. vlt. ſuper Euang. ex Dei ſermone, tam vigilanter exprimente, quod diues, qui torquebatur apud inferos, byſſo, & purpura indutus fuiſſet, & cum inter peccata Ieruſalem Eſaiæ, cap. 13. hoc etiam numeretur: *In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques*, &c.) rectè monet Tertullianus, lib. de cultu fœminarum, cap. 13. diſcutiendas eſſe delitias, quarum mollitie, & fluxu, fidei virtus effœminari poteſt. Quamobrem, corporis ornandi cura, Deo reliquenda eſt, *qui*, vt Paulus ait, Philippenſibus ſcribens, cap. 3. *reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*; ornandi autem animi potius, diligens cura ſuſcipienda eſt, cuius

Corporis mollior veſtitus & cura reprehẽſa.

Digitized by Google

ius decens ornatus virtutes ſunt, bombicinis, aureisq́; indumentis multò pretioſiores. Anima ſiquidem corporis regina eſt; æquum eſt igitur, vt aureo ſplendeat ornatu. Hinc pulchrè Chryſoſtomus, homil. 70. in Matth. *Ignoras ciuitatis principem magnificè magis, quàm ciuitatem ornari oportere? propterea principi purpura, & diadema contexta ſunt: Pariter ergò etiam tu viliora corpori, honeſta tamen, tribue: animum verò purpura, atque corona magnificè polias, & in ſublimi ſolio, atque ſplendido ſedere facito.* *Anima ornanda, non corpus.* *Simile.*

Quod ſi porrò, fœminę elegantia ornamenta expetant, vt ſanè ſunt illorum cupidiſſimæ, Tertullianum audiant, in fine libri, de cultu fœminarum, ſic ſcribentem: *Prodite iam medicamentis, & ornamentis exſtructæ Apoſtolorum, ſumentes de ſimplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictæ oculos verecundia, & ſpiritus taciturnitate, inſerentes in aures ſermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Chriſti. Caput maritis ſubiicite, & ſatis ornatæ eritis. Manus lanæ occupate, pedes domi figite, & plus quàm in auro placebunt. Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ, Deum habebitis amatorem,* &c. Hactenus Tertullianus, qui Chriſtianarum decentem, & ornatum habitum, vult eſſe virtutum internarum; non vero externum, auri, & veſtium. Et hoc eſt, quod Gregorius Nazianzenus, orat. 3. in Iulianum, dicit: *Nos* (ſcilicet Chriſtiani) *externam ſpeciem, & velut picturam parum admodùm curamus; in interno autem homine, plus operæ multò, ſtudiiq́; ponimus; idque potiſſimùm ſtudemus, vt ſpectatorem ad ea, quæ animo cernuntur, retrahamus.* Quaſi hoc vnum Chriſtianorum, & Chriſtianarum potiſſimum ſtudium, vnam curam, & operam eſſe velit, ex- *Elegans fœminarum habitus, quis, & qualis eſſe debeat.*

Digitized by Google

externum vt deſpiciant ornatum, internum ſtudioſè, ac diligenter comparent: Deo enim corporis illa mollities, & luxus maximè diſplicet, quemadmodũ olim comprobauit Iſaias cap. 3. *Et erit*, inquit, *pro ſuaui odore, fœtor, & pro Zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali, cilitium.* Eodem modo, molles homines increpat in nouo Teſtamento, cap. 5. D. Iacobus: *Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.* Eam autem ob cauſam, ad fletum prouocat Iacobus, quia, vt ait Bernardus, lib. 3. de conſid. *veſtium curioſitas, deformitatis mentium, & morum indicium eſt: Quantò enim amplius corpus*, ait idem, ſuper Miſſus eſt, *foris propter vanam gloriam, componitur, atque ornatur; tantò interius anima fœdatur, & ſordidatur.* Hinc Cyprianus, lib. de habitu virginum; *Serico & purpura indutæ, Chriſtum ſincerè induere non poſſunt: Auro, & margaritis adornatæ, & monilibus; ornamenta mentis & corporis perdiderunt.* Cui conſentiens Gregorius, homil. 6. in Euangel. *Quid eſt*, inquit, *dicere, Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, niſi aperta ſententia demonſtrare, quia, non cæleſti, ſed terreno regi militant ij, qui pro Deo perpeti aſpera fugiunt, & ſolis exterioribus deditì, præſentis vitæ mollitiem, & delectationem quærunt?* &c.

Luxus veſtiũ, & corporis mollities, Deo odioſa.

Diuitum miſeria.

Curioſitas, index deformitatis mentium.

Rectè porrò, ad moderationem in veſtitu, à mulieribus exigit Apoſtolus, vt verecundia, & ſobrietate ante omnia ſint conſpicuæ, quibus, ſi ſint deſtitutæ, tum omnem æſtimationem amiſerunt: Nam etſi viris verecundiæ virtus communis eſſe debet, per quam à turpibus operibus retrahantur; in fœminis

Verecundia, et ſobrietas in muliere neceſſaria.

minis tamen enitere maximè eam decet, vt quæ, ſecundum Bernardum, ſuper Cantica, nihil aliud ſit, quàm *bona ſpei nuntia, bona indolis indicium, virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix prauitatis, gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, vitæ decus, virtutum ſedes, gratiarum primitiæ, naturæ laus, totius inſigne honeſtatis*, de qua dixit epiſt 25. Latinus ſapiens, quod, *quandiu durat in homine verecundia peccandi, tamdiu non eſt de correctione illius deſperandum*: Ideò adiungit idem ſapiens, quod ſummè prodeſt ad verecundiam nutriendam, ſi, quicquid facimus, ſic facimus, tanquam ſpectet aliquis. Prodeſt enim ſine dubio, cuſtodem ſibi domi, foriſq; ponere præſentem, & habere, in quem iugiter reſpicias: Quod qui contemnunt, in id facile, quod Hierem. cap. 6. dicitur, incurrunt: *Confuſione non ſunt confuſi, erubeſcere neſcierunt.* Et cap. 3. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere.* *Sobrietatem* autem in muliere, quam ſimul cum *verecundia* etiam relucere cupit Apoſtolus, omnis generis temperantiam, & moderationem interpretare; Quam virtutem, cùm paſſim ſcriptura viris commendet; 2. Timoth. 4. 1. Petr. 5. ad Titum 2. 1. Petr. 1. mulieri quis æquiore iure conuenire inficiabitur?

Verecũdiæ elogia.

Verecundiam quid maximè conſeruet.

Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa. XVI.

Per *tortos crines, capillatura*, id eſt, criſpatura, aut implicatio capillorum intelligitur, ſiue multifariam nexi; aut contexti crines multis capillorum nexibus implicitæ, & intortæ comæ, quæ Chriſtia-

Torti crines, qui ſint.

Digitized by Google

Anima ornanda, non corpus.

nas mulieres in templo, & publicis precibus, minimè decent. Harum enim eſſe non debet *extrinſecus capillatura*, ait S. Petrus 1. Petr. 3. *aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples*, &c. Quaſi diceret: Non ſit mulierum cultus, & ornatus externus, in crinium nitore, & implicatione, in ornamentis aureis, in veſtibus pretioſis ſitus; ſed ſit internus muliebris decor, abſconditus cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus poſitus: Hic enim internus abſconditi hominis ornatus, locupletiſſimus, & ſummi pretij eſt in conſpectu Dei, animamque oculis Dei gratiſſimam, ac pulcherrimam reddit; externus verò auri, gemmarum, veſtiumq; ſericarum cultus, pretioſus quidem eſt, ſed in conſpectu hominum tantum; eſtq; corporis, id eſt, floris decor, cuius pulchritudo temporis momento euaneſcit.

Verus ornatus in virtute poſitus.

Verus itaque ornatus, virtus eſt, ſanctiq; mores. *Ornamento enim eſt*, ait Plutarchus, *quod ornat:* ornat autem, quod honeſtiorem mulierem facit. Talem verò præſtat, non aurum, non ſmaragdus, non coccineus color; &c. ſed quæcumq; grauitatis, moderationis, & pudoris ſpecimen adhibent.

Externus cultus à Deo punitus, in Prætextata matrona.

Qui interno hoc animi, & corporis ornatu poſtpoſito, externum illum, *qui in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis aut veſte pretioſa* conſiſtit, ſectatus fuerit, caueat, ne talem in ſe Dei vindictam experiatur, qualem nobiliſſima matrona Prætextata eſt experta, quæ, vt refert Hieronymus, in Epiſt. ad Lætam, cùm Euſtochij virginis neptis ſuæ caput gemmis ornaſſet,

&

Digitized by Google

& neglectum crinem mundano more pexuiſſet, accepta viſione, manibuſque protinus arefactis, quinto poſt menſe (vt viſio prædixerat) interiit: Quam hiſtoriam ſic concludit Hieronymus: *Sic gemmas, & pretioſiſſima ornamenta Chriſtus defendit*: In qua cauſa, quod in alia quadam ſcripſit S. Cyprianus, dicere poſſumus; *Tormenta paucorum, exempla eſſe omnium.*

Sed quod decet mulieres: promittentes pietatem per opera bona. XVII.

Eo corporis externo cultu, à mulieribus preces frequentari publicas vult Apoſtolus, qui *pietatis*, & *bonorum operum* index, & certum ſit argumentum. *Externus corporis habitus, Index animi.* Poſtquam enim veſtes pretioſas mulieribus interdixit, iubet, vt eædem ſobriè veſtitæ, *promittant*, vel annuntient aſpicientibus pietatem, ſeu caſtitatem, eò, quod compta, & ſuperflua in amictu curioſitas, impudicitiam meretriciã ſignificet: Dicit enim Eccleſiaſticus, cap 19. quod *amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis, annuntient de eo*: In quam ſententiam, Ambroſius lib. 1. officiorum, cap. 18. *Habitus*, inquit, *mentis, in corporis ſtatu cernitur: hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior, & conſtantior, & purior, & maturior æſtimatur. Itaque vox quædam eſt animi, corporis motus*; &c.

Et ſanè, plena ſunt Ethnicorum ſcripta, immoderatos mulierum in veſtitu, luxus, tum prohibentia, tum irridentia. *Veſtium luxus apud Ethnicos in probro.* Nec immeritò laudat Clemens Alexandrinus, lib. 2. de pædag. cap. 10. Lacedæmoniorum inſtitutum, qui ſolis meretricibus floridas veſtes, & aurum mundum geſtare permiſerunt; quia, probas mulie- *Lacedæmon. ſtatutum de luxu veſtium.*

mulieres, huiuſmodi ſuperfluum cultum minimè decere, iudicabant. Quod etiam olim Chriſtianis in vſu erat, qui (quod Seuerus humili veſtitu contentus dixit, imperatoriam maieſtatem virtute conſtare, non corporis cultu) teſtabantur, Chriſtianam grauitatem, & dignitatem Eccleſiaſticam, pietatis exemplo, & bonorum operum exercitio ornari. *Verus enim Chriſtianorum, & Chriſtianarum ornatus,* (ait Auguſtinus Epiſt. 73.) *non tantum nullus fucus mendax eſt; verum ne auri quidem, veſtiſq; pompa, ſed boni mores*, qui ſcilicet eam, quam requirit Paulus, *pietatem, per bona opera* annuntient. Et, D. Cyprianus, de habitu virginum: *Ornamentorum, & veſtium inſignia*, ait, *& lenocinia fucorum, non niſi proſtitutis, & impudicis fœminis congruunt, & nullarum ferè pretioſior eſt cultus, quàm quarum pudor vilis eſt.*

Veſtium luxus impudicis tantum fœminis congruens.

Eiuſmodi ornatis, & comptis mulieribus, brutas animantes anteponit Clemens Alexandrinus, lib. 13. pædag. cap. 2. quod ſua naturali pulchritudine contentæ, ornamenta alia minimè quærant. *Annon abſurdum eſt*, ait Clemens, *equos quidem, & aues, & alia animantia ex herba, & pratis ſurgere, & euolare proprio ornamento lætantia, iubis, & colore naturali, & pennis variis; mulierem verò perinde, ac ſi ſit beſtiis inferior, ſe eſſe adeò deformem exiſtimare, vt externa, emptitia, & adumbrata pulchritudine egeat?* &c. Nec in animantibus ſolum, ratione, conſilioq; carentibus; verùm in arboribus etiam, & floribus, pulchritudo hæc infima reperitur. *Conſiderate*, (inquit Dominus Matth. cap. 5.) *lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neq; nent: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua, coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.*

Superbæ mulieres, beſtiis inferiores.

Vult

Vult autem Paulus, vt Chriſtianæ mulieres non hanc beſtiarum, hanc florum, hanc fœni pulchritudinem externam, à veſtibus, auro, bombycibus, fuciſq; emendicent; ſed potius moderato, honeſtoq; corporis ornatu, *pietatem* in corde latentem annuntient: Ac ne forte Lutherana interpretatione deceptæ, ſibi etiam licere concionari, &, publico ſuggeſtu conſcenſo, toti populo, verbis *pietatem annuntiare*, arbitrarentur, addidit Paulus, *per bona opera*; quibus ab aliis conſpectis, *glorificandi patrem noſtrũ, qui in cælis eſt*, ij occaſionem accipiant. Eiuſmodi *pietatem* promittebat, præ multis vtriuſq; Teſtamenti fœminis, inter pudicas, & pulcherrimas, atque venerandas prima, B. Virgo, quæ non ſolum aſpectu ſuo lædebat neminem, verum *tanta eius erat gratia*, ait Ambroſius lib. de inſtitut. virginis, cap 7 *vt iis, quos viſeret, integritatis inſigne conferret: A planta quippe pedis*, vt cum Dionyſio, lib. 1. de laudibus virginis, art. 35 loquar, *vſq; ad verticem capitis, nihil penitus fuit in virgine, neq; in corpore, neq; in anima, indecens, reprehenſibile, indecorum; imò totum fuit diuinæ ſapientiæ circino formatũ, pulcherrimè circunciſum, ab omni ſuperfluitate pleniſſimè, & ſpecioſiſſimè operatum*, &c.

Lutheranorũ expoſitio reiecta.

S. Maria Virg. habitus modeſtus, & pudicus.

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione: Docere mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. XVIII.

Viro ſubditam oportere eſſe mulierem ex eo fit euidens, quod etiam, dum adhuc integra, & incorrupta eſſet, tam infirma, tam & fragilis iudicata eſt, vt Diabolus, non ad fallendum Adamum, ſed

Mulier ad obedientiam viro praſtandam, obſtricta.

Et licet hanc Pauli ſententiam in alium ſenſum malitioſè detorſerit Lutherus, dicens, Paulinam eſſe mentem, vt, vbi ſunt viri loquendi officio fungentes, non debeant mulieres loqui; attamen nullis loquentibus viris, neceſſe ſit mulieres loquantur: Hanc nihilominus eſſe falſam interpretationem, facile poteſt conſtare, ait Caſtro, ſi conſideremus cauſam, propter quam Paulus mulierem docere non permittat: Non enim eſt cauſa, virorum abſentia; ſed timor ſeductionis; quia videlicet, mulier facilè ſeduci poteſt; quod facilius abſente viro contingere poteſt, quàm ſi vir adeſſet præſens, à quo admoneri poſſet. Hoc enim contigit Euæ, quæ viro præſente, non fuit ſeducta, ſed viro abſente, quemadmodum infra patebit. Mulieres ſiquidem, cùm pari iudicio, & animi vigore, ac viri, non polleant, potiùs à viris doceri debent, quàm docere; ſicut mulier non debet *dominari in virum, ſed ſubdita eſſe*; ita etiam ab eo diſcere. Forte verum eſt, quod quidam arbitratur, in primitiua Eccleſia fuiſſe mulieres, quæ, vel ob maxima Spiritus ſancti chariſmata, vel ob immodicum propagandæ religionis deſiderium, publicè docendi prouinciam ſibi aſſumerent; quemadmodum de fœminis hæreticis, author eſt Tertullianus: Quod tamen minime conducere videns, in ordinem redigere conatur hoc loco, Apoſtolus: Priuat ergò, vel potius priuatam pronuntiat mulierem, publicè, viros docendi poteſtate: nec permittit, vt auctoritate in viros vtatur, qua ſcilicet Doctores, vel paſtores vti ſolét; ſed eaſdem ſilere iubet, & audire; licet non prohibeat mulieribus, priuatim, non ſolum filios ſuos, aut mulieres alias, ſed etiam nonnunquam viros ipſos (vt docuit Priſcilla Apollinem Act. 18. & aliæ) docere, & inſtruere.

Lutheri hæretica expoſitio.

Publica docendi poteſtas mulieribus cur neganda.

Mulieres in primitiua, Eccleſia publicè docentes.

Mulieres, priuatim alios docere poſſe.

Digitized by Google

Et hæc præcipiendo, non eſt exiſtimandus Apoſtolus, nouam legem pronuntiare, ſed quam natura ipſa docuit, quamq; Deus in mundi tulit initio, quodammodo innouare, vel interpretari.

Animaduertendum vero eſt cum quibuſdam, *viri, mulieriſq;* nomine, ſexum hoc loco potius, quàm coniugium deſignari: Vt enim non ſolis viris, qui mariti ſunt, ſed multò magis cæteris, docendi poteſtas, & in alios authoritas rectè datur: Sic, nec ſolis nuptis mulieribus, ſed & non nuptis, ſubiectio, atque ſilentium indicitur. Verum, cùm ſuis ipſe legibus non teneatur Deus, Delboram, Iudic. 4. olim populo ſuo præfecit; Holdam 2. Reg. 22. ſpiritu prophetico decorauit, & quarundam ſimiliter piarum fœminarum opera, noui Teſtamenti tempore, in ſacris concionibus vſus eſt: attamen paucarum priuilegium, communes leges effringere non poteſt.

Quarundam mulierum priuilegium publicè docendi, à Deo conceſſum

Cum è tribus itaque ſacerdotis functionibus, vna in dicendo conſiſtat, facile quiuis intelliget, nulli mulieri, ſalua diuina lege, ſacerdotij poteſtatem tribui poſſe. Violant igitur Dei legem, vt interim de humana taceamus, noui Euangeliſtæ, qui, cum Peputianis, iam olim damnatis Hæreticis, ſacerdotalem mulieribus poteſtatem concedunt. Nota enim ſunt doctrinæ Lutheranæ capita illa, quæ Leo X. Pont. Max. damnauit; in quibus Lutherus, non timidè, nec obſcurè, palàm pronuntiat, omnes, qui baptizati ſunt, ſpiritum Chriſti habere: Vbi autem ſpiritus Dei, ibi omnem eſſe poteſtatem, & libertatem: Inde poſteà concludit, in ſacramento pœnitentiæ, vel peccatorum abſolutione, nihilo plus effici

Hæretici mulieribus ſacerdotalem poteſtatẽ concedentes.

Digitized by Google

fici à ſacerdote; vel Papa, quàm à Chriſtiano quolibet, tametſi puero, & muliere.

Mulieres Lutheranorum, prædicatrices.

Licet verò impiam, & mendacem magiſtri temeritatem, diſcipuli degeneres reipſa non ſequantur; dogma tamen apud eos manet, mulieribus id circa Euangelij prædicationem eſſe, quod viris; à quo tamen, non dicam omnium gentium leges, ſed & natura ipſius legis quodammodo videtur abhorrere. Ex quo mirum videri debet nemini, ſacerdotes & laicos nullo apud eos poteſtatis diſcrimine diſtingui, quòd ſacerdotium commune ſit omnibus; licet ſacerdotij vſum non omnibus, ſed quibus volunt, & quandiu volunt, concedant. Quid autem hoc aliud eſt, quàm, quod Tertullianus, lib. de præſcript. hæret. ſub finem, ſui temporis hæreticis, his verbis, obiicit: *Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes; nunc neophytos collocant, nunc ſæculo obſtrictos, nunc apoſtatas, vt gloria eos obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficiunt, quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe, illic promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras lector: hodie Presbyter, qui cras laicus; nam & laici ſacerdotalia munera iniungunt.* Hæc ille.

Hæreticorum mendax obiectio ab exemplo falſo.

Quod verò Ioannis fœminæ Anglicanæ Pontificatum Catholicis obiiciunt, quaſi Catholici potius detuliſſe mulieribus ſacerdotium, quàm ipſi videantur; impudens & ineptum mendacium eſſe, iam à pluribus ita eſt demonſtratum, vt nullus, qui ſano ſit cerebro, huic aſſentiri poſſe videatur. Nec videt impia Lutheri, germana Chaami progenies (ita calumniãdi cupidine excæcatur) hanc ſuam fabulam contra ſe,

Digitized by Google

facere, eoq́; ſe telo, quo nos petere volunt, iugulari. Si enim mulieris ſexum mentientis improbitate, & electorum ignoratione, qui fœminam marem eſſe crediderunt, facinus illud admiſſum eſt; ſi re deinde cognita, factum illud omnes deteſtati ſunt; (quod & Lutherani, cæteriq, huius fabulæ authores fatentur) profectò patet, non voluntate, ſed contra voluntatem, & iudicium omnium, mulierem illam ad Pontificatum obrepſiſſe. Qui enim ſic affecti fuerunt, vt putauerint explorãdum in poſterum eſſe illorum, qui electi eſſent, ſexum, & à via illa declinandum, vbi mulier peperiſſet; certè non potuiſſe, nec debuiſſe, mulieri ſacerdotium tribui, iudicarunt; & facti ignorantiam culpa vacare compertum eſt. Verum multò nos certius, & iuſtius, iſtos improbos homines, alterius Anglicæ mulieris Elizabethæ, plurimorum martyrum cædibus, & inaudita, poſt Diocletianum, ſuppliciorũ crudelitate celebris, perurgemus exemplo, quam ſcientes, & prudentes Eccleſiæ Anglicanæ ſummam ſacerdotem, caputq́; Eccleſiæ conſtituerunt, & ſunt venerati.

Elizabetha, Anglorum Regina crudelis, Hæreticorum Sacerdos.

XIX. *Adam enim primus formatus eſt, deinde Heua.*

Quare mulieri docere non permittat Paulus.

Probat Apoſtolus ex ordine conditionis primorum parentum, alienum eſſe à munere mulieris, viros publicè docere, aut in eos authoritatem, in Eccleſiaſtica vlla functione vſurpare: ſed illarum potius partes eſſe, audire, & ſilere. In qua ratione, non ſolum ſignificat, virum priùs tempore conditum, & mulierem poſterius; ſed viri, tanquam præſtantiorem conditionem, præceſſiſſe; mulieris verò, vtpote pro-

Digitized by Google

propter illum, & ex illo factæ, conditionem conſecutam, quemadmodum etiam confirmatur ex cap. 10. lib. Sapient. qui de diuina ſapientia loquens, ſic ait: *Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo, pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus*, &c. Vnde ſcribit Corinthiis Apoſtolus: 1. Corinth. 11. *Non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virũ.* Sic ferè Chryſoſtomus. Cum igitur eius ſit, Doctoris fungi officio, qui auctoritate, & perfectione præſtat, rectè conficit Apoſtolus, non conuenire muliebri ſexui in publico virorum cętu, Doctoris obire munus.

Ex quibus intelligimus, etiamſi naturæ ſtatus integer manſiſſet, mulierem adhuc viro ſubditam eſſe, eiq́; ſeruire, propter diſparem ſexum debuiſſe: Veruntamen ſeruitus illa non eius conditionis fuiſſet, qualem nunc ſeruiunt, qui bello ab aliis ſuperantur, vt ſubtiliter Auguſtinus, ſerm. 27. de verbis Apoſtoli, & Ambroſius ſerm. 9. expenderunt, ſed qualem ſtatus ille, ſine vlla conditionis iniuria admiſiſſet; ſimilis illi, de qua loquitur Paulus Gal. 5. *Per charitatem ſeruite inuicem:* Et Rom. 12. *Charitate fraternitatis inuicem diligentes.* In quibus verbis, miram dilectionis energiam eſt reperire, illam ſcilicet, qua fratres ſe, tanquam fratres, ſub vno patre, diligunt. Fuiſſet quippe in ſtatu innocentiæ mulier ſubiecta viro, & in eius poteſtate, verùm non coactè, nec moleſtè, nullaq́; voluntatis repugnantia: cùm enim mulier eſſet integro animo, rectaq́; mente, non niſi quod erat honeſtum,, & rectum expetens, libens, gaudensq́ue ſub imperio viri fuiſſet: quia id voluntati diuinæ, rationiq́; conſentaneum eſſe intellexiſſet. Imperium quoque viri fuiſſet plenum æquitatis, atq; charitatis:

Mulierem, etiã in ſtatu naturæ integræ, viro ſubditam futuram fuiſſe.

Qualiter in ſtatu naturæ, mulier viro ſubiecta fuiſſet.

Digitized by Google

nec vxor habita eſſet, vt ſerua, & ancilla, ſed vt chariſſima vitæ ſocia, & conſiliorum, atque officiorum mariti particeps, & ad generationem prolis, atque educationem adiutrix. Poſt peccatum verò inobedientiæ admiſſum, hæc ſubiectio grauis mulieri pœna, & ſupplicium eſt, tum ob ingenij muliebris leuitatem, atque vanitatem, animiq́; ſuperbiam, iniquo animo, maritum ſibi præeſſe, ferentis: tum etiam, quod plerumq́; viri vxores ſuas ſuperbè, iracundè, & aſperè tractantes, imperium eis ſuum oneroſum, acerbum, & odioſum faciunt. Verum caſtis, & fidelibus mulieribus, etiamnum poſt peccatum, hanc ſubiectionis pœnam (quam Deus mulieri Geneſ. 6. propter peccatum impoſuit, cum ei dixit: *Sub poteſtate viri eris, & ipſe dominabitur tui*) aut nullam, aut certè leuiſſimam beneuolentia efficit, & non ſolum non obeſt, ſed etiam laudi eſt: Propter quod & Petrus Apoſtolus, mulieres ad ſubiectionem ſpontaneam exhortans: *Similiter & mulieres*, ait 1. Petr. 3. *ſubditæ ſint viris ſuis*, &c. *Sic enim aliquando, & ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris. Sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans*, &c. Geneſ. 18.

Subiectio mulieris ad virũ, in natura lapſa, rationem pœnæ habens.

XX. *Et Adam non eſt ſeductus; mulier autem ſeducta, in præuaricatione fuit.*

Confirmat iam Apoſtolus, publicum docendi munus muliebri ſexui non conuenire, quod in muliere minus vigeat ratio, quàm in viro; ideoq́; decipi facilius, quàm vir ipſe poſſit. Id verò oſtendit exemplo Adami, & Euæ propoſito, quorum ille virorum omnium primus fuit; hæc in muliebri ſexu omnium ſimiliter prima.

Dif-

Digitized by Google

Difficile verò eſt, quod hoc loco dicit Apoſtolus, Adamum non eſſe ſeductum; ſed *mulierem ſeductam in prauaricationem.* Cum enim in ſcripturis apertè legamus, peccaſſe Adamum, ſuoq́; peccato totam poſteritatem infeciſſe; cumq́; illud inter omnes conſtet, peccantem quemlibet, decipi ac falli; non poſſumus non fateri, Adamum fuiſſe etiam deceptum; niſi dicamus, cum Chryſoſtomo, Ambroſio, & cæteris, Adamum nõ primò ſeductum à ſerpente, vt fuit Eua; ſed deinceps, Euæ iam ſeductæ impulſu deceptum: Et quia par non eſſet, inquit Chryſoſtomus, ab ea ſeduci, quæ naturę ſocietate ſibi iuncta, quæ ad auxiliandũ à Deo data fuerat, & ab animante rationis haud experte; ideò comparatione Euæ dicit, non eſſe Adam ſeductum; illa namq́; ab irrationali animante ſeducta eſt, hic autem à libera muliere. Vel, cum Auguſtino, Lombardo, & D. Thoma interpretemur, deceptam Euam fuiſſe, credendo, vera eſſe verba ſerpentis: interdixiſſe ſcilicet ipſis Deum, eſum pomorum arboris illius, ne diuinam ſimilitudinem adipiſcerentur: *Hanc*, inquit Auguſtinus, *propriè ſeductionem appellauit Apoſtolus, qua id, quod ſuadebatur, cum falſum eſſet, verum eſſe datum eſt*, id eſt, quod Deus ideo lignum illud tangere prohibuerit, quod ſciebat eos, ſi tetigiſſent, velut Deos futuros; tanquam iis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Adamum verò, vtpote, qui ſapientior eſſet, & fortior, fidem ſerpentis dictis non habuiſſe, ſed alia ratione deceptum peccaſſe, quando coniugis, quam offendere non audebat, errori ceſſit, dum leue illud peccatum, & facile ſibi condonandum putauit; quod tamen exitiale fuit, & mortiferum:

Quomodo Adã nõ ſeductus dicatur, ſed Eua ſola.

Prima ſententia.

Secunda ſententia.

Adam ſui peccati, leuis æſtimator.

Sicut,

Digitized by Google

Sicut, inquit Aug. *Aaron erranti populo ad idolum fabricandũ non conſenſit inductus, ſed ceſſit obſtrictus*, Exod. 32.

Iudicium & vigor animi plus in viro, quàm muliere.

Tota itaque Apoſtoli hoc loco intentio eſt, demonſtrare, mulieres non ita pollere iudicio, ac vigore animi, atque viros; & propterea, eas non debere docere in Eccleſia, ſed à viris diſcere: Nam, cùm dixiſſet; *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione; Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio:* Vtrumq́; probat. Et primum quidem, quod mulier non debeat dominari in virum, ſed eſſe ſubiecta, inde colligit, quia prior *Adam formatus eſt, deinde Eua.* Quod verò mulier diſcere debeat, non docere, probat, quia *vir non eſt ſeductus, ſed mulier ſeducta eſt in præuaricatione.* Quod quidem eò tendit, vt oſtendatur, mulier ſimplicioris eſſe naturæ, minoris prudentiæ, ac iudicij exilioris, quam vir: ac proinde mulieres, quæ tam facile ſeduci poſſunt, non eſſe idoneas ad docendum: in quam fere ſententiam Theophylactus: *Quia*, inquit, *mulier ſemel virum edocuit, & cuncta peruertit; idcirco nequaquam hæc habeat velim docendi de cætero poteſtatem: Eſt namq́; mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem, quemadmodum non Euam dixerit deceptam eſſe, ſed mulierem, tanquam de ipſo muliebri genere diſſeruiſſet. Nam, quemadmodum natura omnis humana in Adam perdita eſt, ſic & per Euam, in omne fœmineum genus delapſa eſt leuitas, qua & præuaricatio ipſam Euam inuaſit.* Hæc Theophylactus. Leuior igitur, & leuiſſimus meritò cenſendus eſt Lutherus, ait Caſtro, lib. 13. aduerſus hæreſes, qui mulieribus natura leuiſſimis, & ad deceptionem paratiſſimis, docendi poteſtatem tribuit.

Leuitas Lutheri, mulieres ad publicè docendum admittentis.

Aliam huius loci non inconuenientem interpreta-

tatio-

Digitized by Google

tationem colligit, doctiſſ. Pererius ex ipſa Moyſis hiſtoria, lib. 6. Comment. in Geneſin; *Euam ſcilicet, verè potuiſſe dicere, ſerpens decepit me; Adamum verò, propriè loquendo, non potuiſſe verè dicere: mulier decepit, licet ſuadente muliere, falſum crediderit. Is enim propriè decipit aliquem, qui ei falſum, animo fallendi, perſuadet; & ita ſerpens decepit Euam: qui autem putans verum eſſe, quod dicit, tametſi reipſa falſum ſit, id alij perſuadet, is profectò non dicitur ſeducere, quemadmodum nec doloſus, aut fraudulentus, iure vocatur. Verè igitur, &, ſicut in ſcholis dicitur, formaliter, loquendo, Eua non decepit Adamum, licet materialiter loquendo, decepiſſe eum exiſtimari poſſit.* Atque hæc interpretatio, quam tangere etiam videtur Auguſtinus, lib. 11. de Geneſi ad literam, cap. vlt. valdè congruit propoſito Pauli, qui hoc loco argumentatur, mulierem non debere docere, propterea, quod, etiã dum integra, & incorrupta eſſet, tam infirma tamen, & fragilis iudicata eſt, vt Diabolus non ad fallendum Adamum, ſed ad mulierem decipiendam acceſſerit, eamq́; paruo negotio deceperit.

Alia ſubtilis expoſitio, quomodo Eua ſola ſeducta dicatur.

Decipere quid.

XXI.

Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione, cum ſobrietate.

Sciendum eſt, *per filiorum generationem*, poſitum eſſe, pro *in filiorum generatione*: Non enim ſignificare vult Apoſtolus, filiorum generationem eſſe cauſam ſalutis, ſed mulierem in matrimonio, ſiue in ſtatu generandi filios, ſaluam fore, *ſi permanſerit in fide, & dilectione*, &c. Alioqui dubium eſſe poſſet, quomodo ſal-

Matrimonio ſalutem noſtrã haud impediri.

Aa uari

uari virgines, aut ſteriles poſſent, ſi mulier *per filiorum generationem*, ſaluaretur: Frequentiſſima eſt enim in ſcripturis illa phraſis, *per aliquid*, pro, *in aliquo*, vt Actor. 15. *Per omne Sabbatum legitur Moyſes.* Act. 29. *Per omnes Synagogas eram puniẽs illos.* Rom. 4. *Vt ſit pater omnium credentium, per præputium.* Non enim præpitium erat cauſa, cur Abraham eſſet pater omnium, ſed in preputio exiſtens, pater factus eſt omnium, per fidem.

Phraſis ſcripturæ notata ſen ſo ce, &c.

Ne ergò mulieres, propter ademptam ſibi publicè docendi prouinciam, animum forſan deſponderent; eas Apoſtolus hoc loco, ſolatur his ferè verbis: Etſi mulier publicè docendi poteſtate, ob allatas cauſas, priuetur, nec authoritatem in virum vſurpare permittatur; habet tamen adhuc, quo poſſit, ſi velit, ſalutem adipiſci: Nam, etſi communem coniugij viam ingreſſa, liberos procreat (quod eſt ſolitum ſexus eius officium) ſi, illos procreando, pieq; inſtituendo, permanſerit ipſa in fide, dilectione, vitæ puritate, & ſobrietate, nec non, vt in eiſdem ipſi filij permaneant, quantum poteſt, ſedulò curauerit, æternam conſequetur ſalutem: Per *filiorum* quippe *generationem*, non procreationem modò, ſed piam etiam, & Chriſtianam inſtitutionem, ac educationem, intelligi debere, monent interpretes; vt ſi minus poſſit mulier viros publicè docere, valeat filios & viros, domi, & priuatim inſtituere.

Senſus Apoſtoli.

Filiorum generatio, quid hic.

Addendum porrò eſt illud, cùm dicit Apoſtolus, *ſaluam fore mulierem per filiorum generationem*, non promiſcue quamlibet fœminam intelligere, ſed eam tantum, quæ abſque peccato nubere poteſt: Viduas enim illas, quæ cum caſtitatem vouiſſent, nube-

Quæ mulieres hic intelligantur.

nubere volebant (quarum ſimiles ſunt hoc tempore, plures vtriuſque ſexus Apoſtatæ) *damnationem habuiſſe*, diſertis verbis affirmat, cap. 5. Apoſtolus, *eò quod fidem irritam feciſſent.*

Signanter autem quatuor Matrimonij Chriſtiani bona, & contrà, quatuor mala (quæ ſine diuina gratia in matrimonio euitari non poſſunt) elicuit, ex hoc Pauli loco, Bellarminus, tom. 3. lib. 4. de Matrim. cap. 2. *Primum malum*, eſt non ſeruare coniugi fidem. *Secundum*, odium & rixæ, quæ ſubinde inter coniuges oriuntur. *Tertium*, immunditia quædam, & turpitudo ex rebellione membrorum. *Quartum* intemperantia; quibus, quatuor bona illis contraria, opponit hoc loco Apoſtolus. *Ac primo* quidem malo, *fidem* adhibet, quam inter ſe coniuges ſeruare debent: *In fide autem*, ait Auguſtinus, *attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera, vel altero concumbatur*, &c. *adulteria omnia excludit fides à coniugio.* De muliere, erga Deum, & virum ſuum fideli, ſic Eccleſiaſticus, cap. 26. *Gratia*, inquit, *ſuper gratiam, mulier ſancta, & pudorata. Omnis autem ponderatio, non eſt digna continentis animæ:* hoc eſt, Duplex gratia, & donum Dei eſt, mulier ſancta, græce πιστή, hoc eſt, fidelis, morum ſanctitate, & fidelitate erga Deum, & maritum prædita, & pudorata, ac verecunda. Nam verecundia, caſtitatis mater eſt; nullius enim rei pondus continentem mulieris animam adæquat. *Secundo*, opponit dilectioné; quia infœlix eſt matrimoniū, in quo diſcordiæ, rixæ, vxoris inobedientia cernuntur. *Vxoris* autem *cum viro concordiam, matrimonij diuitias & felicitatem*; Chryſoſtomus eſſe docet, homil. 38. in Geneſin. *Illa*, inquit,

Matrimonij quatuor bona, & quatuor mala.

Primum matrimonij bonū, Fides.

Secundum bonum, dilectio.

Digitized by Google

veræ ſunt diuitiæ, illæ maximæ ſunt facultates, ſi vir cum muliere non diſcordet; ſed coniuncti ſint, vt corpus vnum. Hinc eſt, quod in epiſtola ad Epheſios ſcripta, cap. 5. velit Apoſtolus, virum illius amoris eſſe imitatorem, quo maximo, ſponſam ſuam Eccleſiam Chriſtus complectitur; vxorem autem vult illius obedientiæ ſectatricem eſſe, quam Eccleſia, ſpōſo ſuo Chriſto ſemper præſtat. *Tertio* opponit *ſanctificationem*, & *quarto ſobrietatem*; in quibus permanendum eſſe dicit, tanquam videlicet, in ipſa matrimonij celebritate acceptis. Prioris enim ad Corinthios, cap. 7. vocat Apoſtolus matrimonium, *Dei donum*, vt ipſam virginitatem: *Vnuſquiſque*, inquit, *donum ſuum habet ex Deo, vnus quidem ſic, alius autem ſic.* Et 1. Theſſal. 4. hortatur coniuges, vt *abſtineant ſe à fornicatione & vas ſuum poſſideant in ſanctificatione*; quam nimirum acceperunt per matrimonium.

Tertium & quartum bonum.

Ex quibus colligitur, Matrimonium eſſe ſacramentum à Deo inſtitutum: Maſculi enim, & fœminæ coniunctio à Deo eſt, quæ, ad rem aliquam ſacram ſignificandam reuocata, homines, qui ita iunguntur, ſanctificat, iis nempe conferendo gratiam, per quam viri conſors mulier, ſalutem æternam conſequi poterit, etiam in ipſo coniugij ſtatu filios generans Deo; quamuis virginitatem non ſeruet; ſi modo in matrimonij fidelitate, & dilectione coniugis ſui, & in ſanctificatione, & gratia, quam matrimonij ſacramentum confert, cum ſobrietate, id eſt, temperantia, permanſerit. Ex quibus facile collegerint coniuges, matrimonium eſſe vinculum, adeò forte, indiſſolubile, & ſacrū, vt gratiam conferat, ſine qua, matrimonij onera perferre eſt quodammodo impoſſibile.

Matrimoniū, Sacramentum à Deo inſtitutum.

Vinculum matrimonij.

CA-

CAPVT III.

FIdelis ſermo. Si quis Epiſcopatum 1.
deſiderat, bonum opus deſiderat.
* Oportet ergo Epiſcopũ irrepre- 2.
henſibilem eſſe, * vnius vxoris virum, *ſo- 3.4.
brium, * prudentem, * ornatum, pudicũ, 5.6.
* hoſpitalem, * doctorem, * non vinolen- 7.8.9.
tum, * non percuſſorem, :* ſed modeſtũ, 10.11.
* non ligitioſum, non cupidum, * ſuæ do- 12.13.
mui bene præpoſitum, * filios habentem 14.
ſubditos cum omni caſtitate. * Si quis au- 15.
tem domui ſuæ præeſſe neſcit; quomodo
Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? * Non 16.
neophytum: * ne in ſuperbiam elatus, in 17.
iudicium incidat Diaboli. * Oportet au- 18.
tem illum & teſtimonium habere bonum
ab iis qui foris ſunt: vt nõ in opprobriũ in-
cidat & laqueum Diaboli. * Diaconos ſi- 19.
militer pudicos, * non bilingues, * non 20.21.
multo vino deditos, * non turpe lucrum 22.
ſectantes: * habentes myſterium fidei in 23.
conſcientia pura. * Et hi autem probentur 24.
primum: & ſic miniſtrent, nullum crimen

25. habentes. *Mulieres ſimiliter pudicas, non
detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus.
Diaconi ſint vnius vxoris viri: qui filiis ſuis
26. bene præſint, & ſuis domibus. *Qui enim
bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi
acquirēt, & multam fiduciam in fide quæ
27. eſt in Chriſto Ieſu. *Hæc tibi ſcribo; ſpe-
rans me ad te venire cito. ſi autem tardaue-
ro: vt ſcias quomodo oporteat te in domo
28. Dei conuerſari, *quæ eſt Eccleſia Dei viui,
29. columna & firmamentum veritatis. *Et
manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramen-
30. tum, *quod manifeſtatum eſt in carne,
31. 32. *iuſtificatum eſt in ſpiritu, *apparuit an-
33. gelis, *prædicatum eſt Gentibus, credi-
34. tum eſt in mundo, *aſſumptum
eſt in Gloria.

* * *

CA-

CAPVT III.

Fidelis ſermo: ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. I.

COngruo ſanè ordine, legitimi Præſulis munera proſequitur Apoſtolus: Poſtquam enim ea, quæ ad fidem, cap. 1. Deiq; cultum, ſiue religionem, cap. 2. ſpectabant, expediuit, nunc circa tertium, quod in ordine, & conſecratione conſiſtit, Timotheum inſtruit; docens, quibus ornamentis, & virtutibus eſſe præditus debeat, qui in Epiſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum eſt eligendus.

Argumentum Capitis.

Hac porrò præfandi formula, in vtraque duntaxat, ad Timotheum, cap. 1. & ea, quæ eſt ad Titum, cap. 3. in quibus veritatis acerrimos defenſores, contra vaniloquos & matæologos inſtruxit, vtitur Paulus, magni ponderis ſententias pronunciaturus. Quare, viriſimilior eſt Latinorum, quàm Græcorum interpretatio, qui non ad præterita, ſed ad futura eandem ipſam referunt, quaſi Paulus dicat, rem minimè vanam, aut falſam, ſed veram, & indubitatam eſſe, quam eſt enuntiaturus; nempe, (ſicut Ambroſius lib. 1. de dignit. ſacerdot. & Hieron. epiſt ad Oceanum & lib. 1. cōtra Iouinianum exponunt) quia

Latinorum expoſitio Græcæ antepoſita.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo bona vita neceſſaria. Epiſcopum bonæ vitæ eſſe oportet, idcircò qui Epiſcopatum deſiderat, bonam vitam, & proinde bonum opus appetere; ſi tamen ab his, quæ ſubiiciuntur, declinet, ne videlicet, vel ambitione, vel pecuniæ deſiderio eundem ambiiſſe videatur. Qui enim Epiſcopus eſſe deſiderat, magnum eſt quod cupit, ſed &, ſi bonum opus ſimul amplectatur, & non tam præeſſe, quàm prodeſſe, ſingulari charitatis affectu, virtutem, non honorem, officium, non dignitatem appetendo, deſideret. *Opus, quid hic.* Vbi notanda eſt vox, *opus*, cui Græca reſpndet ἔργον, quam non ſolum apud Gentiles ſcriptores, ſed in ſacris quoque literis, rem difficilem, & arduam, ſignificare notauit S. Iſidorus Peluſiota, in epiſt. ad Palladium: Vnde illud: *Virum fidelem inuenire*, ἔργον; id eſt, opus difficile: *Opus autem dicens Paulus, non honorem*; (ait Anſelmus) *ad operis deſiderium, non ad honoris ambitum prouocat: ad laborem, non ad delitias: ad operam, non ad dignitatem; curam, non gloriam; populi ſalutem, non ad lucrum ſuum; miniſterium, non gradum; ſolicitudinem, non otium; humilitatem, non faſtigium: opus inquam, non opes*, quòd in hoc ordine conſtituti, operoſam virtutum exercendarum occaſionem habeant, diuino cultui, & honori, non ſuo; plebisq; ſibi commiſſæ rebus conſulendi; vt quæ nomina reſponderi, intendendi. *Epiſcopatus quale opus.* Quare Hieronymus, in Sophon. 2. *Vide*, inquit, *quid dixerit Paulus: Bonum opus deſiderat, non dignitatem: Si autem deſpecto opere, ſolam aſpexerit dignitatem, citò corruit turris in Siloa, & excelſæ cedri fulmine feriuntur, & erecta ceruix frangitur, & cygnus extento collo in ſublime ſe tendens, inter immundas volucres computatur.* *Bonum opus in Epiſcopo neceſſarium.* Item: *Non dignitas, & nomina dignitatum: ſed opus dignitatis, & principes, & iudices, & ſacerdo-*

cerdotes ſaluare conſueuit. Idem Hieronymus, epiſt. 83. ad Oceanum: *Opus non dignitatem, laborem non delicias petit Apoſtolus: Opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio.*

Poſuit quidem Deus, Geneſ. 2. *Adam in paradiſo voluptatis:* ſed quorſum? *vt operaretur*, & *cuſtodiret* illum, vt notat Barradius, tom. 3. in concord. Euang. lib. 8. cap. 6. Eundem in modum, Epiſcopum, vel ſacerdotem ponit Deus in Eccleſia, ponit in beneficio; nunquid vt deliciis vacet, & otietur? minimè; ſed vt operetur, paradiſumq́; ſuum, id eſt, hortum, & vineam cuſtodiat, inſtarq́; agricolæ diligentis colat. At dices: Sicut poſitus eſt Adam in paradiſo voluptatis: ita poſitus eſt ſacerdos in Eccleſia voluptatis, vt voluptate perfruatur. Fateor, ait idem Barradius, ſacerdotem in Eccleſia voluptatis eſſe poſitum, vt voluptate perfruatur: Sed ſancta, diuina, cœleſti, qualis eſt ea, quæ ex cœleſtium ſacramentorum adminiſtratione, ex verbi Dei meditatione, & prædicatione, ex animarum conuerſione, ſanctisq́; laboribus percipitur. Huius voluptatis Paradiſus, ſiue hortus, eſt Eccleſiæ paradiſus, non autem illius, qui ex honoribus, pecuniis, delicioſisq́; actionibus comparatur. *Sicut igitur* (inquit D. Ambroſius, lib. de dignit. ſacerdot. cap. 3.) *ſenatorem chlamys ornat; ſicut agricultura ruſticum; ſicut nautam nauigationis peritia, & ſingulos quoque opifices, operis ſui qualitas ipſos demonſtrat auctores: ſic Epiſcopum, non aliud, niſi Epiſcopalis opera deſignat, vt ex bono opere magis, quam profeſſione noſcatur, plus meritis eſſe Epiſcopus, quàm nomine vocitetur.*

Vox *Epiſcopatus*, viſitandi, & inſpiciendi officium importans, tam ſacris, quàm profanis auctoribus eſt

Adam, in paradiſo poſitus ad operādum.

Epiſcopus in Eccleſia poſitus, ad operādum.

Obiectio.

Solutio.

Eccleſia, paradiſus voluptatis.

Opera Epiſcopo eſſe neceſſaria. A ſimili.

Digitized by Google

Nomen Epiſcopus, quid ſcriptoribus profanis.

vſitata. Apud profanos quidem dicebantur *Epiſcopi,* qui ad cognoſcendum, & corrigendum in vrbibus rerum ſtatum, mittebantur; quemadmodum colligitur ex Ciceronis lib. 7. epiſt. ad Atticum, vbi dicit: *Vult me Pompeius eſſe, quem tota hac Campania, & ora maritima Epiſcopum habeat, ad quem delectus, & ſumma negotij referatur.* Vſum etiam apud prophanos auctores, rerum ſacrarum habuiſſe nomen *Epiſcopi*, colligitur ex Plutarcho, in Numa, qui id item nomen habuit, Termino Deo, tanquam Epiſcopo, atque cuſtodi amicitiæ, & pacis; Numamq́; *virginum ſacrarum Epiſcopum* vocat. Apud Chriſtianos verò *Epiſcopi* nomen, pro hierarchica rerum ſacrarum præfectura, paſſim vſurpatum legitur. Atque *Epiſcopatus* nomen exſtat Pſal. 108. nam de futura Iudæorum ſolitudine, exilio, ac vaſtitate extra Iudęã, vaticinans, *Fiat,* inquit Dauid, *commoratio eorum deſerta; & Epiſcopatum eius accipiat alter*; quem Pſalmi verſum, Actor. cap. 1. & ipſe Petrus, electurus ſucceſſorem in Apoſtolatum Iudæ proditoris, vſurpauit.

Epiſcopus, quid Chriſtianis, & ſacris ſcriptoribus.

Eſt ergò *Epiſcopatus*, nomen dignitatis, importantis inſpectionem, ſiue adminiſtrationem cum iuriſdictione, licet eius etymologia eam non exprimat; adeò vt malitioſè Caluinus, Apoſtolos, nomine ſuo poteſtatem ſuam præ ſe ferre dixerit; qui cùm legati dicantur, (inquit lib. 4. Inſtit. cap. 8 num. 4.) liquet, ipſis, & eorum ſucceſſoribus, non aliam fuiſſe poteſtatem, quàm enuntiandi, quod erat in mandatis, nõ quicquid collibitum fuit, garriendi. Sed inualidum eſt hoc Hæretici argumentum: neqne enim totam vocis ſignificationem ſemper etymologia cõprehendit; quod non in hac ſolum voce, ſed in aliis quo-

Caluini Hæretici error, de Apoſtolorum poteſtate.

Refutatur.

Digitized by Google

quoque quam plurimis eſt agnoſcere: vt in nomine dictatoris, conſulis, Epiſcopi; Quod ex Cicerone patet, qui, cùm ſe Campaniæ Epiſcopum nominat, nominis huius ratio hoc non habet, vt eum ſignificet, penes quem ſit ſumma rerū, ſed abſolutè inſpectorē.

Sciendum eſt autem, *Epiſcopi* nomen omnibus ſacerdotibus, tam maioribus, qui nunc Epiſcopi propriè dicuntur, quàm minoribus (quos hodie presbyteros appellamus) in primitiua Eccleſia commune fuiſſe; quamuis res, ac poteſtas diſtincta ſemper fuerit, quemadmodum diſertis verbis admonet Chryſoſtomus, homil. 1. in epiſt. ad Philipp. exponens verba Pauli, cap. 1. *(cum Epiſcopis & Diaconibus.) Quid hoc,* inquit, *ſibi vult? Tunc vnius ciuitatis plures erant Epiſcopi? Nequaquam; ſed hoc titulo deſignat presbyteros; tunc enim temporis adhuc vocabulum erat commune.* Cuius rei cauſam adfert Lorinus, in cap 20. Actor. Communis, inquit, nominis (Epiſcopi) antiquioribus temporibus eſſe potuit cauſa, quòd, propter paucitatem, ſimplices quique Presbyteri ſolerent in Eccleſia ſuperintendere, ac vigilare, & in conciliis cum Epiſcopis, qui ordine ac dignitate maiores ſemper fuerunt, conſidere, atque ſententiam dicere; & hoc pacto Eccleſiam gubernare, donec ad vitandam confuſionem, & ſchiſma, poſt exortam multitudinem, & in conciliis locum illum non habuerunt, & Epiſcopi nomen amiſerunt. Hinc tale diſcrimen inter Epiſcopos & Presbyteros conſtituit D. Hieronymus, cap. 1. epiſt. ad Titum, quale erat inter Aaron, & inferiores ſacerdotes in veteri Teſtamento.

Epiſcopi nomē in primitiua Eccleſia, Preſbyteris commune.

Presbyteri cur olim Epiſcopi appellati.

Verum hic exhalat amentiæ crapulam, Politici Reginimis formæ damnans imitationē, impius quidam, &

Lutheranus quidam, politici regiminis irriſor.

Digitized by Google

& ad mentiendum promptiſſimus Lutheranus, ad quam, humana ratione, non Spiritus ſancti inſtinctu, Eccleſiaſticam hierarchiam reuocaſſe Pōtificios, ſiue Catholicos, impudenter mentitur, dum Presbyteris Epiſcopos, Epiſcopis Archiepiſcopos, Archiepiſcopis Patriarchas, & his tandem omnibus Summum Pontificem præfectum obgannit: Mentitur, inquam, homo impius, & hæreticus, humana id ratione eſſe factũ, cùm Chriſti inſtituto edocta, iam inde ab ipſo ſui principio, diuerſorum ordinum harmoniam, tanquam aciem bene ordinatam, conſtituerit Eccleſiam. Quando enim Chriſtus duodecim Apoſtolos ſeligens, vni Petro ſingulariter agnorum, & ouium curam, paſtoratumque, cœleſtis regni clauibus eidem conceſſis, tradidit, Matth. 16. Ioan. vlt. & ſeptuaginta duos diſcipulos, qui non eadem, qua Apoſtoli, pollerent poteſtate, ante faciem ſuam miſit; quid aliud, quàm, Eccleſiam creſcente Chriſtianorum numero, adiunctis diuerſis miniſtrorum ordinibus, & officiis, amplificauit, vt ea non ſolum graduum varietate politicas Reſpublicas ſuperaret, ſed cœleſtis, & triumphantis Eccleſiæ imaginem aliquam, ciuibus ſuis optimis ob oculos poneret.

Eccleſiaſticam Hierarchiam, ab humana politica, non eſſe conſtitutam.

Chriſtus, Hierarchici regiminis auctor.

Eccleſiaſtica Hierarchia cæleſtem referēs.

Sed ordinum gradus, in Eccleſia Dei, non ferunt Lutherani, ſibi ab iis malè metuentes, quò liberius graſſari, omnesq́; & diuinas, & humanas leges confidentiùs poſſint peruertere: Optimè enim ſciunt, incolumi Pontifice, & ordinibus Eccleſiæ bene conſtitutis, ſuas artes, & technas omni præſidio deſtitutas. Fingunt verò Lutherani, talem ordinis in Eccleſia conſtituendi rationem, ſicut malum poëtam depingit Horatius. Quid enim hoc eſt, quod, cùm magiſtratus

Ordinum gradus in Eccleſia, ab Hæreticis damnati.

Digitized by Google

ſtratus, ciuilis laicos Doctores, aliquot ſcilicet prædicantes, & Ludirectores conuocauerit, ac conſenſum Eccleſiæ quæſierit (modò tamen magiſtratus totum ſibi ius, id hominum genus conuocandi, non vſurpet, tantum iuris huius partem retinens, & alteram miniſterio Prædicantiam relinquens) tum Eccleſiam ſaluam, & incolumem, ac optime conſtitutam aſtruant? Sed ſuſcepta diſputatio non patitur, hominum importuniſſimorum, portenta mendaciorum refellere, quæ Doctiſſimorum, & grauiſſimorum hominum ſcriptis, ſunt iamdudum infirmata. Satis verò ſit Lutheranis, nouam Eccleſiæ formam effingentibus, Paulum, non ciuili Epheſino magiſtratui, ſed ſed per manuum impoſitionem, & legitimam conſecrationem ordinato Epiſcopo Timotheo, alios eligendi, ordinandi, & conſecrandi ſummam poteſtatem (authoritate à Deo ſibi concredita) hoc loco concedere, qua, hodierno die, per manus à maioribus accepta, vtitur Eccleſia.

Hæreticorum refutatio.

Oportet ergò Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. II.

Omnes ferè Patres talem hic requiri exponunt Epiſcopum, qui nullius rei, quæ malam ſpeciem præ ſe ferat, apud homines conſcius ſit, nulliq́ue vitio, quod notari, vel criminari queat, mancipatus; vt, cùm alios reprehenderit, à nemine poſſit iure criminari, vel reprehendi, quemadmodum à Tito etiam deſiderat idem Paulus, vt eligendus Epiſcopus ſit inculpatus, ac ſine crimine, ita *vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de eo:* Ad Titum 2. Neque enim ſola peccata reprehenduntur, ſed etiam

Epiſcopo viuendi norma irreprehenſibilis, neceſſaria.

Digitized by Google

Irreprehenſibilem eſſe, quid.

ea, quæ ſignum præbent alicuius vitij; Quaſi his Apoſtoli verbis explicetur, quid ſit eſſe *irreprehẽſibilem*, ſiue *ſine crimine*; ſed ita nimirum, vt per ea declaretur, Epiſcopum non ſolùm ſine crimine eſſe debere, ſed etiam multis præclaris dotibus ornatum, vt monogamia, ſobrietate, doctrina, &c. Cum enim ad Epiſcopum, cæteros reprehendẽdi ius pertineat, turpe ſanè eſſet Doctori, ſi culpa ipſum redargueret; quia, vt ait Caſſiodorus, lib. 3. Variarum; *pondus eſt pudoris grauiſſimi, propria voce conuinci.* Hinc Græci omnes, talem Eccleſiæ deſiderant præſidem, qui lumen, & quaſi ſtella eſſe debeat, in quem omnes intendentes, lucem accipiãt, inq; viam rectam ducantur, ac omni proinde ſit conſpicuus virtute, vt nec à ſe, nec ab alio poſſit de vllo vitio reprehendi. *Neceſſe eſt* enim, ait Gregorius, 2. part. Paſtoral. cap. 2. *vt munda ſtudeat eſſe manus, quæ diluere aliorum ſordes curat*, &c. *Vituperabile quippe eſt*, ait Caſſiodorus, lib. 11. *inferiorem erigere, niſi meritis alios videatur excellere*, &c. Inde eſt, quod *lux mundi* vocentur Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi; quia ſicut lux mundi celſo ex loco fulget; ita Epiſcopus excelſa vita renidere debet, cuius indicio eſt, quod excelſiore loco, in Eccleſia emineat. Et ſicut omnibus ſe lux impertit, ac communicat; ita ſacerdos, quos valet, illuminare tenetur; Quemadmodum verò lux in mediis ſordibus minime ſordeſcit; ita in mediis mundi ſordibus non coinquinetur Epiſcopus: Lux viam oſtendit, rerum colores, ac diſcrimina patefacit, delectat ægros, à ſomno excitat, volucres ad cantum prouocat, immanes beſtias in latibula fugat: Eadem reperire in Epiſcopo oportet,

Turpis Doctor, quem ſua culpa redarguit.

Eccleſiæ Præſides, lumini, & ſtellis cõparati.

Epiſcopi, lux mundi appellati.

Lucis qualitates variæ, & effectus.

te. *Ex ipſo enim*, ait Iſidorus Peluſiota in epiſt. ad Palladium *pendent omnium ſubditorum neceſſitates probationes eorum qui ordinantur, potus ſitientium, cibus eſurientium, vincti, vidua, iniuriam paſſi*, &c. Eam ob cauſam, ait Dominus, (vt Apoſtolorum & Epiſcoporum munus, latere non poſſe, exemplo doceat) *Non poſſe ciuitatem abſcondi ſupra montem, poſitam.*

Quaſi diceret, quod ei, qui Reipub. præeſt Epiſcopus, Doctor, Paſtor, &c. ante oculos neceſſe ſit, vt obuerſetur; quare, quid agat, quid loquatur; quidq́ue exempli præbeat, diligenter attendat. Neque enim latere poteſt lux mundi, iuxta illud Pauli, 1 Corinth. 4. *Spectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus.* Huc ſpectat illud Philoſophi Senecæ, lib. de Clementia, cap. 8 ad Imperatorem: *Tibi, non magis, quàm ſoli latere contingit: multa coram te lux eſt: omnium in iſtam conuerſi ſunt oculi.* Et Satyrici:

Epiſcopum latere non poſſe, in alto poſitum.

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet: quanto qui peccat maior habetur.

Et illud Caſſiodori lib 3. Variarum, in epiſt. Theodorici Regis ad Argolicum: *Non patitur claritas illa* (ſcilicet præfecti vrbis) *committere, quod poſſit nobilis turba neſcire. Locatus in medium, ad ſe cunctorum trahit aſpectum, & totius vitæ iudicium, promulgat fama populorum.* Quamobrem, ſic conſulit: *Eſto vitæ continens, vt poſſis in alios eſſe Iudex. Prima æquitas eſt, à ſe præſules inchoare, vt debeant criminoſi metuere, quem nequeunt ſimilem reperire. Nullas enim in ſe culpas timet reus, quas in ſe habere perſpexerit cognitorem*, &c. Et Plutarchus, in Politicis: *Vitam*, inquit, *ſibi quiſque, & mores excolere debet, quò prorſus omni nota, vſurpationeq́ue careat:* Quan-

Antiſtitum, & Rectorum Reip. mores, ioci, ſeria, &c. notari ſolita.

Digitized by Google

Quando præſertim eorum, qui Reipublicæ præſunt, non modò ſingula verba, nec res tantum publicitùs geſtæ, animaduerti, notariq; ſolent; ſed virtus quoque, ioci ſimul & ſeria quæque, domus ipſa, familia, vxor, cubile curioſiùs inquiruntur.

Epiſcoporum, inculpata vita. Ita igitur vixiſſe debent Epiſcopi, vt, ſicut Chriſtus, à nemine argui, & conuinci poſſint de peccato. Ioan. 8. Hoc, ſicut hic, ita Philippenſibus ſcribens, cap. 2. ab ipſis efflagitat Apoſtolus. *Vt ſitis,* inquit, *ſine querela, & ſimplices, filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis praua, & peruerſæ,* &c. *Sine reprehenſione* eos vult viuere, & ſine quærela, ita, vt nemo illos reprehendere, nemo de illis peccati alicuius cauſa, conqueri queat. *Parentum Ioannis Bapt. integritas vitæ.* Talem vitam egerunt parentes Ioannis Baptiſtæ: *Erant enim,* inquit Lucas cap. 2. *iuſti ambo, incedentes in omnib. mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela,* &c. Sic etiam incedant Epiſcopi, ſic preſbyteri, ſine querela & reprehenſione, vt poſſint ſibi ſubditis verè dicere, quod Chriſtus Ioan. 8. ſibi aduerſariis Iudæis, dicebat. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

III. *Vnius vxoris virum.*

Cauſam, cur Epiſcopo tanta imponat, Tito reddidit Paulus, Epiſcopum vocans *diſpenſatorem:* Qui enim ea, quæ Dei ſunt diſpenſat, opus habet, eos, *In antiſtite, maior virtus neceſſaria, quam in priuato.* quorum diſpenſator eſt, virtutibus præcedere: *Sic enim exiſtimabat Baſilius* (ait Nazianzenus Gregorius, in orat. de laudibus Baſilij) *priuati quidem hominis virtutem in eo conſiſtere, vt vitio careat, aut quoquo modo probitatem colat: Principem autem, & antiſtitem, ac præſertim huiuſmodi imperium gerentem, improbitatis notam effugere*

non

non poſſe, niſi multum antecellat, ac melior in dies exiſtat, paremq́ dignitati ſuæ, ac throno, virtutem afferat.

Primum ergò, poſt inculpatam vitam deſiderat Epiſcopum eſſe *vnius vxoris virum,* non quòd velit neminem Epiſcopum fieri oportere, niſi qui ſit maritus, (ſic enim interpretantur Lutherani) cum ad munus Epiſcopi obeundum, aptior multò ſit is, qui vxore caret, quàm alius; ſed requirit, vt futurus Epiſcopus, defuncta priori vxore, non duxerit ſecundam. Licet enim Paulus, qui omnes Chriſtianos cupiebat eſſe, qualis ipſe erat, cælibes, & à negotiis, moleſtiisq; ſæculi liberos (1. Corinth. 7. Ad Titum 1.) id multò magis deſideraret in Epiſcopis, curam animarum numeroſi populi gerentibus, quos idcircò prorſus continentes, ſi fieri poſſet, eligendos cenſuit, vt patet in Timotheo, in Tito, in Euodio, in Clemente, qui in puritate, & virgintate exegerunt hanc vitam: Quia tamen hoc illis temporibus fieri non poterat, illud ſaltem hoc loco vult Apoſtolus, vt electio ex illis fiat, qui ſemel tantùm coniugati, vel morte intercedente, à vinculis vxoriis facti erant liberi, vel ex conſenſu mutuo, pòſt in perfectiori caſtitate eſſent victuri. Quam fuiſſe mentem Apoſtolicam, & huius loci de Epiſcopo *vnius vxoris viro,* genuinum ſenſum, omnes antiquiſſimi Patres, Epiſcopi, Scriptores, Conciliaq;, vna voce teſtificantur; adeò, vt nec ipſi Hæretici quidem, quamuis aliàs caſtitatis inimiciſſimi Ariani, & Iouinianiſtæ, hoc negarent: *Conſiteris,* (inquit D. Hieronymus, lib. 1. contra Iouinianũ, cap. 19.) *non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat: Alioqui, ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur.* Hæc Hieronymus.

Epiſcopus, vnius vxoris vir quomodo eſſe debeat.

Epiſcopis cælibatus neceſſarius.

Epiſcopum, ſaltem monogamum eſſe debere.

Digitized by Google

Lutheranorũ in hunc locum impudens expoſitio.

Verum, his peiores Lutherani, *quod docuerunt Apoſtoli, & ipſa ſeruauit antiquitas*, (vt Patres in 2. Concilio Carthaginenſi loquuntur) impudenter admodum impugnant, huic loco hunc ſenſum affingentes: *Oportet Epiſcopum vnius eſſe vxoris virum*, id eſt, qui non plures ſimul habeat vxores. Sed non vident homines, non minus ignari, quàm malitioſi, Pauli, imò Chriſti tempore, conſuetum Iudæis minimè fuiſſe, duas ſimul vxores in matrimonium ſibi copulandi; cùm de coniuge, in ſingulari numero ſemper loquatur noui Teſtamenti ſcriptura, vt Matth. 19. *Si licet homini ſuam vxorem dimittere.* Luc. 14. *Qui non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios* &c. 1. Corinth. 7. *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat.* Epheſ. 5. *Vnuſquiſque ſuam vxorem, ſicut ſeipſum diligat.* Quin etiam, Luc. 2 legimus, Zachariam, vxore ſterili vſque ad ſenectutem permanente, non ſuperduxiſſe alteram, quod haud dubiè feciſſet, ſi eo tempore, id fieri licuiſſet.

Polygamia Iudæis Chriſti tẽpore inſueta.

Accedit etiam, in populis, hoc eſt, Aſiæ minoris, quibus Timotheum; & Cretæ, quibus Titum præfecit Epiſcopos, & quibus, has eligendi regulas tradit, illam Iudæorum quorundam Polygamiam (quæ tamen Chriſti & Apoſtolorum temporibus, iam, vt & diximus, deſierat) nunquam in vſu fuiſſe, vt ex fidelibus eorum temporum ſcriptoribus facilè poſſet demonſtrari; & ita nulla ſubeſt ratio, cur Apoſtolus, earum gentium Epiſcopos tam ſolicitè de polygamia, illic incognita inſtrueret. Et licet Chryſoſtomum habere ſibi fautorem videantur Lutherani, mirum eſt tamen, ab iis eundem Chryſoſtomum, in e-

Chryſoſtomum Lutheranis haud fauere.

Digitized by Google

in epiſtolam ad Titum commentantem, negligi, vbi communi cæterorum Patrum interpretationi ſubſcribens: *Caſtigat*, inquit, homil. 2. *hoc ipſo etiam impudicos* (Apoſtolus) *dum eos non permittit poſt ſecundas nuptias, ad Eccleſiæ regimen, dignitatemq́; paſtoris aſſumi: Nam, qui defunctæ vxori beneuolentiam nullam ſeruaſſe deprehenditur, quo pacto, hic Eccleſiæ præceptor eſſe optimus poterit? Noſtis enim profectò omnes, quod etſi per leges ſecundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen ea res accuſationibus patet: Nullam ergò occaſionem præbere ſubiectis, præſulem vult* Hæc ille.

Vbi clariſſime ſignificat, *vnius vxoris virum* à D. Paulo dici eum, qui poſt obitum primę vxoris, ſecundam non duxerit. Qui enim fieri poteſt, vt qui priori vxori defunctę fidem non ſeruauit, Eccleſiæ ſit fidelis? Hinc Epiphanius addit, maritum admiſſum ad Epiſcopatum, ex more Eccleſiæ, etiam ab vſu legitimæ vxoris abſtinere. Et idem hæreſi 59. contra Catharos: *Vbi ſinceri ſunt canones*, inquit, *Eccleſiaſtici, nullus Presbyter, nullus Diaconus, aut Hypodiaconus, liberos gignit, ſed à propria vxore continet.*

Vnius vxoris vir, quid Chryſoſtomo.

Epiſcopus, etiã ab vſu legitimæ vxoris abſtinẽs in primitiua Eccleſia.

Sed & hunc eſſe genuinum Pauli ſenſum, ex capite quinto huius epiſtolæ facilè eluceſcit, vbi viduam præcipit eligi, quæ fuerit *vnius viri vxor:* Vbi haud dubiè, non poteſt accipi vidua, quæ duos ſimul habuerit maritos, quod nullis vnquam mulieribus fuit permiſſum: *Cur enim vir vnus olim haberet plures vxores*, (ait ſanctus Auguſtinus, lib. 3. de doctrina Chriſtiana, cap. 12.) *ratio erat, vt plures filij naſcerentur: at, vt vna mulier ſit vxor plurium virorum, ratio nulla eſſe poteſt.*

Mulierẽ duos viros habere, prohibitum.

Cc 2 Sed

Digitized by Google

Sed ſuo more, in Pontificum tyrannidem perbacchantur Lutherani, quod ſacerdotio cælibatum adiunxerint, & ſacerdotibus, liberis operam dare prohibuerint; Quaſi verò Pontifices vnquam, vel ad ſacerdotium, vel ad Epiſcopatum quempiam coëgerint? Verum ab iis, qui ſe vltrò ſacris miniſteriis deuouere voluiſſent, hanc conditionem, iuſtas ob cauſas, petierunt, vt à mulieribus abſtinerent, quo purius, & ſanctius Domini vaſa portare, & ſacris altaribus aſſiſtere poſſent. Eſt enim impedimento maximo ſacerdotibus coniugium, ne ſcilicet, eo, quē decet, ordine Eccleſiaſtica munia peragantur: Impedit enim proprium, & peculiare ſacerdotis officiū, quod in ſacrificando, & Deo patri offerendo incruentum ſacrificium, pro viuorum & mortuorum ſalute, conſiſtit; quemadmodum docet Hieronymus, lib 1. in Iouinian. Admiſta namque eſt in coniugio, non quidem peccatum, ſed ex peccato nata quædam impuritas, & pollutio, quæ requiſitam in ſacrificante puritatem, plurimum labefactat. Hinc in veteri Teſtamento, Dei altaribus appropinquaturis, & rem aliquam ſacram tractaturis, continentiam ab vxoribus fuiſſe indictam, videmus, Exod. 12. 29. 28. capp. Vnde eſt illud Origenis, hom. 23. in lib. Numerorū: *Certum eſt, quod impeditur ſacrificium indeſinens, iis, qui coniugalibus neceſſitatibus ſeruiunt: Vnde videtur mihi*, addit Origenes, *quod illius ſolius eſt offerre ſacrificium, qui indeſinenti, & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati.*

Lutheranorū furia in ſacerdotij cælibatū.

Coniugium ſacerdoti maximum impedimentū, in multis.

Primo in ſacrificando.

Impedit orationis, & lectionis ſtudium, in quod aſſiduè, iuxta Paulinæ monitionis, inferius cap. 4. tenorem, ſacerdoti eſt incumbendum; Nam coniugij actus, teſte Auguſtino, lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 26. cum

Secundo in oratione, & lectione ſacra.

26. cùm maximè hebetet aciem mentis, & deprimat ad inferiora, & perturbet, animamq́; ipſam carnalem quodammodo faciat; qui eiuſmodi ſane eſt, eam, quam requirit oratio, eleuatam, purgatam, & tranquillam mentem habere non poterit.

Impedit prædicationis efficaciam, vt docet Ambroſius, lib. 1. officiorum, cap. vlt. Quomodo enim exhortabitur efficaciter viduas & virgines, qui liberis perpetuò operam dat? Hinc Chryſoſtomus, *concionatorem continentiæ, meritò continentem eſſe oportere*, dicebat. *Tertio in efficacia Prædicationis.*

Impedit paſtoralem curam; affectum ſcilicet omnem, quo oues ſuas proſequi deberet, in vxore, (quam ſicut ſeipſum diligere, iuxta Paulum, Epheſ. 5. cap. tenetur) & in filiis conſumendo; cum tamen (vt ait Ambroſius lib. 1. de officiis, cap. 7.) *plus diligendi ſint ſpirituales, quàm carnales filij*. *Quarto in cura Paſtorali.*

Impedit curam pauperum, & eam hoſpitalitatem, & benignitatem, quam ab iiſdem Epiſcopis, & Presbyteris toties, & in hac, & ad Titum Epiſtola, requirit Apoſtolus: Omnis enim pater, proſpectum cupit ſuis filiis, eisq́; theſaurizare cogitur; quo facto auariſſimus, & Simoniacus eſſe quaſi cogeretur Epiſcopus. *Quinto in cura Pauperum.*

Impedit deniq; ſacramentorum adminiſtrationem: Nulla enim eſſet Clericorum à laicis diſtinctio; Vnde meritò Epiphanius hæreſ. 59. propter honorem ſacerdotij, *neceſſariam continentiam*, eſſe dicit. Et D. Bernardus, epiſt. 42. *Hoc*, inqnit, *tantæ pulchritudinis ornamentum*, (id eſt, caſtitas) *dignè dixerim ſacerdotium honorare, quod dilectum Deo, & hominibus faciat ſa-* *Sexto in Sacramentorum adminiſtratione.*

cerdotem, reddatq́. ſimilem in gloria ſanctorum, in hac licet adhuc regione, diſſimilitudinis conſtitutum.

Coniugium de non malum, & ſacerdotibꝰ prohibitum.

Quare, cùm propter has, & complures ſimiles cauſas, Eccleſiæ naſcentis vſu obſeruatum ſit, vt poſt ſuſceptum ſacerdotium, nemini liceret vxorem ducere, licet antè matrimonio obſtrictus, permitteretur ſacerdotio pro tempore initiari, non eſt cenſenda (vt volunt Lutherani) Eccleſia damnare, vel prohibere coniugium, tanquam rem malam, & illicitam; ſicut nec cenſetur prohibere, & damnare iudicia forenſia, & tortoris officium, etiamſi nolit talia ab Epiſcopis, vel Presbyteris fieri.

Continētia donum, res difficillima.

Et licet continentia, res ſit difficillima, nec *ab omnibus*, teſte ipſo Domino, Matth. 19. *verbum illud capiatur*; ita tamen à voluntate hominis pendet, vt, ſi quis voluerit, & concupierit continere, facilè poſſit: Quibus enim dat Deus velle, dat &, ſi ipſi velint, perficere. Ruit proinde nonnullorum friuola excuſatio, qua, vt ſuam tegant incontinentiam, ſe continentiæ donum non habere dicunt, quod ante habituros ſe putabant: Ipſa enim voluntas continendi, eſt ipſum donum continentiæ.

Hominum in continentium friuola excuſatio.

Continentiæ ſeruandæ remedia tria.

Ad hoc tamen continentiæ donum conſeruandum, tria, quæ ſubiunguntur, remedia non ſunt negligenda. Carnis namque tentatio, vel ſuggeſtione
1. Diaboli exoritur; & neceſſaria eſt oratio, vt Dæmonem, nobis alias multò fortiorem, Dei fortiſſimi præuenti auxilio, vincere, & ſuperare poſſimus; & ideo Sapient. 8. dicitur, *neminem poſſe eſſe continentem, niſi*
2. *Dominus dederit:* Vel tentatio exoritur ex abundantia cibi, & potus; contra quod, opponendum eſt ieiunium,

Digitized by Google

iunium, vt *carnis terat ſuperbiam, cibi potuſq; parcitas*: Vel deniq; exoritur ex aſpectu, & colloquio fœminarum; & hinc tot Conciliorum leges, prohibentium Clericis, fœminarum aſpectum. Quare, cùm hæc tria, orationem videlicet, canonicarum horarum deuotam recitationem, ieiunia omnia, imò & feriæ ſextæ à carnibus abſtinentiam; omnem deniq; oculorum à mulieribus continentiam (quiſq; enim Lutheranorum, domi ſuæ vxorem, ſiue mulierem habere deſiderat) iam dudum abiecerint & repudiarint Lutherani; quid mirum, ſi continere non poſſint, & Apoſtolis, totiq; SS. Patrum conſenſui contradicere conentur? 3.

Lutherani, continentiæ remedia aduerſi.

Quod ſi Paulus à coniugibus, dum orationi vacaturi ſunt, continentiam requirit, qua puritate prædit eſſe debent, qui quotidie diuinum Numen precibus pulſant, & ſacrorum myſteriorum oblationibus, ſacrificiiſq; idem placant, ac nuntij à cæteris hominibus, ad Deum, totius puritatis auctorem, mittuntur. Quare, cùm Lutherani ſacramenta rideant, & reiiciant; (damnant enim homines impij Orthodoxos, quod Ordinem eſſe ſacramẽtum confirment, & quod Euchariſtiam, tanquam ſolum panem benedictum adorent, idololatras eoſdem vocantes) mirum non eſt, quod illotis manibus, pleniſq; rapina, & ſacrilegiis, ſua ſacra (ſi modo ſacra ſint) tractari permittant.

Lutherani, impurè ſacra tractantes.

Sobrium. IV.

Voce Græca, (νηφάλεοs) quam Latinus interpres, *ſobrium* vertit, vſus eſt Paulus, quæ & *ſobrium*, & *vigilantem* ſignificaret, vt Antiſtites rebus, quæ ad mune-

Sobrius, quid hic.

Digitized by Google

muneris ſui rationem pertinent, ea diligentia intentos eſſe debere admoneret, vt nullis huius ſæculi curis, corporisq́; impedimentis, mentem ſuam patiantur implicari, ſed potius ſpiritum Euangelica meditatione plenum vendicantes, ab impuris cogitationibus ſemper liberum retineant. Ideò *ſobrium* vult eſſe Epiſcopum, quaſi ſine ebrietate: Cui namque ſemper vigilandum, & ſpeculandum eſt, ab ebrietate eum remotiſſimum eſſe oportet, quemadmodum monet Apoſtolus, 1. Theſſalon. cap. 5. *Non dormiamus*, inquit, *ſicut & cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus.* Vnde Apoſtolorum princeps 1. Petr. 5. *Sobrij eſtote & vigilate*, inquit.

Sobrij etymon.

Sobrietas ſpecies temperantiæ.

Licet verò *ſobrietas*, quędam temperantia ſit, moderationē circa delectabilia, in vſu potus, conſtituens, iuxta Eccleſiaſticum, cap. 31. *Aequa vita hominibus vinum in ſobrietate: ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius*; Ea tamen ſobrietas, quam paſſim à Chriſti cultoribus Scriptura, & ab Epiſcopo, hoc loco Apoſtolus, exigunt, non tantùm vini, & potus moderationem, ſed à prauis affectionibus, quæ rationem conturbant, hominemq́; officij immemorem reddunt, abſtinentiam ſignificat. Vnde pulchrè Bernardus, lib. 1. de conſiderat. ad Eugenium: *Blanditur*, inquit, *cathedra, ſpecula eſt, inde ſuperintendis, ſonans tibi Epiſcopi nomine, non Dominum, ſed officium. Quid ni loceris in eminenti, vnde proſpectes omnia, qui ſpeculator ſuper omnia conſtitueris? Verum bonus paſtor, prius ſuper animum ſuum vigilat*, inquit Gregorius, in 10. Reg lib. 1. cap. 9. *non ſuper corpus, paſcens illud, deinde ſuper gregem. Sic enim electi & boni, lucra aliorum expetunt, vt ſui nulla damna patiantur. Pleni quippe in ſeipſis ſunt, effluentes aliis, & de abun-*

De qua ſobrietate hic Paulus.

Animo prius, non corpori inuigilandum.

Digitized by Google

abundantia ſui ſic aliis tribuunt, vt ſuæ plenitudinis aliquid non amittant: Sic aliis præbere oleum nituntur, vt à ſe fomenta luminis non tollantur, vt, dum illuminant alios, ſe non extinguant, &c. Bonus itaque paſtor prius, vt dictum eſt, ſuper animum ſuum vigilat, deinde ſuper gregem: Super animum dixi, quia multi ſunt, qui vigilant ſuper corpus; curant, paſcuntq; corpus ſuum potiùs, quam gregem Domini ſui; de quibus Ezech. cap. 34. *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos*, &c. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis; gregem autem meum non paſcebatis*. Ideò, 2. Timoth. cap. 4. Timotheum monet Apoſtolus: *Tu verò*, inquit, *vigila, in omnibus labora*, &c. Subditorum quippe eſt obedire, paſtorum vigilare, vt idem Paulus docet, Hebr. 13. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*; hoc ſubditornm eſt; ſequitur id, quod eſt paſtorum: *Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Oportet igitur, vt paſtor totus, ſit mens, oculusq́*, inquit Antiochus, tom. III. *virgam ſeu baculum, geſtet oculatum & vigilantem*. Si enim oculi dormiant, totum corpus dormit: oculi plebis, paſtores ſunt; ſi paſtor dormiat, plebs etiam dormiet; & *paſtore dormiente, ſuperueniet inimicus, & ſuperſeminabit Zizania in medio tritici*, Matth. 12. *Vigilemus igitur*, inquit, paſtores & Epiſcopos ad vigilantiam prouocans, nomini ſuo reſpondens Gregorius, lib. 2. indict. 10. epiſt. 33. *ne quid pereat; & ſi captum fortè quid fuerit, vocibus diuinorum eloquiorum ad gregem Dominicum reducamus, vt ille, qui paſtor paſtorum eſt, vigilaſſe nos circa gregem ſuum, ſuo miſericors dignetur iudicio comprobare*. Sint igitur in Epiſcopo hæc duo coniuncta, neceſſe eſt; nec enim decet ſpeculatorem omnium ſa-

Epiſcopi, et Paſtores corporis duntaxat curã habentes reprehenſi.

Vigilantia Epiſcopis neceſſaria.

Digitized by Google

Optimi enim ſacerdotis eſt, par pari referre: ſi à Pontificia dignitate honoratur, ipſam viciſſim dignitatem illuſtribus factis ipſe exornet; quemadmodum Paulus, 2. Cor. 6. *Exhibeamus*, ait, *noſmetipſos in omnib. ſicut Dei miniſtros, nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum.* Eiuſmodi ſacerdotem fuiſſe *Samuelem*, narrat. 2. Regum, cap. 3. *quem cognouerunt omnes à Dan vſque Berſabea, quod fidelis propheta eſſet Domini.*

Samuelis ornamenta.

Vnde non abſque cauſa, Themiſtocles, prædium vendens, clamari per præconem iuſſit, quod bonum vicinum haberet. Si enim aliquod bonum, propter vicinum eſt bonum, certè maximum, propter paſtorem bonum, aut ſacerdotem bonum, vt, cuius authoritas populo eſt neceſſaria, eiuſdem etiam conuerſatio ſit iucunda, & grata.

Apophtegma de Themiſtocle.

Talis erat Diuus Ambroſius, ad quem Auguſtinus adhuc Manichæus libenter acceſſit, & per eum mirabiliter profecit, quia, & moribus ſuauis, & vita ſanctus, & eruditione conſpicuus erat, ſicut teſtatur, libro quinto, Confeſſ. capite decimo tertio ipſe Auguſtinus. Ambroſianæ itaque pietatis opinione, eruditionis fama, priuatæ benignitatis dulcedine, adductus fuit Auguſtinus adhuc peccator, ad Antiſtitem, vtpote qui *bonus odor vitæ eſſet* in vitam. 2. Corinth. 2. Cuiuſuis enim paſtoris, atque etiam ſacerdotis tota vita, ad proximi ædificationem debet eſſe accommodata, eiusq; conuerſatio, attractiua; doctrina quoque, & eruditione probata.

S. Ambroſij virtutes, & ornamenta.

Hoſpi-

Digitized by Google

dor. peculiari virtutum ornamento Pontificem excultum eſſe vult, *quod*, inquit, *in Ephod, & ſuperhumerali, & aliis veſtibus olim deſignabatur, quibus ſupereminere plebi debebat.* Si enim *lingua ſapientum* (iuxta ſapienté. Prouerb. 15.) *exornat ſcientiam*; clarum eſt, Epiſcopum eo ornamento prædicum eſſe oportere, vt & loquendo, & agendo, & monendo, & reſpondendo, decorum ſeruet, ſeq; affabilem, & optime moratum exhibeat: Vnde, *lampades ornare* cum virginibus prudentibus, hoc eſt, diſponere ſenſus omnes ad Dei verbum prædicandum, ſubditos commonendos, &c. per bonum vſum ſenſuum, ſemper debet, ita vt nunquam non paratus ſit, ad reddendum iudici venturo, pro credita ſibi gregis commiſſi adminiſtratione, rationem; quemadmodum notauit Auguſtinus, epiſt. 120. cap. 34. Vnde Gregorius lib. 7. Epiſtolarũ, epiſt. 32. *Lux*, inquit, *gregis flamma eſt paſtoris*: Decet enim paſtorem, decet Dominicum ſacerdotem, moribus & vita clareſcere, quatenus in eo, tanquam in ſpeculo vitæ ſuæ, plebs commiſſa, & eligere quod ſequatur, & videre poſſit, quod corrigat. Omnis autem exterior ornatus, qui non vel neceſſitatis, vel honeſtatis ratione, ab Epiſcopo ſuſcipitur, vitioſus debet reputari, ſicut is decens exiſtimatur, de quo 1. Petri 3. dicitur, quod *ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabant ſe, ſubditæ propriis viris*: De quo ornaméti genere, Ambroſius lib. 1. offic. *Non ſit*, inquit, *decor corporis affectatus, nec veſtibus nitentibus adornatus, nihil deſit honeſtati, vel neceſſitati, nihil accedat pulchritudini, vel nitori.*

Alter ornatus, quem ab Antiſtite exigit Apoſtolus, eſt internus; de quo, lib. 3. Pædagogij, cap. 2. lo- *Internus animi ornatus, Epiſcopo neceſſarius.*

 quens

luti vigilantem, eſſe dormitabundum, nec vigilare poteſt, qui luxui indulget.

V. *Prudentem, pudicum.*

Græca itidem duarum ſignificationum voce, (σώφρονα) vtitur Apoſtolus, quæ, & *prudentem*, & *pudicum*, ſiue caſtum, ſignificet; cuius vtramque ſignificationem, noſter Interpres hoc loco poſuit. Eas igitur perfectiones, ſeu facultates, Antiſtitis intellectui practico ineſſe deſiderat Apoſtolus, quæ ad rectè inſtituendas humanæ vitæ actiones, & conducunt, & ſunt etiam neceſſariæ. *Eſt autem*, ait Philoſophus, lib. 6. Ethic. cap. 5. *prudentis viri proprium, poſſe rectè conſultare: propterea Periclem, atque eiuſmodi viros, prudentes exiſtimamus*, inquit, *quia & quæ ſibi, & quæ aliis hominibus ſunt bona, poſſunt contemplari.* Hanc facultatem Epiſcopo eſſe maximè neceſſariam, nemo dubitat, qui eundem, ad rectè ſtatuendum per actum imperij, ſemper eſſe paratum oportere, intelligit; vt quid agendum ſit, in quouis caſu particulari rectè ſtatuat.

Prudens, qui ſit.

Prudentia Epiſcopis perneceſſaria.

Vnde collegerint omnes, bonum eſſe Epiſcopum oportere, quemadmodum & ipſe Philoſophus 16. Ethic. cap. 12. inſinuat; cùm non poſſe quempiam prudentem eſſe, dicit, niſi fuerit bonus eò quod rectè ſtatuere, per imperium illud, in omni caſu, quid agēdum ſit, hominum duntaxat bonorum ſit proprium, qui bene agunt; licet interim conſultare bene, & iudicare mali poſſint, propter quod ait Philoſophus, ibidem cap. 13. *prudentiam circa ea verſari, quæ iuſta, & honeſta, & bona homini ſunt; ea autem eſſe eiuſmodi, quæ agere viri boni ſit.*

Bonitas Epiſcopis neceſſaria.

Hanc prudentiam ſæpe commendat ſcriptura, vt Sap.

Prudentia in ſcripturis commendata.

Sap. 8. *ſobrietatem*, id eſt, temperantiam, *& prudentiam docet, iuſtitiam, & virtutem*, &c. Et Prouerb. 3. *Beatus vir, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia.* Et, cap. 4. *Poſſide Prudentiam.* Quod ſi Dominus, Matth. 10. & Apoſtolorum princeps, 1. Petr. 4. ab omnibus Chriſtianis, *prudentiam* exigunt; quantò magis ab Epiſcopis, in quibus, rerum agẽdarum, recta ratio ſemper renidere debet, vt ab eis ſubditi diſcant rationem, & conuenientiam circa ea, quę & bona, & mala ſunt homini. *Prudentis enim id maximè opus eſſe dicimus*, ait Ariſtoteles, 6. Ethic. cap. 5. & 7. *vt rectè conſultet.* Cum igitur conſultare, de rebus dubiis, & quæ in variis caſibus, aliter, & aliter ſe poſſunt, ſecundum bonitatem, prauitatem & circumſtantiarum varietatem, habere, ſit deliberare; rectè ſane prudentiam ab Epiſcopo exigit Apoſtolus. *Conſultare, quid;*

Quoniam verò hæc prudentia, non eſt à natura homini inſita; (licet in natura quaſi ſemina quædam habeat,) fit liquidum, frequenti exercitatione intellectus, in prudentiæ actibus acquiri eam oportere, ſimulq́; bonum exemplum, & ſeniorum, ac ſapientum eruditionem, eius ſemper ob oculos debere verſari; quemadmodum docuit, ſanctus Gregorius Nazianzenus, orat. ad Nicobulum, cùm dixit, *prudentis, & cordati viri eſſe, magna menſura vitam metiri, atque ad excellentium virorum imitationem ſeſe comparare.* Hinc Prouerb. cap. 13. præcipitur: *Ne innitaris prudentia tua, ne ſis ſapiens apud temetipſum.* Et Eccleſiaſt. 6. *Si dilexeris audire, ſapiens eris: In multitudine Preſbyterorum prudentium ſta, & ſapientia eorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et ſi videris* *Prudẽtia, virtus acquiſita, non inſita, & quomodo comparetur.*

19. Nam in Orientis regione, raris oppidis culta, ariditate & æſtu infecta, neceſſaria locupletiorum virorum erga pauperes, & peregrinos hoſpitalitas erat, Vnde Iob dicit, vndequaque ad ipſius domum patuiſſe aditū, voluiſſeq; magno numero, excipere peregrinos, non ſemel, ſed ſemper; idq; animo lubentiſſimo, & quod plus eſt, ipſe prætereuntes inuitabat, *ſedens in introitu domus ſuæ*, ſicut quondam Abraham, *ſedens in oſtio tabernaculi ſui.* *Hoſpitalitas Iob.*

Atque de huius generis hoſpitalitate loquitur, & in hac, & in ea, quæ eſt ad Titum, epiſtolis, Apoſtolus, vt ſcilicet *Epiſcopus præſto ſit aduenientibus*, (verba ſunt Ambroſij, lib. 1. de Abraham, cap. 5.) *occurrat obuiam, itinera exploret, adſit non quærentibus, rapiat prætergredientes*; Exemplo ſcilicet SS. Loth, Gen. 19. & diſcipulorum peregrinantium in Emaus, Luc. vlt. de quibus loquens Gregorius, homil. 23. in Euang. *Ex eo exemplo colligitur*, inquit, *quia peregrini, ad hoſpitium non ſolum inuitandi ſunt, ſed etiam trahendi.* *Quæ hoſpitalitas Epiſcopo neceſſaria.*

Ex his autem, quæ Geneſ. 19. de Abrahami hoſpitalitate leguntur, omnes virtutis hoſpitalitatis numeros impleſſe, vniuerſaque eius munera, & officia præſtare voluiſſe eum, animaduertit Pererius in 18. cap. Gen. quæ munera, & officia ad tria reuocat, quorum vnum eſt, blandè inuitare aduenas, humaniterq; accipere, ſicuti Laban filius Batuelis, qui Geneſ. cap. 24. inueniens ſeruum Abrahæ de longe venientem dicebat. *Ingredere benedicte Domini, cur foris ſtas? præparaui domum & locum Camelis. Et introduxit eum in hoſpitium.* Alterum affabiliter, & liberaliter tractare, quemadmodum 1. Petr. 4. dicitur: *Hoſpitales inuicem ſine murmuratione*, id eſt, animo, *Abrahami hoſpitalitas.* *Hoſpitalitas munera.* 1. 2.

Ee non

Digitized by Google

non difficili, ſed alacri, & beneuolo. Et merito: *Hilarem* quippe *datorem diligit Deus.* Tertiò, ſub tecto
3. ſuo protectos, & poſtea digredientes, amanter dimittere; quin etiam aliquanto ſpatio eos proſequi, & cocomitari; quem, hoſpites deducendi, morem antiquiſſimum fuiſſe, teſtis optimus eſt Homerus, valde laudans Vlyſſem, vt qui hoſpitum non ſuſceptor modò iucundus, verùm comis etiam deductor eſſet. Nationes enim non omnino barbaræ, hoſpitalitatem egregiè coluêre, atq; adeo hoſpitalem Iouem appellarunt, ſub cuius tutela hoſpites eſſe credebantur, vt indicat, eum ipſum alloquens, 1. Æneid. Poëta.

Vlyſſis hoſpitalitas laudata.

Hoſpitalis Iuppiter.

Iuppiter; hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

Et propterea videtur voluiſſe Antiochus, vt appellaretur templum in Garizin, prout erant hi, qui locum inhabitabant, *Iouis hoſpitalis*, vt dicitur, 2. Machab. 6. quia videlicet, illi Samaritani profitebantur, aduenas à Perſis, & à Medis, adeoq; illarum ſedium hoſpites, hoſpitalem debere Deum colere. Quapropter non minus verè, quàm pulchrè Cicero, lib. 2. de offic. *Rectè, inquit, à Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas. Eſt enim, vt mihi quidem videtur, valdè decorum, patere domus hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus. Itaque etiam Reipub. eſt ornamento, homines externos, hoc liberalitatis genere in vrbe noſtra non egere.*

Templũ in Garizim, Iouis hoſpitalis, appellatum.

Hoſpitalitas in Cicerone laudata.

Vult ergo Apoſtoſtolus, Epiſcopos, tanquam pauperum parentes, & orphanorum, viduarumq; protectores, & peregrinorum defenſores, hoſpitalitatem libenter, & liberaliter exercere, quod in ea, fraternæ charitatis officia, Deo paſſim accepta ſemper fuiſſe, teſtetur ſcriptura, quæ maximam eius eſſe mercedem, plurimis etiam confirmat exemplis,

vt

Digitized by Google

vt Abrahami, qui *per hanc hoſpitalitatem, Deo placuit*, vt loquitur Paulus, Hebr. 13. & angelos excipere meruit, Geneſ. 18. & 19. Vt Heliæ, qui viduæ hoſpitio vſus, eiuſque farinulæ modica portione recreatus, eiuſdem filium à mortuis ſuſcitauit, farina in hydria, & oleo in lecyto multiplicatis 3. Reg. 17. quo pacto, Heliſæus, ſuæ hoſpitæ oleo itidem multiplicato, vitam eiuſdem filiolo reſtituit, 4. Reg. 4. Sicut & Marthæ, cuius hoſpitio, & pane ſæpius fuerat vſus Dominus, fratrem Lazarum à morte, ad lucis vſuram reuocauit, Ioan. 11. Sileo Zachæum, vberem hoſpitij Domino exhibiti recepiſſe mercedem; iuſtitiam ſcilicet, Abrahæ fidem, & deniqne vitam æternam, quemadmodum Matth. 25. promittit Dominus: *Hoſpes eram, & collegiſtis me: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum*; inſinuans, dignum eum eſſe, poſt hanc decurſam vitam, Sanctorum hoſpitiis, qui in excipiendis hoſpitibus benignus, ac minimè durus fuerit.

Hoſpitalitatis à Deo remunerata, exempla varia.

His allecti præmiis veteres Chriſtiani, adeò dediti fuerunt hoſpitalitati, vt hanc Tertullianus, in Apol. cap. 20. appellet *Catholicæ communionis conteſſerationem*, alludens nimirum ad teſſeram, hoſpitibus apud Gentiles dari ſolitam, vt eſt apud Plautum, in Pænulo, & in Ciſtel. Certè *Eccleſiam Romanam*, ſcribit Martinus Papa, 1. epiſt. 16. *quiſquis miſerabilis homo ad eam veniſſet, illum hoſpitio excipiſſe, omnia ad vſum ei præbuiſſe, nec vllum repuliſſe; dediſſeq́; panem mundiſſimum* (verba ſunt Pontificis) *& vinum diuerſum*, &c.

Hoſpitalitatis ſtudium apud veteres Chriſtianos.

Sed mirum, in Epiſcopo hoſpitalitatis virtutem, à Sectariis in hunc locū ſcribentib⁹, tātopere laudari,

Digitized by Google

Hoſpitalitas, etiam ab hæreticis laudata.

cùm tamen ipſi, principibus ſæcularibus authores, & ſint, & fuerint, vt bona, prouentusq́;, quibus Epiſcopi, Sacerdotes & Monachi pauperibus ſuccurrere, & ſolebant, & debuerant, ſine vllius ſacrilegij metu, aut formidine direpta, ad proprios, & profanos vſus, & ad ſuum fiſcum reuocarent. Hac quippe ratione, nouam iſtorum doctrinam, vt cancrum, facile extendi, ſibiq́; gratiam apud reges, & principes parare potuiſſe, nemo non videt; cùm eas opes, quas non modo à maioribus acceperant Epiſcopi, & Cænobitæ, ſed & labore, parſimonia, & multo ſudore comparauerant, vt partim in religioſos, partim in peregrinos diuiderent, profanis vſibus deuorandas, non ſine ſimulatæ pietatis fuco, expoſuerunt, ſacris templis in ſtabula conuerſis, *polluentes* ſcilicet, (vt à Dauide dictum eſt, Pſal. 78.) *templum ſanctum Domini, & ponentes Ieruſalem in pomorum cuſtodiam, ponentesq́; morticinia ſeruorum Dei, eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum beſtiis terræ.*

Hæreſis Serpēs, vt Cancer.

VIII. Doctorem.

Doctrina Epiſcopo neceſſaria.

Quod ſi omnes Chriſtiani ea eruditione præditi eſſe debent, vt *ſemper ſint parati ad reddendam de ea, quæ in ipſis eſt, fide, rationem*; multò magis ſcientia, rerumq́; diuinarum cognitione præditi eſſe debent Epiſcopi, cùm ab iis, tanquam *ab angelis Domini exercituum*, (populus) *diuinam legem debeat requirere. Si enim in laicis* (ait D. Leo, epiſt. 22.) *vix tolerabilis videtur inſcitia: quantò magis in iis, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia?* Vnde Concilium Toletanum 4. cap. 24. *Ignorantia, mater cunctarum hæreſum, & errorum, maximè in Epiſcopis, & Sacerdotibus Dei vitanda eſt,* qui

Ignorantia, Epiſcopis maximè, & Sacerdotibus vitanda.

Digitized by Google

qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sciant, (addit) *Sacerdotes, Scripturas ſanctas, & Canones; vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat: Atque ædificent cunctos, tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina;* Alioqui dicetur Sacerdoti, quod Oſeæ, cap 4. ſcriptum eſt: *Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi;* Nam *ſi cæcus cæco ducatum præſtet*, ait Dominus, Matth 15. *ambo in foueam cadunt.* Quaſi diceret: Si ſapientiæ expers ſacerdos populo præeat, vterq; in barathrum incidet. Diuinarum namq;, ſicut & humanarum rerum ſcientia, oculorum inſtar eſt, quibus homo illuſtratur, ac dirigitur: Hanc ſi tollas, oculis captus erit paſtor, nec, qua oues deducere debeat, videbit. *Vos eſtis lux mundi,* ait Chriſtus Apoſtolis, cæteriſq; paſtoribus, Matth. 5. Fiunt autem *lux mundi* paſtores, tùm ſapientia, tùm vel maximè virtute: Sapientia ſi careant, non *lux*, ſed tenebræ *mundi* erunt. Quod ſi paſtores tenebræ ſunt, qui erunt oues? *Si lumen, quod in te eſt* (ait Matth. 6. Dominus) *tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?*

Scriptura, & Canonum, notitia Clericis iniuncta.

Scientia, oculis comparata.

Sacerdotes, lux mundi.

Quemadmodum igitur Dominus, Exod. 28. decreuit, vt *in Rationali, iudicij doctrina* & veritas, quæ erant in pectore (& ſucceſſorum eius) Aaron, ponerentur, quando ingrediebatur Pontifex coram Domino: ſic ſanè in pectore Chriſtiani ſacerdotis, cœleſtem doctrinam, Theologicamq; veritatem fulgere neceſſe eſt: ita vt ſacerdotale pectus, ſapientiæ, veritatiſq; theſaurus ſit, iuxta illud, Matth. 13. *Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.* Quare D. Hieronymus, in cap. 2. Malach. *Idcirco*, inquit, *in ſacerdotis pectore rationale eſt; & in rationali, doctrina, & veritas*

Rationale iudicij, in lege veteri.

Rationale iudicij, quorſum in pectore.

Digitized by Google

ponitur: vt diſcamus, ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconem Dominicæ veritatis. Hac ratione prædicabant Apoſtoli, quemadmodum ex Act. cap. 2. colligitur: *His auditis*, quæ à Petro dicebantur, *compuncti ſunt* (Auditores) *corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos: Quid faciemus, viri fratres?* Hic enim primus effectus Epiſcopalis, ſiue ſacerdotalis doctrinæ eſſe debet, vt verba Epiſcopi, ſiue ſacerdotis ſint *ſagittæ potentis acutæ; atque penetrabiliora omni gladio ancipiti quæ pertingant vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus.* Hinc non immeritò, ab Eccleſiaſte Chriſtiano requirebat Hieronymus, *non quæ plauſum excitarent, ſed quæ lacrymas elicerent:* Et, *ſi prædicatoris* (dicebat) *non pungit ſermo, ſed oblectat; ſapiens non eſt.* Sacerdoti autem non eſt ſatis, doctrina cœleſti tonare; ſed etiam animi ardore fulgurare, ad hoc, vt de peccatis commiſſis percepta doctrina, auditores doleant: Nec ſatis eſt, eſſe petram, niſi doctrinæ aquam poſſit fundere, inſtar petræ illius, de qua Paulus, 1. Corinth. 10. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra.* Et Pſalm. 113. *Conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Ex petra tunc bibit populus, cum ex paſtoris ore puriſſimam, Catholicamq; doctrinam, inſtar aquæ haurit limpidiſſimæ.

Sermo Chriſtiani prædicatoris, qualis eſſe debeat.

E petra bibere populũ, quid.

Cum itaq; Paulus, Epiſcopum; ſiue Presbyterum cupit eſſe *Doctorem*, non lauream ab eo deſiderat, ſed facultatem docendi populũ in ipſo expetit; innuens, non ei ſatis eſſe, vt virtutum fruatur conſcientia, niſi etiam *petentibus panem filiis, liberaliter poſſit frangere, & tritici menſuram in tempore oportuno diuidere: Quomodo enim*, inquit, D. Bernardus, ſem. 76. ſuper Cant. *in paſcuis diuinorum educeret eloquiorum greges Dominicos, paſtor idiota?*

Doctum, & bonum Epiſcopũ eſſe oportere.

Sed

Digitized by Google

Sed etſi doctus quidem fuerit, non ſit autem bonus; verendum, ne non tam nutriat doctrina vberi, quàm ſterili vita noceat: *Nam* vt ait Laurentius Iuſtinianus, in lib. de regimine prælatorum, *vbi conueniunt ſanctitas vitæ, & veritatis prædicatio, ibi multiplex animarum exuberat fructus.* Ad hoc autem, vt ſalus animarum exuberet, monet Chryſoſtomus, ſerm. de eo, qui incidit in latrones, in fine tom. 2. vt *rectoris Eccleſiæ Doctrina ſit duplex*; vt verbis nempe facta conueniant; actus doctrinæ reſpondeant. *In nullo ſit minor, qui cunctis eſt potior.* Simplex doctrina eſt, quæ exemplo caret; duplex eſt, quæ cum exemplo, & operibus coniungitur. Huius autem doctrinæ, ſiue ſapientiæ, quæ ſcilicet *de ſurſum eſt*, vnam hanc conditionem inter alias, ponit D. Iacobus, cap. 3. vt ſit *ſuadibilis*, &, vt addit interpres, *bonis conſentiens*, hoc eſt, vt reddat faciles, ac dociles, & ſubditos, ſanioris doctrinæ melioribus conſiliis, liquidæ veritati; non *prudentes apud ſemetipſos*, Rom. 10. & *nimium ſapientes*, Prouerb. 3. nō affixos ſecundum aurem alteram, terræ, & alteram inſtar aſpidis obturantes.

Prædicatoris doctrinam debere eſſe duplicem.

Non vinolentum. IX.

Quem antè *ſobrium:* & paulò poſt, *modeſtum* habere cupit Apoſtolus, hic *vinoſum*, & temulentum, (qui in alios, quaſi emotæ mentis eſſet, debacchetur, & conuicia congerat, temerèq; ac ſtultè, iniurioſa verba euomat) Presbyterum, & Antiſtitem nequaquam habere vult: Chryſoſtomus namq; hoc loco, vocē Græcam (πάροινον) non præciſe pro vinoſo accipit, ſed pro conuitiatore, & elato. Scriptum quippe eſt, Prou. 20. *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas.*

Temulentia Epiſcopo prohibita.

Vinoſum, quid hic.

Cùm

Digitized by Google

Sacerdoti veteris legis, ſacris operaturo, vinum, &c. interdictum.

Cùm igitur Epiſcopus, matura prudentia cæteris conſulere debeat, tùm ſenſus integros, & minimè ligatos, præſentem, & bene moderatum præ ſe ferre animum ſemper debet; cuius typus erat, quod Leuit. 10. cauebatur, ne ſacerdos ſacris altaribus miniſtraturus, vinum, & omne, quod inebriare poteſt, biberet; quia *ebrietas*, inquit Auguſtinus, *aufert memoriam, diſſipat ſenſum, confundit intellectum, concitat libidinem, inuoluit linguam, corrumpit ſanguinem, omnia bona debilitat, vitam diminuit, & omnem ſubſtantiam exterminat.* Si igitur Prouerb. 23. omnes generaliter monet Salomon, *ne intueantur vinum, quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius; ingreditur enim blandè, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus, venena diffundet*; quanto magis ab Epiſcopi, vel ſacerdotis oculis eſt abducendum, ne his ad potandum immodicè alliciatur, ebrietatemque, veluti venenum, inſtar ſerpentis, effundat: Quod vinum, ſi de mundi voluptatibus, honoribus, diuitiiſque, ſpiritali ſenſu, intelligatur, illud eſt, quo mundus amicos ſuos inebriat, & velut ebrios, in mille flagitia præcipites agit. Per oculos enim, animum illaqueant voluptates, honores, & opes: præ ſe dulcedinem ferunt magnam, ſed mortiferum peccati venenum in cor effundunt.

Mundi voluptates, honores, opes, &c. Vini inſtar, quo ſuos Amatores inebriat mundus.

Quare fugienda Epiſcopo, & ſacerdoti ebrietas.

Prima cauſſa.

Epiſcopo verò, ſiue ſacerdoti, propter tria potiſſimum, vini immoderatus potus debet eſſe ſuſpectus: *Primum*, quod per ea, arcana reuelentur; cuius typus fuit Noë, qui, Geneſ. 9. *inebriatus, diſcooperuit ſe, ita vt apparerent verenda*, quæ ſobrius per ſexcentos annos contexerat. Homo enim ebrius, imprudenter ſeque facile, ſecretaq; ſua reuelat; quam ob cauſam ſcripſit Sapiens, Prouerb. 31. *Noli regibus dare vinum, ô Lamuel;*

Digitized by Google

muel; quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. Hinc Abacuc. cap. 2. *Væ*, inquit, *qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius.* Fugienda etiam eſt ebrietas, ob diſcordiarum, & iurgiorum occaſiones: Fit enim ſæpe, vt homines, etiam benigniores, & mites, litigioſi, & iracundi efficiantur, cùm fuerint inebriati; ideoq; dixit ſapiens, Prouerb. 20. *tumultuoſam eſſe ebrietatem.* *Tertia* cauſa, quod per ebrietatem corpora maculentur luxuria; ſicuti patet de Loth, qui, Geneſ. 19. inebriatus, duas proprias filias maculauit & ſic, quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. Inde eſt, quod Oſeæ 4. dictum ſit: *Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor.* Temulentia ſiquidem, ſenſus hebetat. Hinc Iob 12. *Palpabunt, quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet, quaſi ebrios.* Et Eſai. 19. *Errare fecerunt Aegyptum, ſicut errat ebrius.* Et Pſal. 106 *Sicut ebrius, ſapientia eorum deuorata eſt, turbati ſunt, & moti ſunt, ſicut ebrius.* Ad iracundiam etiam prouocat ebrietas; Eccleſiaſt. 26. *Mulier ebrioſa, ira magna.* Item penuriam, & paupertatem operatur, ſicut patet Eccleſiaſt. 19. *Operarius ebrioſus non locupletabitur.* Adde etiam, quod torporem, & pigritiam inducat, ſicut 1. Theſſal. 5. teſtatur Apoſtolus: *Qui ebrij ſunt, nocte & die dormiunt.* Quin imò, multa potio, etiam extra temulentiam, animæ mentis vim laxat, etſi non prorſus iudicium adimat.

Secunda. *Tertia.* *Temulentia ſenſuum hebetatrix.* *Ebrietas iræ prouocatrix.*

Non percuſſorem. X.

D. Hieronymus, in cap. 1. ad Titum, tropum agnoſcit: Vox enim *percuſſor* hoc loco, non ad manuũ violentiam, ſed ad linguæ acerbitatem, maledicentiam, & immitem quandam, improbamq; ſubditorum

Percuſſor quid hic;

Digitized by Google

Epiſcopum non deberè eſſe ſæuum obiurgatorem.

rum obiurgationē, pertinet; qua vult Epiſcopum nō eſſe ſæuum, & improbum obiurgatorem, quales Iobo fuiſſe nonnullos, colligi poteſt ex verbis ipſius, cap. 16. *Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobantes percuſſerunt maxillam meam.* Quibus verbis, dicit Iob, percuſſionem non reipſa, aut manu, vel colapho inflictam eſſe, ſed verbis & opprobriis; ſicut dicebat Apoſtolus, 2. Corinth. 11. *Si quis vos in faciem cædit*; quod ſtatim explicat, qua ratione fieret, cum ſubiicit: *Secundum ignobilitatem dico*, id eſt, cùm quis vos contemnit, & deſpicit velut ignobiles: neque enim minus grauis eſt contumelia, aut opprobrium, quàm colaphus, aut fuſtis, gladiuſúe, aut vulnus. Et quidem de colapho, clarè locus hic (Iobi) loquitur, ait Pineda, ſeu de fuſte, ſicut ille Prou. 14. *In ore ſtulti virga ſuperbiæ*: Nam ſtultus, ſuperbus, & contumelioſus, in ore fuſtem habet, id eſt linguam, qua alios cædit, & diuerberat: Quod percutientis linguæ vitium, longè ab Epiſcopo vult eſſe Paulus & in hac, & in ea, quæ eſt ad Titum; cupiens eum ſcilicet, vt *manſuetus, & patiens ſit in tempore* (vt loquitur Hieronymus in Epiſt. ad Titum) *quid loquendum ſit, quidúe tacendum; ne ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum, ne contumelioſus, & garrulus perdat eum, quem potuiat modeſtia, & lenitate corrigere.* Eiuſmodi percuſſorem deſcribit Dominus, Matth. 24. ſub parabola mali ſerui: *Si autem* (inquit Chriſtus) *dixerit malus ſeruus ille, in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire; & cæperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis*, &c.

Lingua percutientis vitium ab Epiſcopo abſenum.

Ebrietas cauſa garrulitatis & maledicentiæ.

Quibus verbis, garrulitatis, & maledicentiæ cauſam adiungit; ſicut & hoc loco Apoſtolus, cum dicit:

Non

Non vinolentum, non percuſſorem; quia vinolentia, & ebrietas, & garrulum, & contumelioſum, atque effrenem in loquendo reddunt hominem: Clariùs verò flagellum, aut fuſtis, quo hæc percuſſio fiat, explicant (Iere. cap. 18.) qui aduerſus Ieremiam dicebant: *Venite, percutiamus eum linguis.* Neque ab hac ratione omninò abludunt, verborum, & verberum cognatæ appellationes. Quare quod in prouerbio eſt: *Non opus verbis, ſed fuſtibus*; hic conuertere poſſis: *non opus fuſtibus, & verberibus, cùm adſunt verba contumelioſa.*

Quantum autem vulnus efficiat tactus linguæ, aut verbi ictus, abundè illa declarant, quæ, aut *gladium ancipitem*, aut *ſagittam acutam*, linguam eſſe teſtantur, Pſalm. 56. & Prouerb. 5. ſed omni gladio crudeliorem, & acutiorem, Eccleſiaſticus, capite 22. eſſe confirmat: *Ad amicum, etſi produxeris gladium, non deſperes: eſt enim regreſſus*, &c. *excepto conuitio, & improperio*, &c.

Lingua maledica, gladius anceps, & ſagitta acuta.

Sed modeſtum. XI.

Superioribus duobus, temulentiæ videlicet, & maledicentiæ vitiis, maxime contrariam illis virtutem opponit Apoſtolus, *modeſtiam*, quæ hoc loco, æquitatem, manſuetudinem, & humanitatem ſignificat: Quaſi Epiſcopus, in actionibus humanis, & præſertim externis motibus corporis, erga proximum decenter, maturè, quietè; non impetuosè, temerè, ſuperbè & funeſtè feratur. Si enim 1. Petr. 3. monentur omnes Chriſtiani, vt *vnanimes in fide*, &c. *miſericordes, modeſti, humiles* eſſe velint; qualem putas à Chriſtianorũ Coryphæis, in loquendo modeſtiã, in agendo grauitatẽ, & in conuerſando comitatẽ exiget?

Modeſtia pro quo ſumatur hoc loco.

Modeſtia Epiſcopi eſſe qualis debeat.

Digitized by Google

Enimuerò tam in actionibus, quàm in verbis certa regula, certusq; modus, & conuenientia, non minus neceſſaria ſunt, quàm ſal delicatis ciborum condimẽtis: Quia, ſicut edulia, quamquam bona & delicata, ſine ſale ſunt inſipida; ſic & opera ſine modo, ſine decoro, ſine Minerua, prorſus inutilia cenſeri debent. Vnde in omni ſua actione tam Eccleſiaſticis, quàm politicis præſidibus, certus modus, certaq; modeſtia ſtatuenda eſt, vt ritè ſuo munere functi iudicentur; Nã inprimis, *non plus ſapere* debent, *quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*, Rom. 12. Prou. 23. *Noli*, inquit Sapiens, *laborare, vt diteris; ſed prudentia tua pone modũ; ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes*, &c. Deinde in æquitatis, & totius iuſtitiæ adminiſtratione, media eiſdem incedendum eſt via, ne vel conniuendo leniores, vel puniendo ſeueriores fuiſſe videãtur: ſic & in diuitiis, potentia, authoritate, certæ leges, certaq; regula ſeruanda eſt; quemadmodum cap. 4. Philip. monet Apoſtolus: *Modeſtia*, inquiens, *veſtra nota ſit omnibus hominibus*. Et hoc, quia mens humana, nota hominib. eſſe non poteſt, modeſtia verò, quę mentem indicat, poteſt. Hinc Ambroſius: *Bona domus*, inquit, *in ipſo veſtibulo debet agnoſci. Ac primo prætendat ingreſſu, nihil intus latere tenebrarum, vt mens noſtra nullis repagulis corporalibus impedita, tanquam lucernæ lux, intus poſita, foris luceat.* Et lib. 1. offic. cap. 18. *Habitus*, inquit, *mentis, in corporis ſtatu cernitur. Hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contrà grauior, & conſtantior, & purior, & maturior æſtimatur. Itaque vox quædam eſt animi, corporis motus*, &c.

Modus, & modeſtia Præſidi omni, neceſſaria.

Modeſtia, Index animi.

Epiſcopalis igitur modeſtia, ſit omnibus nota; ex

qua

qua mens quoque ipſa cognoſcitur, & iudicatur: Immodeſtia, à Chriſtiano præſule longe exulet; intuentium enim, maximè ſanctorum, ferit oculos. Hinc idem Ambroſius; *Cùm quendam*, inquit, *in clero reperiſſem, meminiſtis iuſſiſſe me, ne vnquam præiret mihi, quia velut quodam inſolentis inceſſus verbere, oculos feriret meos.* Idem pater, eodem loco narrat, ſe quendam amicum in clerum, propter immodeſtiam, non recepiſſe: *Meminiſtis*, inquit, *quendam amicum, cùm ſedulis ſe videretur commendare officiis, hoc ſolo tamen in clerum à me non receptum, quod geſtus eius plurimùm dedeceret. Humiles nos eſſe docet*, ait idem Ambroſius, lib. 1. offic. cap 20. *mites, manſuetos, graues, patientes, modum tenentes in omnibus, vt nullum vitium eſſe in moribus, vel tacitus vultus, vel ſermo annuntiet.*

Quidam ob immodeſtiam in Clerum, nō receptus à S. Ambroſ.

Non litigioſum, non cupidum. XII.

Iure, à litibus, iurgiis, & contentionibus, ſacerdotem eſſe remotum, cupit Apoſtolus; quia, vt 2. ad Timotheum, 2. idem dicit, *ſeruum Domini, non oportet litigare:* Sacerdotes verò, qui ſingulariter Deo ſeruiunt, animorum conſenſio, modeſtiaq; decet; non lites, aut iurgia, ſiue contentiones; quia, cum ipſe Deus, ſit Deus pacis, minimè decet, cum ſeruos habere litigioſos, diſcordes, & contentioſos. Inde eſt, quod 3. ad Titum. *Mone illos*, ait Paulus, *non litigioſos eſſe, ſed modeſtos; oſtendentes omnem manſuetudinem ad omnes homines:* Et hoc, *quia homo peruerſus*, ait Sapiens, Prouerb. 16, *ſuſcitat lites.*

Lites, & contentiones ab officio Sacerdotis aliena.

Deus pacis, miniſtros pacis requirit.

Chriſti igitur, ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdotis, regis iuſtitiæ, & pacis, famuli, Dominum ſuum in hoc debent imitari, vt neque ira incenſum,

neque odio inflammatum, neque ambitione concitatum, neque auaritia turbidum, neque aliis perturbationibus agitatum cor habeant; ſed *in pace*, vt canitur Pſalm. 75. *locus eorum fieri* debet: Qui namque cupiditatibus, odiis, & contentionibus flagrant, ij non ſine timore viuunt; qui verò pacem ſectantur Chriſtianam, ij abſque vllo vllius hominis terrore, bonis contenti ſuis, à litibus, rixisq́; procul, tranquillam vitam traducunt. *Vnde* autem *lites, & bella inter vos?* inquit Iacobus, cap. 4. *Nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris?* Sequitur: *Litigatis, & belligeratis, & non accipitis*.

Cupiditas à ſacerdote remouenda.

Hinc eſt, quod Apoſtolus ſubdat, Sacerdotem non debere eſſe *cupidum*, eò quòd *cupiditas*, litium, & diſcordiarum ſæpe ſit occaſio. Rerum enim inutilium, & peruerſarum appetitio, malè diſpoſitam, & corruptam mentem ſubindicat, iuxta Prouerb. cap. 1. *Stulti ea quæ ſunt ſibi nociua, cupiunt*. Et Eccleſiaſtic. cap. 12. *Inſatiabilis eſt oculus cupidi*: licet ea, quæ ab eo appetuntur, ſæpe parum delectent, cùm citò perdantur. Hinc de auaro loquens Iob. cap. 20. *Cum habuerit*, inquit, *quæ concupierat, poſſidere non poterit*: Nec hoc tantum, ſed etiam bonæ famæ iacturam afferunt ea, quæ inordinatè concupiſcuntur, Eccleſ. 14. *Viro cupido, & tenaci, abſque ratione, eſt ſubſtantia*.

Auaritia filiorum Heli.

Hanc ergo cupiditatem, ſiue pecuniæ ſtudium, & auaritiam, procul eſſe vult à ſacerdote Paulus, ne filios Heli videatur imitari, de quibus ſcriptum extat, 1. Reg. cap. 2. *Filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum, nec officium ſacerdotum ad populum*. Quotquot enim officio ſacerdotum, ad terrena potius, quàm cœleſtia lucra captanda, funguntur, filiis Heli ſimiles, *ne-*

Digitized by Google

ſciunt Dominum: Nam, vt obſeruat D. Bernardus, in ſermone de verbis Petri; *Ecce nos reliquimus omnia; Petro dictum eſt paſce, non mulge: Petro,* inquit, *dictum eſt, paſce oues meas, idemq́ tertiò repetitum: Tertiò dictum eſt paſce; nec mulge, ſeu tonde, vel ſemel additum eſt. Et hoc, quia non ſunt paſcendæ oues, vt vel tondeantur, vel mulgeantur; ſed tondēdæ ſunt, vel mulgendæ, vt paſcantur. Non paſcunt probi paſtores, vt comedant, ſed comedunt, vt paſcant. Non paſcunt oues Chriſti, vt ſeipſos illarum fœtu paſcant, ſed paſcunt ſeipſos illarum fœtu, vt eas poßint Chriſti pabulo paſcere.*

Cur Petro dictum, paſce, nō, mulge. &c.

Quaſi Chriſtus, Petro dicere voluiſſet, ſecundum Auguſtinum, tract. 113. in Ioan. *Si me diligis,* (ô Petre) *non te paſcere cogita, ſed oues meas, ſicut meas, paſce, non ſicut tuas. Gloriam meam in eis quære, non tuam, lucra mea, non tua,* &c. Qui enim propria lucra quærunt, ſunt ij, de quibus ad Philip. cap. 2. eſt illud Pauli: *Omnes, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Aliter de ſe loquitur Apoſtolus, cùm 1. Corinth. 10. *per omnia omnibus* ſe dicit *placere, non quærens,* inquit, *quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* Ideò Rom. 9. *cupiebat anathema eſſe pro fratribus;* In eo Moyſen imitatus, qui, Exod. 32. poſtulabat, *deleri de libro vitæ,* populi charitate raptus.

Lucri amantes, reprehenſi.

Inſtanter itaque, inquit Gregorius epiſt. 28. ad Marianum Epiſcopum, *te admoneo, quod ſic rectè conſideres, vt non plus pecuniæ, quàm animabus ſtudeas: illud à latere reſpiciendum eſt, ad hoc autem tota mentis intentione laborandum, ac vehementius enitendum: Huic rei, operam & ſolicitudinem vigilanter impende; quia Redemptor noſter à ſacerdotis officio non quærit aurum, ſed animas,* &c.

Sua

XIII. *Sua domui bene præpoſitum.*

Præpoſitum, quid hic.

Verbum *præponi* hoc loco, bene præſidere, ac rectè, prudenterq́; gubernare ſignificat; vt ſcilicet, Epiſcopus, quem Dominus, tanquam *fidelem, & prudentem ſeruum, ſuper familiam ſuam conſtituit*, ſapienter prçcaueat, ac ſic domum ſuam circumſpiciat, ne quã perditis hominibus, aut inſidiantibus, pateat aditus; & ſimul inter domeſticos, animorum coniunctio, charitasq́; retineatur: Nã fœlicitatis eſt *habitare vnius moris*, (cordis ſcilicet, & animi vnius) in domo, & filios habere mutua charitate deuinctos, Pſal. 67. Et ita quemadmodum Chryſoſtomus ait, in cap. 5. Iob. *Non exteri modò tecum bene habebunt, ſed etiam domus pace perfruetur incredibili; tuiq́ domeſtici non ſolùm inter ſe, verùm etiam nullas tecum contentiones exercebunt. Quid enim profuerit externis non tentari bellis, qui turbis redundat inteſtinis?* Iobi hæc ſunt verba: *Et ſcias*, (ô paterfamilias) *quod habeat tabernaculum tuum, & viſitans ſpeciem tuam non peccabis.*

Munia patrisfamilias, quæ.

Vbi à patrefamilias exigitũ, vt diligenter requirens, quid domi geratur; recenſeat domeſticos, rationem ab illis exigat, caſtiget etiam, ſi opus ſit; ad operas, & labores excitet: quæ omnia verbum *viſitandi* (quo vſus Iob) complectitur, quod ad ſuperiorem ſpectat, & habet curam, & ſedulam erga inferiorem adminiſtrationem rei, cui viſitator adeſt, & incumbere debet. Quare, non debet paterfamilias diu abeſſe à domo, vt ſemper eſſe opportunus viſitator poſſit: Vnde monet Bernardus, lib. de conſider. ad Eugenium ſcribens: *Non oportet vt vitia domus tua vltimus ſcias, quod quàm plurimis nouimus contigiſſe. Quapropter,*

Patrufamilias abſentia longa, culpabilis.

pter, vt dixi, alius alia diſpẽſet, de diſciplina, tu prouide; illud nemini credas. Si inſolentior coram te, vel ſermo ſonuerit, vel habitus apparuerit, manus tua ſuper eiuſmodi. Impunitas auſum parit, auſus exceſſum. Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, modeſtia, honeſtas: horum cuſtos, eſt diſciplina. Hæc Bernardus. Sicut itaque D. Petrus 1. Petr. 4. dicit, *tempus eſſe, vt incipiat iudicium à domo Dei:* ita etiam Chriſtus Dei filius cœpit à domo ſua reformare, & ex illo bruta, animantia, terrenaq́; ſectantes lucra, flagello expellere, Ioannis cap. 2. Quo facto, Epiſcopos, Sacerdotes, reliquoſque Chriſtianos monuit, vt à domo incipiant ſua, & auaritiam, brutos affectus, omniaq́; ex illa eiiciant vitia. Domum quidem pretioſa aulęa, diues, aureaq́; ſuppellex exornant; ſed boni, ſanctiq́; mores multò maius decus afferunt. Quare non immerito ſanctiſſimus rex Dauid, de ſe, & domo ſua canit, Pſalm. 100. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine;* Hæc duo cantat Domino Dauid, quoniam miſericordiam cum iudicio copulauerat, tanquam res inter ſe maximè nexas. Miſericordia, ſubditis ferebat opem; iudicio, rectè omnia, ac iuſtè adminiſtrabat, & de iniquis ſumebat ſupplicium. Iis deinde adiunxit innocentiam: *Perambulabam*, ait, *in innocentia cordis mei, in medio domus meæ, non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam.* Quaſi diceret, ſe innocentiæ ſtudentem, ab omni abhorruiſſe crimine; &, ſi rem iniquam in domo ſua vidiſſet, eam non paſſum, ſed potius curabat, vt impietas ab domo ſua exularet. Quocirca addit: *Facientes præuaricationes odiui. Non adhæſit mihi cor prauum; declinantem à me malignum non cognoſcebam: ſuperbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Non habitauit in*

Chriſtus emẽtes, & vendentes è templo eiiciens.

Dauid, à præclara domus adminiſtratione laudatus.

medio domus meæ, qui facit ſuperbiam; qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.

XIV. *Filios habentem ſubditos, in omni caſtitate.*

Subditi liberi, qui ſint.

Ii liberi dicuntur parentibus ſubditi, qui dictis eorum audientes, ea mandant effectui, quæ diuinæ legi conſentiunt. Sunt enim parentes, immortalis Dei quaſi quædam ſimulachra, in quibus ortus ſui imaginem intuentur, eò quod ab iis ſibi vita ſit data: *Iis enim Deus vſus eſt, vti nobis animum, mentemq́; impertiret*, ait Catechiſmus Romanus; ab iis ad Sacramenta deducti, ad religionem, ad humanum cultum, ciuilemq́; inſtituti, ad morum integritatem, ſanctitatemq; eruditi ſumus. Liberi namque, antiquo præſertim tempore, non niſi à Deo propicio, & beneuolo concedebantur viris ſanctiſſimis, quos illos charos haberet: *Cùm dederit*, inquit Dauid, Pſal. 126. *dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini: filij, merces fructus ventris*, id eſt: Dabit vtique Deus optimus, ſuis dilectis quietam, & fœlicem vitæ rationem, numeroſæ prolis ſuſceptione & benedictione, quæ iuſtis viris, mercedis & præmij loco tribui ſolet: Eam enim ob cauſam ſe Deus profitetur parentem, id eſt, indulgentiſſimum æque, ac efficaciſſimum omnium rerum conditorem, patrem, & matrem: Appellatione enim patris, creatoris poteſtas, atque efficacitas ſignificatur; nomine vero matris, eiuſdem prouidentia, indulgentia, ſapientia, conſeruatio efferri videtur.

Parentum in nos beneficia.

Liberorũ procreatio, donum Dei.

Deus omnium parens cur appellatur.

Verumenimuerò, ſicut pater filio vitam, ſubſtantiamque tribuit, ita creator cunctorum vitæ, atque

ſub-

ſubſtantiæ initium eſt; Et ſicut filius ſimilitudinem patris refert; ita vniuerſæ creaturæ aliquam alicuius gradus, & ordinis ſimilitudinem diuinæ ſubſtantiæ, & entitatis participant. Quare eleganter dixit Origenes, hom. 11. in Leuit. *Nomen patris, grande myſterium eſt: nomen matris grandis reuerentia eſt, cuius labore, cura, miniſterio filius natus, & nutritus eſt.* Qua ratione etiam Deus dici poteſt *mater*, quod illius paterna indulgentia, atque prouidentia, creaturas vniuerſas cõplectatur, foueat, & nutriat.

Sicut igitur Deo, tanquam rerum omnium opifici, creaturæ venerationem & reuerentiam debent: ita à liberis honor, in omni obedientiæ genere, parentibus debetur; Quã lex diuina, & Eccleſiaſtico præcipit, aut commendat; adeò vt non tam perſonarum ratio, quibus obeditur, habenda ſit, quàm voluntatis, & ordinationis diuinæ, quæ eos nobis præpoſuit, & patres dedit, ſeu naturales, ſeu ſpirituales, ſeu etiã ciuiles. Sicut enim à Deo ortus ſui principium acceperunt, ita etiam parentibus productionis ſui gratiam referre debent, à quibus ſunt non modo progeniti, ſed etiam enutriti, & educati. *Parentib. honor exhibendus & reuerentia.*

Vult ergò Paulus, Epiſcopum *filios*, (quos ſcilicet, ante ſuſceptum Epiſcopatum habuerat) *habere ſubditos*, hoc eſt, qui in rebus licitis & honeſtis, ad ipſius nutum, eiuſdem imperata faciant, *in omni caſtitate*, id eſt, cum omni reuerentia, & honeſtate.

Vox enim *caſtitas*, Græco vocabulo σεμνότητος, reſpondens, non caſtitatẽ modò, prout quædam temperantia eſt, moderationem circa delectabilia Vene- *Caſtitas, quid hic.*

reorum ſtatuens, ſed ſanctimoniam, modeſtiam, grauitatem, morumq; honeſtatem, ac verecundiam ſignificat; qualis eſſe in virginibus, ac iuuenibus bene inſtitutis ſolet; quas omnes virtutes, in Epiſcopi filiis requirit Apoſtolus, ne mala eorum vita ſit teſtimonium contra parentem, & Epiſcopum: *Ex iniquis enim ſomniis filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua*, Sap. 4. Qua enim libertate, ait Hieron. poſſumus nos (Epiſcopi) alienos filios corripere, & docere, quæ recta ſunt; cùm nobis ſtatim poſſit, qui fuerit correptus, ingerere; ante doce filios tuos: aut, qua fronte extraneum corripis fornicantem, quum mihi conſcientia mea ipſa reſpondeat: Exhæreda ergo filium fornicantem; abiice filios tuos vitiis ſeruientes, &c.

Nec eſt otioſum, quod hic admonet Ambroſius, epiſt. 82. Paulum dicere, *habentem filios*; non, *facientem*: quia ſcilicet non *pudicum* modo, aut *caſtum*, ſed & continentem eſſe oporteat Epiſcopum. Ad Titum cap. 1. de qua re ſuperius multa diximus.

XV. *Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?*

Ex communi corruptæ naturæ opinione, videtur Paulus comparare res temporales cum æternis, & res corporeas cum ſpiritualibus: Sic enim natura comparatum eſſe videtur, vt ea, quæ ante pedes cernuntur, auidiùs homines pleriq; expetant, quàm æterna, quæ ab ipſorum oculis ſunt abſcondita; Videtur enim ad illud Lucæ cap. 16. alluſiſſe: *Qui fidelis eſt*

Præſentiũ intuitu nos homines commoueri magis quã rebus æternis.

eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt. Quãuis.n. difficilius ſit, res magnas facere, quàm paruas, tamen ex paruis, de magnis ſolent homines facere coniecturam; ſicut, cùm aliquem videmus parua furta facere, coniicere ſolemus fore, vt etiam magna faciat; & è contrario, cum videmus parua furta nõ facere, quæ pro peccatis non habentur, non pomum, non obulum negligenter habitum rapere, indicium nobis eſt, magnæ in rebus magnis fidei.

Ex paruis coniectura de magnis fieri ſolita.

Comparans igitur Apoſtolus rem minimam, hoc eſt, domus priuatæ curam, & rei familiaris adminiſtrationem, cum re maxima, nempe Eccleſiæ regimine, argumentatur; quod ſi bona temporalia, quæ minora ſunt, malè fuerint ab aliquo adminiſtrata, eſſe veriſimile, vt & ſpiritualia non bene idem adminiſtret, quemadmodum de gratia Dei, cæteriſq; diuinis donis, tanquam de ingenti quodam theſauro, ſępe loquitur ſcriptura, cuius cuſtodia, & adminiſtratio cui datur, homini committitur. Vnde apud Lucam 16. cap. Dominus: *Si ergò in iniquo mammona fideles non fuiſtis; quod verum eſt, quis credet vobis?* Vbi manifeſtum eſt, *verum, iniquo* opponi mammonæ, ſumpto vocabulo (*iniquum*) pro falſo, eò quod homines deludat, & fallat (vt author eſt Maldonatus) cui rectè opponitur verum. Vocantur autem falſæ, diuitiæ temporales, quia facile pereunt, ſpemq; eorum fruſtrantur, qui in ipſis confidebant; veræ autem diuitiæ, ſpirituales, quia perpetuò manent, noſq; in æterna inducunt tabernacula.

Argumentum Apoſtoli à minori ad maius.

Falſarum diuitiarum, & verarum nomen.

Dicit ergò hoc loco Apoſtolus, non eſſe ſperandum, vt magno prouentu, atque magna vtilitate, Eccleſiam Dei gubernet, qui propriã œconomiam non

Digitized by Google

multum curauerit; in quem illud quadrat, quod Cant. cap. 1. ſcriptum eſt: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineam meam non cuſtodiui.* Debet enim Epiſcopus eſſe *fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore*, &c. hoc eſt, vt vnicuique ſuorum ſubditorum, demenſum ſuum tribuat, Luc. 12. Dixit; *vt det illis in tempore, tritici menſuram:* alludens ad veterum famulorum morem, quibus, qui omnium fideliſſimus erat, præponebatur, vt eos gubernaret, & pro cuiuſque meritis cibum diſtribueret. Si autem Epiſcopus, vt eſt apud Matthæum, cap. 24. *dixerit in corde ſuo; Moram facit Dominus meus venire; & cœperit percutere conſeruos ſuos*, &c. *diuidet eum, partemq́; eius ponet cum hypocritis:* hoc eſt, eiiciet ex familia ſua, ſeparabit à famulorum ſuorum numero. Ex quo, duo ſuppliciorum genera notantur eorum, qui rem Eccleſiæ publicam ſegniter adminiſtrant: *Vnum*, quod ab officio, quo malè functi fuerant, remoueantur: *alterum*, quod in ergaſtulum, vt nequam ſerui qui ſunt torquendi, tradantur, & communem cum hypocritis conditionem ſortiantur.

Epiſcopus, fidelis ſeruus familiæ Domini.

Epiſcoporum, functionem ſuã negligenter adminiſtrantiũ, pœna duplex.

Eiuſmodi autem negligentes Epiſcopi, & Preſbyteri vocantur *hypocritæ*, eò quod non ſoleant, niſi præſente Domino, laborare, &, vt ait Apoſtolus ad Epheſ. 6. *ad oculum ſeruire*, vt non tam boni ſint ſerui, quàm videri velint, quando in oculis ſui heri ſedulos ſe, & audientes dicto præbent. Propterea enim Paulus, præter communem ſeruorum morem, hoc amplius à ſeruis Chriſtianis exigit, vt ſint *non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes; ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate, ſer-*

Digitized by Google

uientes. Eiuſmodi ſpirituales ſerui erant Phariſæi, qui non tam diuini honoris zelo, quàm propriæ gloriæ, & lucri ſtudio, ſolicitabant, vt proſelytes facerent, quo legem, atq; ſuum populum viderentur promouere, & amplificare. *Væ,* inquit Dominus, Matth 23. *vobis ſcribæ, & Phariſæi, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum.*

Phariſæorum hypocriſis.

Aliud Epiſcoporum ſanctiſſimorum erat ſtudiũ promouendæ religionis, & fidei, qui non de ſe ſolis, ſed de proximis quoq; ſuis Deo lucrifaciendis, mandatum ſibi eſſe exiſtimabant, quo ſe veros, & idoneos Chriſti miniſtros eſſe probarent. Atque ita non ſolum ſe vulgari beneficio, ſed etiam amicitia, & familiaritate Domini ſui digniſſimos facto hoc reddebant, non tam priuatum ex quadam philautia honorem & quæſtum, quàm publicum Eccleſiæ bonum quærentes.

Sanctorum Epiſcoporum in promouenda religione ſtudium.

Non Neophytum. XVI.

Naſcente Eccleſia, cum ex Gentib. plurimi Chriſto nomina darẽt, periculoſum erat eos, quorum ſpiritus non ita in fide erant exactè probati, an eſſent ex Deo, vel ex Dæmone; ad Eccleſiæ principatum, eiuſque onera ferenda, prouehere: Propterea hoc loco prohibet Paulus, ne recens Baptiſmi ſacramento regeneratus, cæteris, tanquam Epiſcopus, præficiatur, eò quod difficile ſit ei, boni præceptoris officio fungi, qui ſe non aliquando cognouit diſcipulum fuiſſe, ne videlicet ſi iuniores ad Eccleſiæ munia prouehantur, per arrogantiam, ſicut diabolus, dignitatem amittant, & in profunda ſcelera demergantur. Hinc electuri in Iudæ locum, quempiam Apoſtoli, dixerunt: *Oportet ergò ex his viris, qui nobiſcum ſunt con-*

Neophytus in Epiſcopum non aſſumendus.

Digitized by Google

congregati, in omni tempore, quo intrauit, & exiuit Dominus Ieſus,&c. *teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis*, Actor. 1.

Conditiones obſeruandæ in eligendo Epiſcopo, aut ſacerdote.

In quibus verbis, videre eſt conditiones, aliquem vel ad ſacerdotium, vel ad Epiſcopatum eligendi, poſitas; nempe, vt in congregatione eligendorum ſimul facta, abſq; acceptione perſonarum fiat; ſimul etiam de numero fratrum congregatorum delectus aliquis eligatur, hoc eſt, eiuſdem fidei, religionis, eorundemq; morum: Nam quod attinet ad alias externas conditiones, gentis, ſiue patriæ, nobilitatis, doctrinæ, ætatis, famæ, ſtatui nihil poteſt, niſi pro variis temporum, ac locorum, ſimiliumque rerum circumſtantiis.

Epiſcopo multa myſteriorũ fidei peritia neceſſaria.

Vult ergò Paulus, vt talis Epiſcopus eligatur, qui longo temporis ſpatio, in Chriſtianiſmo verſatus, ita profecerit, vt ſubditos fidei myſteria docere probè poſſit; *quia* in Eccleſiaſticis, ait Hieronymus, in cap. 4. ad Epheſ. *quamuis ſanctus ſit, paſtoris ſibi nomen aſſumere nemo debet, niſi poſſit docere, quos paſcit.* Requirit autem, vt eligendus ſit vir ſexu, ætate, grauitate, doctrina, prudentia, & qui cum Eccleſiæ Doctoribus, & paſtoribus omni tempore fuerit verſatus; ne ſcilicet, neophytus, aut tyro, rerumq; gerẽdarum expers eligatur. Sicut enim nouæ plantæ adhuc teneræ, ob teneritudinem facilè corrumpuntur; ita etiam, qui nõ ita radicitus in fide & charitate ſunt radicati, verendum eſt, ne facilè à cœpto virtutis, & religionis tramite deficiant. Hinc ordinariè, ad Euangelij prædicationem, Chriſti, & Ioannis Baptiſtæ exemplis, non niſi talem ætatis maturitatem aſſecuti, ad Eccleſiæ gubernandæ clauum admittuntur. Quam ob cauſam

Neophytum Epiſcopatus non eſſe aptum. A ſimili.

Aetas admittendorum ad prædicationis officium.

Hiero-

Hieronymus, in cap. 1. Ezech. *Dominus, ac ſaluator triginta annos habens, ad baptiſmum venit, quæ in homine perfecta eſt ætas: Vnde & in Numeris à trigeſimo anno, inceperunt ſacerdotes in tabernaculo miniſtrare: in cuius ſignum præceſſit & Ioſeph,* Geneſ. 41. *quando in Aegypto eſurienti populo frumenta eſt largitus.* In quem locum; *Hac,* inquit Gloſſa, *ætate Chriſtus prædicare cœpit Euangelium, ante quam nemo debet aſſumi ad ſacerdotium, vel prædicationis officium.*

Pulchrè Gregorius, homil. 1. in Ezech. *Dicitur,* ait, *non arabit in primogenito bouis,* Deuteron. cap. 15. *Primogenitum bouis accipimus, in infirma ætate primi noſtri temporis bonam operationem: in qua tamen arandum non eſt, Quia cum prima ſunt adoleſcentiæ, vel iuuentutis noſtræ tempora, nobis adhuc à prædicatione ceſſandum eſt, vt vomer linguæ noſtræ proſcindere non audeat terram cordis alieni. Quouſque enim infirmi ſumus, continere nos intra noſmetipſos debemus, ne, dum tenera bona citius oſtendimus, amittamus: quia & arbuſta plantata, ſi prius in terra radicata non fuerint, manu tacta citius areſcunt, & conſtructi parietes, ſi impellantur, diruuntur, niſi à ſuo prius fuerint humore ſiccati,* &c.

Infirma ætas, prædicationi inhabilis.

Ne in ſuperbiam elatus, incidat in iudicium Diaboli. XVII.

Quando aliquis, ait D. Thomas, in hunc locum, recenter veniens ad fidem, ad conditionem aliquam promouetur, reputat ſe aliis meliorem, & valdè neceſſarium; quaſi, niſi eſſet ipſe, non haberetur, vnde prouideretur Eccleſiæ: Et de eiuſmodi verendum eſt, *ne in iudicium Diaboli incidat,* id eſt, ne in ſuper-

Neophytum Epiſcopatui non eſſe aptum. A ſimili.

Digitized by Google

Diabolus per ſuperbiam in præceps actus.

biam elatus, Diabolum imitetur, qui per ſuperbiam de ſua dignitate pręceps, in profundum inferni eſt demerſus, iuxta Eſaiæ cap. 14. *Non aſcendes, ſed deſcendes, & ad infernum detraheris.* Poſtquã enim *dixit in corde ſuo; In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum; ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium; & ſimilis ero altiſſimo,* eodem momento, quaſi cadauer putridum, cum ſuis adhærentibus, igni adiudicatus, in profundum barathri eſt detruſus, Apocal. 12. Atque hoc eſt, quod Dominus dixit, Ioan. 8. *quod homicida exiſtens ab initio, in veritate non ſteterit.* Licet enim in veritate, aliis donis, ac virtutibus omnibus fuerit à Deo creatus, in iis tamen non permanſit, ſed ad mendacium conuerſus, collegis ſuis in ſuam ſententiam, & propriam damnationem adductis, primos homines mendacio decepit. Quod etiam & per ſe, & per nefarios homines, & Sectarios etiamnum exercet, qui proinde Iudam traditorem imitantes, ob defectionem, tum à Domino, tum ab Apoſtolico collegio, Diaboli nomen non abs re ſibi vendicant, eò quod eiuſdem miniſtri effecti, Chriſtum maximè impugnent.

Diabolus, cur hoc nomine appellatus.

Varias autem ob cauſas, hoc nomen eſt impoſitum *Diabolo, nempe*, quod *Deum* apud homines ſit calumniatus, à qua omnium prima calumnia, Iuſtinus, in orat. parenet. ad Gentes, dicit, *Diabolum* eſſe appellatum. *Deinde* eò, quod calumnietur homines apud *Deum*, vt eum contra eos prouocet; cuius calumniæ meminit Chryſoſtomus, homil. 3. de patientia, exemplo probans ipſius Iob, cui impoſuit apud *Deũ*, quod propter bona temporalia, & mercedem temporalem illi inſeruierit, Iob. cap. 1 *Demum* eò, quod homi-

homines apud homines calumnietur, vt eos inuicem ſequire faciat: Et ſic Chriſtianos à principio, apud Gentes calumniatus eſt, imponens illis infinita ſcelera, & crimina, vt Gentes in eos inſurgere impelleret, de quibus Tertullianus in Apoleget. Omnes igitur, qui ſe Diaboli miniſtros præbent, eiq́;, tanquam inſtrumenta, ſeruiunt, Chriſtiq́; Eccleſiæ, Diabolo ſuaſore, nocumenta adferre per malitiam ſtudent, eundemq; etiam per ſuperbiam imitantur, non abs re Diabolos vocaueris, quemadmodum obſeruarunt Cyrillus, lib. 4. cap. 30. & Gregorius lib. 13. Moral. cap. 17.

Miniſtri dæmonis, etiam diaboli appellata.

Ex quibus colligere eſt, Sectarios, qui Chriſtum in ſuis ipſius membris pertinaciter perſequuntur, & apud plebem ſæpius calumniantur, non immeritò *Diabolos* poſſe vocari: Nam ſicut Deus creauit angelum bonum, & rectum; ipſe verò vitio, & ſuperbia ſua, Diabolum ſe fecit, & calumniatorem: Ita etiam Apoſtatæ, Lutherus, Caluinus, & alij Sectariorum coriphæi, in vera, & Catholica religione enutriti, ſua culpa, ſuo arbitrio, & malitia, ad Diaboli partes ſe conuerterunt, vt eius falſæ perſuaſioni obſequentes, fidelis populi cœtum, ad pertinacem agnitæ veritatis impugnationem, ex mera malitia, prouocarent. *Angelos,* ait *D.* Baſilius, in Pſalm. 32. *initio vt eſſent, verbum condidit: ſanctificationem verò ſimul impendit Spiritus ſanctus*, &c. Item: *In prima conſtitutione, & quaſi quadam conſperſione ſubſtantiæ, ſimul infuſam habuere ſanctitatem*, &c. Sed poſt quorum caſum, eiſdem dicit Eſaias 14. cap. *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris?* Nam oriebatur Lucifer gratia fulgidus, hoc eſt, auroræ filius, non noctis, in luce gratiæ, in ipſa

Sectarij, diaboli dicti.

Diabolus, cur Lucifer dictus.

Digitized by Google

mundi aurora, ante cæteras conditus creaturas, cum reliquis angelis; cecidêre tamē ex cœlo per ſuperbiā; cecidêre fulmina, & flammæ; cecidêre laquei, hominumq́; ſcandala: Vnde Ioannes, Apocalyp. cap. 12. *Væ terræ, & mari*, inquit, *quia Diabolus ad vos deſcendit, habens iram magnam.* Et Regius vates Pſal. 15, *Deiecisti eos, dum alleuarentur.* Quod etiam noſtri temporis ſectariis contigiſſe, docet experientia, quos ex ſuperbia, & elatione factos eſſe abiectionem, & confuſionem, ex lumine vmbram, ex die tenebras, denique ex ſuperborum exaltatione, ignominiam, eſt videre.

Sectariorū noſtri temporis, abiecta conditio, & confuſio, &c.

Vult ergò Paulus, vt ad gubernandum, & regendum Eccleſiæ clauum, Epiſcopus eligendus non ſit *neophytus*, hoc eſt, in fide Chriſtiana tyro, & non ita bene inſtructus; quia verendum, ne talis ad tantum dignitatis gradum euectus, tandem ſuperbiens, eodem, quo Diabolus iudicio puniatur, & ex ſublimi illa dignitatis ſede, vt ille ex cœlo decidens, in profundum & abiectum inferni locum, perpetuo manſurus, detrudatur.

XVIII. *Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat & laqueum Diaboli.*

Epiſcopo, bonæ vitæ teſtimonium, à populo neceſſarium.

Non modo fidelis populus de vita, & moribus eligendorum Presbyterorum, Epiſcoporumq́; conſulatur, ait Paulus, ſed etiam diligens ratio habeatur, qualem quiſque eligendus apud eos, *qui foris ſunt*, id eſt,

Digitized by Google

eſt, apud infideles, opinionem habeat. Populus enim in primitiua Eccleſia, teſtimonium de anteactæ vitæ ratione, eligendo perhibebat, quemadmodum Numer. 20. contigit in electione Eleazari; quo magis cognitos, probatosq́ue magis diligerent, vt auctor eſt Tertullianus, in Apolog. & Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. Vnde Leo epiſt. 87. c. 1. c. vota diſt. 63. in ſingulorum Epiſcoporum electione, vota requirit ciuium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electionem clericorum. Et denuò ibid. ſubſcriptionem clericorũ, honoratorum teſtimonium, *ordinis & plebis conſenſum.*

Suffragia populi in eligendo Epiſcopo.

Cum autem ius etiam ſuffragij populus vſurparet, vt de tempore Concilij Nicæni author eſt Theodoretus, lib. 1. Hiſtor. cap. 9. (tametſi requirat Concilium, agens de electione Epiſcoporũ Ægypti, confirmationem Alexandrini patriarchæ) rem indignè tulit Chryſoſtomus, & propter incommoda, penitus ſublata eſt populo electio, & poſtulatio, ſolumq́; eidem permiſſum eſt teſtimonium vitæ, & morum, quemadmodum hodie conſpicere eſt in ordinatione Epiſcoporum, & Presbyterorum. Hinc in Concilio Laodiceno, can. 12. & 13. & Cap. *Non eſt permittendum*, diſt. 63. prohibetur electio Epiſcoporum per plebem fieri. In more autem poſitum habuerunt priſci Chriſtiani, teſte Ælio Lampridio, in vita Seueri, vt ſi quando ſacerdotes ordinare voluiſſent, ipſorum nomina proponerent, palàm hortarentur populum, vt ſi quis, quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: Quod religioni noſtræ commodiſſimum erat, vt Ethnici de Chriſtiana religione non malè ſentientes, ab impietate ſua facilius reuocarentur.

Suffragium in eligendo Epiſcopo, populo ademptum.

Bonæ vitæ teſtimonium. futuro Sacerdoti neceſſarium.

Digitized by Google

tur. Hinc etiam Actor. cap. 6. ſcriptum eſt: *Conſiderate fratres viros ex vobis boni teſtimonij*, quorum ſcilicet vita, mores, doctrina, & conuerſatio, ſint omnibus probe cognita, atque perſpecta. Vnde non immeritò Cyprianus, lib. 1. epiſt. 68. *negat, immunem eſſe populum à contagione delicti, ſi ad iniuſtum, & illicitum præpoſiti ſui Epiſcopatum, conſenſum ſuum accommodet.* Et probat, electionem coram eo fieri debere, non tantum exemplo Aaron, & Eleazari, Numero. 20. ſed etiam Mathiæ, Act. 1. & Diaconorum, Act. 6. *vt vel detegantur*, inquit, *malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & ſit electio iuſta, & legitima, quæ omnium ſuffragio, & iudicio*, id eſt, teſtimonio, *fuerit examinata. Licet Dominus*, inquit Origenes, in Leuit. hom. 6 de conſtituendo principe, *præcepiſſet, & Dominus elegiſſet: tamen conuocatur etiam Synagoga: requiritur enim in ordinando ſacerdote, & præſentia populi, vt ſciant omnes, & certi ſint, quia qui præſtantior eſt in omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc teſtante populo, ne qua poſtmodum retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret.* Huc uſque Origenes.

Electio Epiſcopi coram populo facienda.

Huius porro petendi teſtimonij rationes duas reddit Apoſtolus, quarum prima eſt, ne Epiſcopi, vel Presbyteri authoritas minuatur, qua ablata, & infirmata, corrigendi libertas, & increpandi delinquentes tollatur, & ne ei dicatur, quod Matth. cap. 7. ſcriptum eſt: *Eiice primo trabem, & poſtea veniens*, &c.

Cur Epiſcopo futuro, bonum populi teſtimonium neceſſarium.

Alteram cauſam adiungit, vt Diaboli laqueum effugiat. Cum enim Epiſcopi & Sacerdotes, tanquā Dei interpretes & internūtij quidam ſint, qui eius nomine diuinam legem, & vitæ præcepta homines edocēt,

&

& ipſius *Dei* perſonam in terris gerunt, hoc ſibi proponant oportet, vt non ſolum *Dei* gloriam, in omnibus rebus quærant, ſed etiam in ſanctitate & iuſtitia ſemper viuant. Quamuis enim omnes fideles, pietatem & innocentiam, omni ſtudio ſectari debeant, quibus rebus *D*eus maximè colitur; qui tamen ſacerdotio ſunt initiati, omni vitio & reprehenſione carere debent, vt virtutis & innocentiæ lumen aliis ritè præferre poſſint: Nam vel à ſubditis, vel ab infidelibus, ſi contingat presbyteris crimina quædam obiici, vel exprobrari; verendum eſt, ne horum opprobriorum occaſione, tanquam reti quodam, *D*iabolus, qua eſt malitia & fraude, eos in deſperationem adducat, vel in eos ſubditorum odio conflato, partaq́; animorum alienatione, vt maledictorum, conuitiorum & calumniarum tædio affecti, diuinis laudibus decãtandis non ita diligenter vacent; vel etiam dignitatis ſuæ obliti, in apoſtaſiam, aut in hæreſin, vel flagitioſioris vitæ turpitudinem, per impatientiam prolabantur. *D*omini ſiquidem apud Malach. cap. 2. verba ſunt, ad ſacerdotes, ordinis & inſtituti ſui oblitos: *Irritum feciſtis pactum Leui, dicit Dominus exercituũ; propter quod ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, ſicut nõ ſeruaſtis vias meas*. Quaſi diceret: Quia malo exemplo multis ruinæ occaſio fuiſtis, à morum ſanctitate, & à cuſtodia legis recedendo, veſtris iniquitatibus efficitis, vt ego nõ reddam vobis, quæ leuiticæ familiæ promiſeram, quia nec vos id, quod illa facere ſolebat, facitis. Quia vero vita ſua ſacerdotij dignitatem dehoneſtãt ſacerdotes, fieri quotidie videmus, quod 1. Reg. 5. ſacerdoti prædicitur: *Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſq; in ſempiternum.* *Nunc*

Digitized by Google

Nunc autem dicit Dominus; abſit hoc à me: ſed quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex ipſis enim peccatis funiculi intexuntur & conficiuntur, ex quibus fiunt flagella noſtrorum ſuppliciorum, ſicut aliquando feciſſe dicitur filius Dei Ioan. 2. Neque ſolum ex peccatorum funiculis, flagellum, quod minus eſt, ſed vincula manuum & pedum conficiuntur, quibus *mittantur in tenebras*, ſicut ſcriptum eſt, Prouerb. 5. *Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.* Hoc quoque parum. Rete ex illis componitur multis nodis implexum, multis maculis & laqueis plenum: nam ex luxuria rete fit: ſicut de meretrice dictum eſt Eccleſ. 7. *Laqueus venatorum eſt.* Rete auaritia eſt; nam *qui volunt diuites fieri, incidunt in tentiones & laqueum diaboli.* infra cap. 6. Rete quoque ſunt doli & fraudes, in quas doloſus diues ipſe incidet: Nam *cadent in reticula eius peccatores*, Pſalm. 14. Et in vniuerſum, vt dicitur Prouerb. 29. *peccantem virum iniquum inuoluet laqueus.*

XIX. *Diaconos ſimiliter pudicos.*

Diaconorum munus.

Quoniam *pro patribus*, neceſſarium eſt naſci multos filios, Pſalm. 44; & Diaconis, tum ad Presbyterium, tum ad Epiſcopatum poſſint aſſumi; oſtendit iam Apoſtolus, quid eos, tanquam Epiſcoporum miniſtros, habere conueniat, & à quo item abſtinere debeant.

Diaconorum mentio cur facta, & nulla presbyterorum.

Quærit verò hoc loco Chryſoſtomus, cur omiſſo ordine Presbyterorum, tranſeat Apoſtolus, ab Epiſcopis immediatè ad Diaconos? Reſpondet Aërio Hæretico, (quem ſecuti ſunt impij Lutherani, qui mira

Digitized by Google

mira linguæ petulantia damnant Pontificios, gradus diſtinctos conſtituentes, Epiſcopatum, & Presbyterium) q, inter Epiſcopum, & Presbyterum fermè nihil interſit, ; Quippe, q, & Presbyteris Eccleſiæ cura ſic commiſſa; & ſic quæ de Epiſcopis hactenus fuerunt dicta, etiam Presbyteris congruere. *Sola quippe*, inquit, *ordinatione ſuperiores ſunt Epiſcopi*; atque hoc tantum plus, quàm Presbyteri habere videntur, quemadmodum Ambroſius, & Theophylactus teſtantur. ſecundum quos, nomen Epiſcopi apud Paulum ſignificat primam in Eccleſia perfecturam, non vulgarem ſacerdotem, quomodo nunc vſurpamus. Quæ ſignificatio, non eſt tam ex vi vocis (quę alioqui quemuis ſuperintendentem, & ſpeculatorem ſignificat) quàm ex vſu ſcholæ Chriſtianæ; ſicut & nomen Diani, generaliter ex ſe, quemuis miniſtrum ſignificat, quo modo cap. 15. epiſtolæ ad Romanos, Chriſtum nominat Apoſtolus *miniſtrum circumciſionis*, & apud Matthæum, cap. 20. de ſe dicit Dominus: *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*; Vſu tamen Chriſtianorum, certum miniſtrorum genus in Eccleſia denotat, quemadmodum inſinuant Ignatius, & Hieronymus. Omnes autem miniſtros in Eccleſia, non eſſe vnius, & eiuſdem ordinis, ac modi, ſed omnino diuerſi, atque adeo inæqualis, ex inſtitutione diuina certum eſt; cum Rom. cap. 12. ſcriptum ſit: *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto*, &c. *Habentes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei; ſiue miniſterium in miniſtrando; ſiue qui docet, in doctrina; qui exhortatur in exhortando*, &c.

Epiſcopi nomē quid Paulo.

Ordines miniſtrorum Eccleſiæ, diuerſi.

Digitized by Google

Et ad Epheſ. 4. *Dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad conſummationem ſanctorum*, &c. Quibus ſententiis, de inſtitutione diuina miniſtrorum diuerſorum, quæ eſt in Eccleſia, ad ædificatioem fidelium, ſermonem eſſe Apoſtolo, nemo niſi inſanus dubitat.

Congruentia ratio, circa ordinum Eccleſiæ diuerſitatem.

Et in his miniſteriis ſapientia diuina maximè eluceſcit, quæ ordinata, in rerum diſtinctione repræſentatur; qua etiam ratione, infirmitati humanæ, melius conſulitur, dum ad diuerſa officia adminiſtrāda, quæ per vnum commodè præſtari non poſſunt, plures miniſtri ſuppetunt; quorum dignitas ad plures pertinere poteſt, in eo maximè elucés, quod ſunt quidam cooperatores ipſius Dei; quo munere nihil eſt diuinius, vt affirmat, cap. 3. de cœleſti hierarchia. D. Dionyſius: Cui rei pulchrè illud accommodat D. Auguſtinus, quod in Pſal. 47. ſecundum LXX. Interpretes legitur: *Deus in gradibus eius cognoſcetur*, id eſt, *in gradibus ordinum miniſterij Eccleſiæ*, inquit Auguſt. in comment. illius pſalmi. Quo etiam ſpectat, quod in Pſalm. 44. legitur de Eccleſia: *Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.*

Miniſtrorum Eccleſiæ, tres ordines.

Miniſtrorum autem Eccleſiæ varietatem, ad tres ordines reuocat Scriptura; ad Epiſcopos videlicet, Presbyteros, & Diaconos; de quorum prioribus duobus, Epiſcopis ſcilicet, & Presbyteris, cum multa hactenus ſunt dicta, hic, quibus virtutibus præditum oporteat eſſe Diaconorū ordinem, ſubiungitur: Qué, miniſterij diuinitùs inſtituti ſacramentū eſſe conſtitutum, ex cap. 6. Actor. patet, vbi iubentur fratres, *conſiderare viros boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu ſancto,*

Diaconatum eſſe Sacramentum.

cto, & ſapientia, quos conſtituant ſuper hoc opus. Ex quo etiam loco colligitur, cum fuerint quadam religionis ceremonia, impoſitione nempe manuum, & oratione electi, non tantum eſſe ſacramentum, ſed etiam ordinem ſacrum, vt Ignatij, Dionyſij, Clementis, & omnium liturgiarum authoritate probari poſſet; qui miniſterium altaris, contactum, & delationem vaſorum ſacrorum, ſolennem recitationem Euangelij, Dominici ſanguinis diſpenſationem iis aſſignant, eoſdem comparantes cum Leuitis veteris Teſtamenti, eodemq; nomine Leuitas vocantes; quorum ordinem, ordine Epiſcoporum, & Presbyterorum eſſe inferiorem, hoc etiam loco declarat Apoſtolus, cum paulò poſt ſubiicit, *ſi bene miniſtrent gradum bonum acquiſituros,* hoc eſt, peruenturos cum dignitate ad ordinem altioris miniſterij.

Diaconatum eſſe ordinem ſacrum.

Diaconi, Leuitæ dicti.

Quare omnes antiqui patres, Diaconi officium eſſe tradiderunt, aſſiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus, quæ aguntur, in ſacramentis ſcilicet, in Baptiſmo, in Chriſmate, in patena, & calice, atque adeò etiam oblationes inferre, & diſponere in altari, & componere menſam Domini, & legere Euangelium publicè in Eccleſia; &c. quæ propriè pertinent ad miniſtrandum Epiſcopis, & ſacerdotibus, in ſuis functionibus; licet olim etiam Diaconis commiſſa fuerit eleemoſynarum, & bonorum communium Eccleſiæ tum procuratio, tum adminiſtratio. Et quidem, quod ad munus miniſtrandi ſacerdotibus attinet, in ſacrificij oblatione, & diſpoſitione Euchariſtiæ; authores ſunt Clemens, lib. 2. Conſtit. Apoſtol. cap. 14. Cyprianus, ſerm. de lapſis, Ambroſius, lib. 1. offic. cap. 41. & alij.

Diaconi officia quæ ſint.

Digitized by Google

Prædicãdi munus Diaconatui annexum.

Ad prædicationem vero quod attinet, de SS. Stephano, & Philippo Diaconis, teſtantur 8. & 9. Actor. capita, ſicut & de B. Vincentio martyre, qui Diaconus tantum, Auguſtino, ſerm. 2. de eodem, teſte, eſt concionatus.

Vult porrò Apoſtolus, iiſdem pollere Diaconos virtutibus, eademq; cura eligi, ac ordinari, eadem etiam in ordinatione, & examine ſeruari, quæ ſupra in Epiſcopis deſiderauerat: Et huius ratio eſt, quoniam in Presbyteros, & Epiſcopos Diaconi euadunt, iiſq; proxime inſeruiunt, ſicut ante diximus.

Pudicitia cur Diacono neceſſaria.

Aſſignans ergò conditiones Diaconorum Apoſtolus, complecti ſimul videtur eorundem officia, tam ſacra, quàm profana. Eam enim ob cauſam, ab iis pudicitiam exigit, quod facile eſſet, in contraria pudicitiæ, & ſimilia vitia incurrere, verſantem cum quibuſuis, etiam cum fœminis, & tractantem alimenta, atque pecunias: Sancta enim tractaturos Dei myſteria, *decet ſanctitudo*; Nam etſi omnes Chriſtiani *templum Spiritus ſancti ſunt, qui in ipſis eſt* (1. Corinth. 3. *Neſcitis, quod templum Dei, eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis)* ſacris ſanè vſibus mãcipatos, impuræ cogitationes, turpes aſpect⁹, impudicęq; cõuerſationes, leues geſtus, &c. minime decent. Datum enim eſt homini corpus, quod Deus caſtis, mundiſq; actionibus occupatum vult eſſe, & ſanctitate.

Pudicitia, & continẽtia Diaconis commendata.

Rectè igitur ſacris initiatos monet Innocentius 1. epiſt. 2 cap. 9. *Si priſcis*, inquiens, *temporibus de templo Dei ſacerdotes, anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia*, Luc. 1. *legimus, nec domum ſuam tangebant; quantò magis ij ſacerdotes, vel leuitæ, pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus non præterit dies, qua*

vel

vel à ſacrificiis diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent? Cui ſubſcribens in capite 1. Luc. venerab. Beda: *Pontifices*, inquit, *vicis ſuæ tempore, templi tantum officiis mancipati, non ſolum à complexu vxorum, ſed ab ipſo quoque domorum ſuarum abſtinebant ingreſſu: Vbi noſtri temporis ſacerdotibus, & Diaconis, quibus ſemper altari ſeruire iubetur, perpetuò ſeruandæ caſtitatis exemplum datur.* Ergò Diaconos pudicitia, ſiue caſtitas, imò & ipſa continentia maximè decet, vt videlicet tales ſint, qui vita & moribus diſciplinam in omnibus præ ſe ferant Chriſtianam. Sed de his alias.

Non Bilingues. XX.

Sermone veracem, perfectum, & ſimplicem vult Paulus habere Diaconum, non bilinguem, aliud ſcilicet corde ſentientem, & aliud ore proferentem: Hoc enim vitium, cum in omnibus, tum in diuini verbi miniſtris præcipuè turpiſſimum eſt, & fœdum, imò abominabile, vt quorum ora, & linguæ, Spiritus ſancti ſunt organa, à quibus tam in dictis, quam in factis, omnis doli, fraudiſque expers veritas exigitur. Hinc immaculatæ vitæ perfectionem & innocentiam eò reuocaſſe videtur Dauid, Pſalm. 14. Volens enim eum deſcribere, *qui ingreditur*, id eſt, viuit *ſine macula*, hoc eſt, perfectè, integrè, & ſimpliciter *iuſtitiam operatur*, ſiue vniuerſam legem adimplet, eum, ſubiunxit, *operari* demum *iuſtitiam*, *qui loquitur veritatem in corde ſuo:* id eſt, quod loquitur, non ore tantum, ſed ex corde loquitur; Atque per expoſitionem, addidit: *Et non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum*, hoc eſt, non detrahit, neque accipit æquis auribus detractores, non decipit, aut iniuratam mentem

Diaconum bilinguem eſſe nō debere.

Veracitas in dictu, laudata.

Digitized by Google

gerit, cum exterius lingua iurat. Quam rem videtur imitatus Iacobus, cùm cap. 3. ſuæ epiſtolæ dixit: *Siquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.*

Bilingues, reprehenſi.

Bilingues autem aliis nominibus vafri, verſipelles, ſubdoli, & animo duplices appellantur, de quibus Pſal. 11. Regius vates: *In corde & corde*, inquit, *loquuntur*, dum aliud labiis doloſis profitentur ſe habere, aliud verò imo pectore gerunt; Quin etiam duas in eodem ore linguas geſtant, non ſolum, vt nunquam tacere poſſint, ſed vt nunquam loqui ſibi conſtantia videantur. Vnde D. Iacobus, dum animo duplices ad meliorem ſimplicitatis frugem reuocare vellet, hanc munditiem, & puritatem præcepit: *Emundate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo.* Et hoc, quia Prouerb. 13. deteſtatur ſapiens *viam prauam, & os bilingue*; è diuerſo vult Paulus, vt eſt, apud Ciceronem lib. ſenect. animum omni admiſtione corporis liberatum, purum & integrum.

XXI.

Non multo vino deditos.

Ebrietas orationi, vigiliis & ſanæ doctrinæ, &c. aduerſa.

Nihil enim eſt, quod orationi, vigiliis, meditationibus, ſanæ doctrinæ magis aduerſatur, quàm ebrietas, crapula, ingluuies, quæ eam ob cauſam fugienda volebat Dominus, Luc. 21. quod futuræ vitæ contemplationi, & honeſtis officiis, tanquam laquei, magno ſint impedimento: Cum enim dixiſſet; *Vigilate, & orate*, ſubiunxit: *Attendite, ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ.* Eſt enim ea temulétiç turpitudo, vt exiſtimarit Anacharſis, ad fugiendam ebrietatem, remedium eſſe ebriorum fœditatem intueri. Rogatus enim, qua ratione quis effugeret, ne fieret vinolentus, reſpondit, ſi ſemper habeat

Anacharſidis dictum, de ebrietate fugienda.

Digitized by Google

beat præ oculis ebriorum indecoros mores, ob quos meritò D. Chryſoſt. hom. 1. ad populum, ebrietatem, generis humani vocat opprobrium. Quod eo ipſo declaraſſe videntur Lacedæmones, quod pueris temulentos oſtendebant ſeruos, vt ebrietatem magis abominarentur, videntes quàm deforme ſpectaculum ſit homo ebrius, & temulentus. Hinc Ambroſius, lib. de Elia, & ieiunio, cap. 16. *Ebrij*, ait, *vocem amittunt, colore variantur, oculis igneſcunt, ore anhelant, fremunt naribus; in furore ardeſcunt, ſenſu excedunt.* Et D. Baſilius, homil. 14. Ideò verbo *grauandi* ſcitè vſus eſt Dominus, ſuos volens diſcipulos ab ebrietate, & temulentia deterrere, eò quod ebrietate cor prægrauetur, & ratio extinguatur, & ſepeliatur, iuxta illud Poëtæ lib. 2. Æneidos.

Lacedæmones pueris ſuis temulentos ſeruos oſtendere ſoliti.

Ebrij graphicè depicti.

Inuadunt vrbem ſomno, vinoq; ſepultam.

Cum ergò ebrij, vt eſt apud Eſaiam capite 28. *à vino abſorbeantur*, ideò ab Eccleſiæ miniſtris (quos pudicos antea eſſe voluit) ſingulariter temulentiam cupit remotam, eò quod, authore Chryſoſtomo, homil. 58. in Matth. Diabolo nemo magis ſit amicus, quàm qui deliciis, & ebrietate maculatur. Hinc enim fons, hæc mater, atque origo vitiorum omnium. Quid delitiarum hæc fœditas mali non inducit? Su es ex hominibus facit. Vnde Salomon, Prouerb. 23. *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui fouea? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Quamobrem, Epheſios capite 5. monens Paulus: *Nolite*, inquit, *inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Hinc Diuus Auguſtinus, ſerm. 131. de Tempore: Omnes ebrioſos, tales eſſe dicit, quales paludes eſſe videntur: Naſ-

Ebrietas mater, & fons malorum.

Digitized by Google

Naſcuntur ibi ſerpentes, ſanguiſugæ, ranæ, & diuerſa genera vermium: ſimiles propterea ſunt ebrioſi ſanguiſugæ, de qua Horatius, in arte Poëtica:

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

XXII. *Non turpe lucrum ſectantes.*

Priuati quæſtus cupiditas cur Diaconis interdicta.

Ideò priuati quæſtus cupiditatem, Diacono tam ſtudioſè prohibet Apoſtolus, non ſolum, ne diuertatur à iuſtitia, ſed etiam à veritate; prædicando, & faciendo ſcilicet, quod non oportet: nam qui tum æquitatem, tum veritatem acceptis muneribus, corrumpit, quid non iſte venale habeat? Hinc eſt, quod Dominus, ad prædicandum ſuos Apoſtolos miſſurus, præceperit Matth. 10. *ne pecuniam in zonis ſuis ferrent*, vt ſcilicet prædicationis donum, quod gratis acceperant, gratis etiam illud aliis impertirentur: Vbi Hieronymus: *Quia*, inquit, *ſemper dona ſpiritualia, ſi merces media ſit, viliora fiunt: adiungitur auaritiæ condemnatio*, quaſi diceret Dominus: Ego abſque pretio hoc vobis tribui, & vos ſine pretio date, ne Euangelij gratia corrumpatur. Ideò propheta Elizæus, 4. Reg. cap. 5. à Naamano leproſo, cui ſalutem miraculo attulerat, munus noluit accipere; quod, quia famulus Giezi accepit, in lepram incurrit, quæ à Naamano diſceſſerat. Vnde Petrus ad Simonem Magum, Actor. 8. (à quo Simoniæ vitium nomen inuenit) *Pecunia*, inquit, *tua, tecum ſit in perditionem, quia donum Dei pecunia exiſtimaſti poſſideri.* Ex his colligitur, tam Epiſcopos, quàm Diaconos, rerum terrenarum curis exutos eſſe oportere; & hoc, vt ad miniſterium ſibi commiſſum expeditius reſpiciant; alioqui, quod de pſeudoprophetis à ſeipſis miſſis, audient à D. Petro: *In auaritia fictis verbis, de vobis negotiabuntur*, 2. Petr. 2. Et:

Eliſæus Naaman Syrum à lepra liberans.

Terrenorum cura ab Epiſcopis, & Diaconis remouenda.

cor

Digitized by Google

cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij; derelinquentes rectam viã, errauerunt, ſecuti viam Balaam, &c. Et Paulus, à Deo miſſus, 1. Theſſalon. 2: *Loquimur*, inquit, *non quaſi hominibus placentes, ſed Deo; qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis; neque in occaſione auaritiæ; Deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.*

Hinc cùm bonorum terrenorum contemptio; concionatoribus populum maximè conciliet, *audacter*, ait Simon Caſſianus, lib. 9. cap. 18. *dixerim, quod neq; in miraculis Apoſtoli, ſæculo ita mirabiles apparuerunt, ſicut in contemptu rerum. Neque in efficacia verbi tam homines commouerunt ad nouitatem vitæ, ſiue doctrinæ ad præſtandam fidem dictis, ſicut à viſibilibus, & communiter appetibilibus tota libertas.* Et Chryſoſtomus, hom. 57. in Matth. *Magnos Apoſtolos*, inquit, *effecit verus, ac non ſimulatus gloriæ, atque pecuniæ contemptus. Et quoniam nullam harum rerum ſæcularium curam habebant: Nam niſi hoc habuiſſent, ſi paſſionibus, veluti nos, ſeruiuiſſent, etiamſi à morte innumeros homines ſuſcitaſſent, non ſolum nihil vtilitatis feciſſent, verum etiam deceptorum nomen non effugiſſent.* Inde *omnia arbitratus eſt* Paulus *vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret*, Philip. cap. 3. Et; *Quæ mihi fuerant lucra, præter Chriſtum* (ait) *arbitratus ſum detrimenta.* Vocatur autem id turpe lucrum, quod æquitati, & iuſtitiæ repugnat, cuiuſmodi ſunt rerum ſacrarum, pecuniæ comparandæ cauſa, adminiſtratio, ſimonia, vſura, ſacrilegia, &c.

Bonorum terreſtrium contemptus Prædicatori neceſſarius.

Turpe lucrum, quid hic.

Habentes myſterium fidei in conſcientia pura. XXIII.

Myſterium fidei, quid?

Rectè *myſterij* nomine, arcana fidei, quæ non omnib. reuelanda ſunt; vel etiam totam fidem, ſiue totã Chriſtianiſmi profeſſionẽ, & crucis Chriſti prædicationem, multi grauiſſimi Theologi debere intelligi arbitrantur: quamuis etiam nihil videatur obſtare, quo minus *myſterium fidei*, hoc loco accipiatur, cum Catharino, in Lorino in cap. 6. Act. Apoſt. pro *calice Euchariſtiæ*; quaſi diceret Apoſtolus, vt Diaconi *in pura*, & ab omni læthiferi peccati inquinamento mũdata conſcientia, tractent, fidelibusq; porrigant calicem ſanguinis Dominici: Solitos enim in primitiua Eccleſia fuiſſe Diaconos, fidelibus calicem ſanguinis Dominici porrigere, teſtantur inter cæteros Patres Cyprianus, ſerm. 1. de lapſu, & Ambroſius, lib. 1. Officior. cap. 41. Hinc Hieronymus, epiſt. 1. dicit, vnum è ſeptem Diaconis, Act. cap 6. ab Apoſtolis electis, Nicolauum nomine, calicem Domini miniſtraſſe.

Hæc verba myſterium fidei, cur in canone miſſæ poſita.

Quocirca, credibile eſt, (vt notat Lorinus, loco citato Actuum) Eccleſiam in forma calicis, hæc verba (*myſterium fidei*) ex Apoſtolo mutuatam, non autem de ſuo addidiſſe, vt ſentiunt paſſim, qui de ritibus Eccleſiaſticis ſcripſere. Reddit autem huius rei ſuo cauſam, quia multi hærebant, quomodo ſub ſpecie elementorum ſumeretur corpus, & ſanguis Chriſti; & hac ratione, ſcrupulum ſuſtulit, quaſi diceret; Sacramenta, quæ vides in altari, æſtimanda ſunt, non ſpecie, ſed fide.

Fidei neceſſitas in venerabili Euchariſtiæ ſacramento.

Cum ergo hæc verba, *myſterium fidei*, ad calicis conſecrationem adhibentur, non rei veritatem excludunt, ſed quod occultè latet, atque ab oculorum ſenſu remotiſſimum eſt, certa fide credendum eſſe ſignificant; nempe Chriſti ſanguinem ſub vini ſpe-

Digitized by Google

ſpecie latentem, fide potius eſſe cernendum, non verò aliquo ſenſu exteriori, vel videndum, vel tangendum: Nam cum in eo plurimum difficultatis, & negotij humana ratio experiatur, rectè ad inexplicabilem altitudinem myſterij reuocatur, vt nobis innuatur, Chriſtum Dominum verum Dei filium, ſimulq; Deum, & hominem, mortem pro nobis pertuliſſe; & quidem mors, ſanguinis ſacramento deſignatur.

Conſciētia puritas Diaconis neceſſaria.

Dicit autem, *myſterium fidei in conſcientia pura eſſe habendum*, eò quod ſancta ſint ſacramenta, quæ non ab impuris porcis; & canibus ſunt adminiſtranda, ne magno cum populi ſcandalo, videantur ea diſpenſare Diaconi; iuxta illud dictum Domini ſacerdoti Heli, 1. Reg. 2. *Quare calce abiecisti victimam meam, & munera mea, quæ præcepti tibi, vt offerrentur in templo?* Sicut enim Heli dicitur abiecisse calce victimas, & ſancta munera; ſic ſacerdotes; & Diaconi improbi calce abiiciunt ſancta, & Dei ſpernunt ſtupendum ſacrificium, qui in conſcientia impura, & peccatis mortalibus inquinata celebrant, & miniſtrant. Qua de re, ſic ſcribit Card. Caietanus, in cap. 7. Matth. *Annon*, inquit, *Margaritæ mittuntur ante porcos, cùm ſacramentum ordinis, ſacra religionis, aut caſtitatis profeſſio, ſacerdotia, & id genus alia pretioſa apud Eccleſiam, exhibentur hominibus ſola cupiditate hæc ſubeuntibus? Teſtatur conſequens conculcatio tam pretioſorum ordinum, ſtatuum, graduum, atque officiorum.* Hæc ille.

Heli ſacerdotis peccata in officio ſacerdotali.

Homines flagitioſi ad ſacros ordines nō promouendi.

Quare diligenter cauendum eſt, ne fidei Chriſtianæ ſancta, & occulta myſteria, pretioſæque gemmæ, hominibus flagitioſis, impuris, veritatis oppug-

natoribus, committantur, aut credantur, & iis maximè, quos viderimus nihil inde fructus percepturos, ſed potius & docentibus perniciem, & myſteriis contemptum, atque conculcationem allaturos: Ob quã cauſam, prohibuit Dominus, ne *ſanctum daretur canibus*, Matth. 7. ſuper quem locum Euthymius *ſanctum* & *margaritas*, fidei noſtræ myſteria appellauit. *Sanctum*, vtpote diuinum; *margaritas* propter pretioſa dogmata. *Canes* vero & *porcos* vocauit eos, qui immedicabili tenentur impietate; & propterea *myſterium fidei* vult Paulus *haberi in conſcientia pura*, ne dicatur ei, quod Pſalm. 49. dictum eſt: *Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? tu autem odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum: Propterea deſtruam te*, &c.

XXIV. *Et hi autem probentur primum: & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.*

Probandi prius Diaconi, quam ad tam ſacrum miniſteriũ admittantur.

Priuſquam ad Diaconiæ, ſeu miniſterij Eccleſiaſtici gradum aliquis promoueatur, requirit Apoſtolus, vt de eiuſdem anteacta vita & moribus, diligens ſumatur à primoribus Eccleſiæ, informatio, ne fortè crimen eiuſmodi anteà deſignarit, propter quod in ius publicum vocatus, non ſine famæ iactura, & publici boni incommodo, debeat puniri; Ideò priuſquam ad id genus dignitatis admittantur, vult eoſdem *probari*, hoc eſt, de virtutis, & probitatis eorundem conſtantia, ſtabilitateq́; ſumi experimentum ab iis, ad quos probandi authoritas pertinet. Rectè enim monet D. Ioannes, 1. ſuæ epiſt. cap. 4. *vt non credatur omni ſpiri-*

Digitized by Google

ſpiritui, ſed probentur ſpiritus, an ex Deo ſint. Nemo autem recte probari poteſt, qui ſuæ virtutis in aliqua ſocietate, addo etiam tentatione, ſpecimen aliquod non ediderit, eò, quod teſte Gregorio, in cap. 33. Iob. *nemo vires ſuas in pace cognoſcat.* Si enim bella deſunt, virtutum experimenta non proderunt. Improuidus enim hic miles eſt, qui fortem ſe in pace gloriatur, maioraq; molitur, quàm ipſius vires ferant: Recte enim dictum eſt, ab Horatio.

——— verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Aiunt autem, inquit, Origenes, homil. 3 in Hierem. *eos, qui mercimonia lapidum exercent, cum voluerint probare adamantem, vtrum ſit adamas, annon; quandiu malleum, & incudem non inuenerint. Tunc autem perſuaderi eſſe veriſſimum adamantem, ſi indomitus lapis, ſi inter incudem & malleum perſeuerat, ſi percutiente deſuper malleo, & incude ſuppoſita, durior lapidum natura compingit.* Talis vir eſt, qui ad Eccleſiæ clauum eſt adhibendus. Ante tentationes, & probationes, ab his, qui probare lapides neſciunt, ignoratur. Et licet ſolus Deus adamantinorum lapidum naturam ſciat, prudentes tamen ex fronte, & diutina conſuetudine, hominis indolem atque ingenium haud difficulter diſpiciunt: Nam *ſicut ſplendens vultus reſpicientium in aquis; ſic manifeſta ſunt corda hominum prudentibus.* Prouerb. 27. *Sunt enim homines iuſti*, ait Auguſtinus, Pſal. 120. *quomodo vaſa figuli. neceſſe eſt, vt vaſa fornacem intrent*, id eſt, *tentationibus, & examinibus, velati igne probentur.* inde eſt, quod ſæpe requiratur, vt ad Eccleſiaſticæ dignitatis functionem admittendus, bonum habeat vitæ, & doctrinæ teſtimonium, priuſquam miniſtret.

Adamas probari ſolitus, an falſus ſit.

Hominis geniũ, & ingenium ex fronte, oculis, conuerſatione, &c. æſtimari ſolitum.

Iuſti vaſis Figuli comparati.

XXV. *Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. Diaconi ſint vnius vxoris viri: qui filiis ſuis bene præſint, & ſuis domibus.*

Quid per mulieres, hic intelligatur.

Licet Ambroſij commentarius per *mulieres*, hoc loco, quaſuis, etiam populares intelligat, quia tamen Paulus non totum populum, ſed ſolos Clericos erudiendos ſuſcepit, omnes alij Patres, tam Græci, quàm Latini, de mulieribus Pauli mentem interpretantur, quæ aliquod miniſterium in Eccleſia habebant, quas Orientales *Diaconiſſas* vocabant, quemadmodum Hieronymus, vel potius Primaſij, aut Sedulij ſcholia meminerunt. Huius porrò rationem afferunt Lyranus, & Bruno, quod inconueniens videri poterat, ſi Paulus ante, & poſt de Diaconis agens, de muleribus aliquo modo ad ſe pertinentibus nullam mentionem faceret. De quibus etiam Paulum loqui, ſermonis eiuſdem tenor palàm teſtatur, cùm de Epiſcoporum, & Diaconorum clientela, & familia tantùm loquatur, eamq; inculpatam, immaculatam, & exemplarem eſſe cupit. De laicorum verò vxoribus, iam ante egit: & de viduis, quas Eccleſia ſuſcipiebat, ſuo loco loquetur.

Diaconiſſæ, quæ ſint.

Diaconiſſæ quale habuerint miniſterium.

Non eſt tamen exiſtimandũ, eas Diaconiſſas fuiſſe aliquam partem Cleri; ſed miniſterium tantum externum obiuiſſe in Eccleſia, cuiuſmodi ferè nunc habent, quæ hodie in Xenodochiis, aut ſimilibus locis, infirmorum curam habent. Vnde, ne quis eas exiſtimaret ad hierarchiam ſpectare, Concilium Nicenum I. & plura alia, annumerant eas inter laicas. Dicebantur

tur autem Diaconiſſæ, vel Diaconæ, ſicut & Presbyteræ, illæ mulieres, quarum viri, ex illarum conſenſu, promoti eſſent in vnum ex illis ſacris ordinibus; quarum appellationum, & denominationum exempla, ſunt in Concilio Turonenſi, referente Baronio, tom. 1. Annal. Et hæ Diaconæ, è prima virorum ſuorum ad ſacros ordines promotionis die, perpetuæ caſtitatis ſeruandæ voto non minus, quàm viri aſtringebantur; quarum munus, & officium erat, Clemente lib. 3. conſtit. Apoſtol. cap. 8. teſte, mitti aliquando ad mulierum domos, cum non poſſet ire Diaconus, propter infideles, & improborum cogitationes, abſtergere præterea frontes earum, quæ ab Epiſcopo inungebantur; exhibere demum miniſterium, circa baptizandas, ob honeſtatem, & decorum, &c.

Diaconiſſæ vnde nomen hoc traxerint.

Diaconorum munus.

Rectè ergò Hieronymus, de his Diaconiſſis conditiones illas acccipit, quas hoc loco, in mulieribus requirit Apoſtolus, quarum prima eſt, vt ſint *pudicæ*; innuens, ſe pari honeſtate & verecundia velle Diaconiſſas, ac ipſos Diaconos eſſe præditas: Scriptum eſt enim: *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata.* Eccleſ. 26. Vult deinde illas eſſe non detrahentes, id eſt, modeſtas, in lingua ſcilicet, hoc eſt, non bilingues, non ſeditioſas, non loquaculas, & denigrantes famam proximi, non numerantes, &c. quia Eccleſiaſte 10. cap. dicitur: *Quomodo ſi ſerpens mordeat in ſilentio, nihil eo minus habet, qui detrahit.* Similiter vult eſſe *ſobrias*, & ſibi ſemper præſentes, ac verecundas; in quibus, mulierum maximum ornamentum conſiſtere, cap. 2. dixit, vbi *mulieres in habitu ornato, cum verecũdia, & ſobrietate ornatas*, velint in publico comparere. *Fides* autem, quæ à mulierb. hoc loco exigi-

Conditiones Diaconiſſis neceſſariæ, quæ ſint.

Fides, quid hic

Digitized by Google

de recta fide & ſana doctrina, Rom. 16. cum Romanos monet, vt *obſeruent eos, qui diſſentiones & offendicula præter doctrinam, quam ipſi didicerunt, faciunt.* Ad Galat. 1. Philip. 3. Coloſſ. 1. aliisq; in locis. De legitima vocatione, Rom. 16. *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Hebr. 5 *Nemo ſumit ſibi honorem,* &c. De Eccleſiaſtica ordinatione, infra cap. 4. *Nemini cito manum impoſueris,* &c. De cathedræ vnitate, notans futuros lupos, qui *abducerent diſcipulos poſt ſe,* Act. 20. Hæc quatuor neceſſaria ſunt, & eſſentialia Catholico & legitimo paſtori: & ſine iſtis quatuor, aut latro erit, aut lupus: Cætera vero ab Apoſtolo, & in hac, & in ea, quæ eſt ad Titum epiſtolis, enumerata, ad integritatem, & ad bene eſſe, non ad ſubſtantiam, & ipſum eſſe Epiſcopi pertinent: Imo, nec omnia hic enumerata ſemper neceſſaria ſunt, aut etiam conueniunt, (quis enim dicat, neceſſarium eſſe, vel etiam conuenire, vt ſemper Epiſcopus ſit *vnius vxoris vir*, aut *vt filios habeat?*) nec cætera omnia vnquam, aut vix vnquam, in vno eodemq; homine vniuerſa concurrunt. Ornamenta igitur ſunt illa boni paſtoris, non vel eſſentialia, vel neceſſaria cuiuis paſtori. Tametſi enim propoſitum ſit his conditionibus verbum *oportet*, non tamen abſolutam, ſed hypotheticam neceſſitatem hoc verbum denotat; nempe, ſi perfectus, & omnibus numeris abſolutus eſſe velit Epiſcopus, oportet, &c. Hoc ſenſu Matth. 24. dicitur, *oportere eſſe prælia,* poſita ſcilicet hominum malitia, aut poſito Dei decreto, quo conſtituerat punire Iudæos. Sic item Apoſtolus, 1. Corinth. 11. *Oportere eſſe hæreſes,* &c.

Hoc autem loco expreſſius, inferioris dignitatis Eccleſiaſticos miniſtros, hortatur Apoſtolus, quo ſe

Digitized by Google

in humilioris gradus miniſterio ita gerant, vt ad maioris momenti dignitates, & titulos in Eccleſia poſſint, dato fidei, doctrinæ, pietatisq; ſpecimine, promoueri. Hinc Ambroſius, hunc locum interpretans, ait: *Qui, ſi bene filios gubernauerint, & domos ſuas*, id eſt, *vernaculos, aut domeſticos; poterunt digni fieri ſacerdotio, & eam habere apud Deum fiduciam, qua ſciant ſe impetrare poſſe, quod poſtulant, iam ſe de cætero ab vſu fœminæ cohibentes.*

Facienti quod in ſe eſt, Dei gratiam non deeſſe.

Facienti enim ex corde, quod in ſe eſt, ac inprimis omnem ſuam fiduciam in Deum collocáti, Deus non deeſt, & qui in minimo, vti decet, ſe gerit, maiora ſine difficultate à Deo facile impetrabit, ſi eius ope, atque auxilio nitatur. *Hæc eſt* enim *fiducia, quam habemus ad eum* (Chriſtum) inquit Ioannes 1. epiſt. cap. 5. *quia quicquid petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos.* Vulgatum ſiquidem eſt illud Auguſtini, ſuper Pſal 90. *Deus recipit ad ſe confugientes; aliter in eo eſſet iniquitas.* Nam ille, per regium prophetam promiſit, dicens Pſalm. 90. *Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum: Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* His enim, & aliis huiuſmodi promiſſionibus, ſemper Deus ſatisfacit, propter quod dicit Paulus, Hebr. cap. 10. *nos tenere fidei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, quia fidelis eſt, qui repromiſit.* Promiſit autem Deus non in hoc mundo tantum, ſed & in futuro, quando acceptæ gratiæ rationem in iudicio ab omnibus, qui ſe eius ſeruos profitentur, eſt exacturus. Tunc enim illis dicturus eſt; *Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.*

Deus ſuſceptor ad ſe confugientium.

Qui-

Digitized by Google

Quibus verbis, docet Chriſtus, maiora ſe bonis ſeruis, quàm ipſorum merita ſint, præmia daturum eſſe, quia *non condigni ſunt labores huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Neq; n. oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Dominus iis, qui diligunt illum*, Eſai. cap. 64. 1. Corinth. 2.

Bonorum operum copioſa apud Deum remuneratio, & vltra cōdignū.

Hæc tibi ſcribo, ſperans me venire ad te cito: Si autem, tardauero vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari. XXVII.

Ne Timotheus ex modò dictis, aliquam arripere poſſet occaſionem ſuſpicandi, Paulum, ſuam de ſe viſendo, aut mutaſſe, aut longius diſtuliſſe ſententiam, & ita cum ſuſpicione mærorem aliquem conciperet, monet Paulus, non ideo ad eum hæc ſcripta eſſe, quaſi non venturus, (veniam enim inquit, & quidem, vt ſpero, breui) ſed ideo, vt aliquam ſaltem haberet Timotheus rerum Eccleſiaſticarum cognitionem, ſi tardius ſuus ad eum aduentus contingeret.

Scopus eorum, quæ Paulus hactenus dixit.

Quia vero ſuperius varias ab Eccleſiæ præpoſitis, & miniſtris conditiones, ornamentaq; exegerat Apoſtolus; hic etiam declarat, quis ſit eorum omnium, quæ hactenus ab ipſo dicta ſunt, ſcopus; is nempe, vt Timotheo, & quidem in ipſo, omnibus Epiſcopis, ſiue Presbyteris, & Diaconibus, ſemper veniat in mentem, quod non verſentur, vel in Academia Platonis, vel in ſchola Ariſtotelis, vel in aliquo profano lycæo, ſed in domo Dei, ſed in diſciplinæ cœleſtis ſchola, ſed in Eccleſia Catholica, quæ columna, fundamentum, ac ſedes eſt veri;

Digitized by Google

in qua nimirum, tanquam in ſpecula, reſidet ipſa veritas. Hac prudenti admonitione, videtur Apoſtolus ad inſtitutam de vana doctrina, fidei ac veritatis ſcopo contraria, tractationem (poſtquam de vita rectè inſtituenda, leges ſufficientes tradidit) redire; quaſi moneret Timotheum, vt magno ſtudio, ſummoq; conatu, veritati intelligendæ, & prædicandæ incumbat: Maximam enim ſemper Apoſtoli curam habuere, vt non ſolum de fide dogmata, pro eo duntaxat, quo viuebant, tempore, ſuis diſcipulis, & auditoribus traderent; ſed etiam, vt Eccleſiis ſanctas impoſterum traditiones, conſuetudines, & inſtituta relinquerent, ne à poſteris ignoraretur, quomodo in Eccleſia Dei oporteret viuere, conuerſari, & ambulare. Hinc Tertullianus, in lib. de corona militis: *De omnibus fidelibus*, ait, *annon licuit ſanctis Apoſtolis concipere, & conſtituere, quod Deo congrueret? quod diſciplinæ conduceret? quod ſaluti proficeret?*

Cura, & ſtudium Apoſtolorum, in rebus fidei docendis, & tradendis.

Eccleſia, dom9 Dei appellata.

Rectè porro *Eccleſiam* vocat *domum Dei* Apoſtolus, eò, quod in ea *D*eus, vt homines in ſuis domibus, ſoleat habitare, iuxta Paulum, qui Corinthiæ Eccleſię ſcribens; 1. Corint. cap. 3. *Neſcitis*, inquit, *quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?* Eſt autem *E*ccleſia nihil aliud, quam credentium conuocatio, ſiue cœtus, & multitudo; vel propterea, quod omnes ad ſe vocet; vel quòd quicumq; in eam conueniunt, hi non meritis, & iuſtitia ſua, ſed *D*ei gratia, & vocatione conueniant. *E*ccleſiæ ſiquidem Romanæ ſcribens Paulus: *Omnibus*, ait, *qui ſunt Romæ, vocatis ſanctis*. Rom. 1. Et 1. Cor. 1. *Eccleſiæ Dei*, inquit, *quæ eſt Corinthi, vocatis ſanctis*. Et: *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem* (quæ eſt Eccleſia) *filij eius Ieſu Chriſti.*

Eccleſia quid ſit, & quod etymon eius.

Hoc

Digitized by Google

Hoc autem inter veterem Iudęorum ſynagogam, & noſtram Eccleſiam, ſcriptores ſacri diſcriminis eſſe obſeruarunt, quòd populus ille vetus, æq; & Eccleſia & Synagoga nuncupatus eſt: At Chriſtianam plebē, nec Scriptura ſacra, (vt notat Melchior Canus, lib. 4. de locis Theologicis) nec vllus vnquam probatus auctor, ſynagogam appellauit: Id porrò, diſcernendæ vtriuſque Reipublicæ cauſa factum eſſe, non eſt dubium; vt, quod inter congregationem (quod *Synagoga* notat) & conuocationem (quod ſonat *Eccleſia*) nonnihil interſit: *Congregari* enim pecora ſolent: vnde & greges dicimus, non hominum propriè, ſed pecudum, aut beſtiarum: at *conuocari* non niſi homines ſolent; tantum Chriſti Eccleſia ſynagogam excellit. Et ſicut tabernaculo ſimilis fuit ſynagoga, (fuit enim Dei templum, at mobile, non fixum, nō permanens) ita templo fixo, & permanenti ſimilis eſt Eccleſia: nam Dei templum non eſt mobile, vt Synagoga, ſed ad extremum vſque orbis diem permanſurum; quia Eccleſia eſt ſuper admirabilem rupem, & ſuper firmā petram, *aduerſus quam portæ inferi præualere nunquam poterunt ædificata*, quemadmodum prædixit, Petroq; promiſit Matth. 16. Dominus, *Facilius quippe eſt*, (inquit Chryſoſtomus, hom. 4. de verbis Eſaiæ, vidi Dominum) *ſolem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari.* Item: *Eccleſia radices in Chriſto fixas habet potiùs, quàm in terra: Eradicari igitur nulla hominum potentia poterit.* Quæ cum ita ſint, impudenter admodum, veram Chriſti Eccleſiam à veritate Euangelica (neſcio quando) defeciſſe, &, (vt ipſi loquuntur) *exitialibus doctrinis deprauatam in Eccleſia Chriſti veritatem fuiſſe*, mentiuntur Lutherani. Sicut enim olim Iudæorum templum multò præ-

Eccleſia, & Synagoga differētia quæ ſit.

Synagoga tabernaculo, Eccleſia templo fixo comparata, & cur;

Eccleſiæ firmitas.

Digitized by Google

ſtantius fuit tabernaculo; ita decet Eccleſiam multò eſſe præſtantiorem ſynagoga, iuxta illud, quod Aggæi, cap. 2, ſcriptum eſt: *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſima, plus quàm prima,* hoc eſt, myſtico ſenſu; maior erit gloria Eccleſiæ, quam ſynagogæ. Per varia quippe idololatriæ & corruptelæ genera, tum eclipſes multas, atq; interruptiones paſſa; tum tandem, penitus abolita eſt ſynagoga: Chriſti vero Eccleſia non euertetur vnquam, non corrumpetur, quia *portæ inferi,* (quibus nihil validius) & ita prorſus nihil, contra eam *præualebunt.* Idipſum, inter prophetas multo ante præuidit Eſaias, cap. 59. *Spiritus meus*, inquit, futuram Eccleſiam alloquens, *non recedet de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, à modo, & vſque in ſempiternum.*

Hæretici, Eccleſiam inuiſibilem facientes refutati.

Verum, quia ſuam Eccleſiam ante hæc tempora oſtendere non poſſunt Sectarij; quia nullam paſtorum ſucceſſionem proferre queunt Caluiniſtæ; quia nulla religionis ſuæ templa, nullas cathedras, nulla loca cõſpicua, deſignare valent Lutherani; veram Chriſti Eccleſiam, vnanimi conſenſu, contra plurima ſcripturæ, ac SS. Patrum loca, abſurdiſſime ſimul ac impiè, inuiſibilem, ac neſcio vbi latitantem conſtituunt. Certè Dauid, Pſalm. 18. de Chriſto teſtatur, ipſum *poſuiſſe in ſole tabernaculum ſuum*; id eſt, ait Auguſtinus, in enarratione eiuſdẽ Pſalmi, *Nõ in occulto, non quæ lateat, non velut operta, ne fortè fiat ſicut operta ſuper greges hæreticorum.* Et iterum, de Eccleſia eiuſdem filij Dei, Pſal. 47. *Magnus*, inquit, *Dominus*, *& laudibilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Hæc eſt ciuitas*, ait idem Auguſt. in enarrat eiuſdem Pſal. *in monte poſita, quæ abſcondi non poteſt. Hæc eſt lucerna, quæ ſub modio non*

non occultatur, omnibus nota, omnibus diffamata, &c. Quin & ipſe Chriſtus, Apoſtolos, qui tum Eccleſiam repræſentabant, alloquens: *Vos eſtis*, inquit Matth. cap. 5. *lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.*

Eccleſia lux mundi.

Quibus verbis docet ſuam, eamq́; verã Eccleſiam, eſſe *lucem mundi*; quia non minus toti mundo eſt conſpicua, quàm ipſe ſol, qui in alio genere, eſt lux mundi: vel, quia, (quod Dominus ibidem intendit) ſicut ipſe Chriſtus, qui *eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Ioan. 1, toti orbi conſpicuus, eiusq́; nomen omnibus Gentibus notum, & diffamatum eſt; ſic etiam vera Eccleſia, quæ per participationem veræ & primariæ lucis Chriſti, *lux eſt mundi*, omnibus gentibus ſit nota & conſpicua. Vocat deinde Eccleſiam ſuam Dominus, *ciuitatem ſuper montem poſitam*, id eſt, ſuper Chriſtum ædificatam, ideoq́ue, *quæ abſcondi non poteſt*; hoc eſt, quæ nuſquam terrarum latere, aut ignorari poteſt, vbi Chriſtus prædicatur: *Prædicatur autem nomen eius per omnes gentes, incipiendo ab Hieruſalem*, &c Luc. 14. Vocat denique Eccleſiam, *lucernam accenſam, ſuper candelabrum poſitam*, &c. *per lucernam*, paſtores & doctores; per *candelabrum* verò, loca, in quibus iidem paſcunt & præſunt, intelligens.

Eccleſia ciuitas ſuper montem poſita.

Quaſi diceret: Veræ Eccleſiæ paſtores & Doctores, nuſquam latitare ſub modio, (vt hæretici mentiuntur) nunquam eſſe fidelibus incognitos; ſed perpetuò lucere doctrina & exemplo omnibus, qui *in domo Dei*, quæ eſt *Eccleſia* ſunt.

Eccleſia lucerna accenſa.

Quæ

Quæ vero, qualis & quanta ſit huius Eccleſiæ doctrina, pulchrè declarat Cyrillus; cùm ait: *Ex quo videmus hunc montem, qui eſt Eccleſia, poſitum eſſe in vertice montium, & eleuatum ſuper omnes colles, quoniam eius doctrina, tam quæ ad fidem, quàm quæ ad mores ſpectat, altior eſt omni humana ſapientia, & altitudine ſua longè ſuperat, quicquid altum apud homines videtur.* Et Origenes, lib. 5. contra Celſum: *Hanc contemplemur* (loquitur autem de domo Dei, quæ eſt Eccleſia) *quomodo ædificata ſit in ſummis montibus, omnibus propheticis ſermonibus, qui eius fundamenta ſunt. Extollitur autem hæc domus ſuper omnes colles, qui videntur aliquid eximium in ſapientia, & veritate polliceri apud homines.*

Vera Chriſti Eccleſia vbi quærenda.

Ex quibus verbis, fit perſpicuum, vbi vera Chriſti debeat quæri Eccleſia, nempe apud orthodoxos, vbi rectoris, & fundatoris ſui conſtantiam, & immutabilitatem ſecuta, ita ſibi ſemper eſt, & fuit ſimilis, vt inſtar firmiſſimæ columnæ, perpetuò maneat immobilis, vt *quam Spiritus ſanctus* (inquit Beda) *ſeptiformi gratia ſemper erexit*, quæ domum eius, (id eſt, myſterium incarnationis, ne perfidorum improbitate è memoria tollatur) credendo, colendo, & prædicando, quaſi ſuſtentando contineat.

XXIIX. *Quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis.*

Domus Eccleſiæ firmitas.

Hactenus Eccleſiàm *domum* vocauit Apoſtolus, quæ omnes intra ſe capit, defenditq́; nationes; nunc eam tam firmo, ac forti muro ſeptam; tam fixis, firmiſq́ue lapidibus conſtantem eſſe declarat, vt nec à tartareis hoſtibus, vel malignantium procellis diſiici, nec ab vllis, quantumuis fortiſſimis, expugnari vllo

modo

modo poſſit; cum illis firmis fundamentis, columniſque *ex cauerna laci exſciſis* nitatur, de quibus dicit Vates, Pſal. 74. *Ego confirmaui columnas eius*, hoc eſt, Apoſtolos, ſuper quos, poſt Chriſtum, ædificata eſt Eccleſia. Hæc autem domus, non ex calce, & materialibus lapidibus, quibus noſtræ domus conſtituuntur; ſed ex hominibus, diuino lauacro ablutis, eſt extructa, quibus Paulus 1. Corinth. 6. ſcribens: *Vos*, ait, *eſtis templum Dei viui.* Et 1. Corinth. 3. *Dei ædificatio eſtis.* Et Petrus 1 epiſt. cap. 3. *Ipſi, tanquam lapides viui, ſuperædificamini.*

Eccleſia ædificium ex quibus conſtet.

Hinc propter incredibilem eius firmitudinem, & ſtabilitatem, ſæpe *mons* vocatur Eccleſia, quemadmodum patet Pſalm. 2. vbi huius domus paterfamilias de ſeipſo loquens; *Ego autem*, inquit, *conſtitutus ſum rex ab eo,* (Deo patre) *ſuper Sion montem eius*; Cuius appellationis cauſam reddit Chryſoſtomus, in cap. 2. Iſai. his verbis: *Vocat nomine montis, Eccleſiam, ſimul & inexpugnabilem dogmatũ eius traditionẽ: Quemadmodum enim montibus, licet quis obuallet, & obiiciat militum millia decem; & hi quidem intorqueant arcus, iſti euibrent haſtas, & iaculentur, illi genus omne molitionis admoueant, & bellica machinamẽta illa, vt adſint omnia, nihil noxæ, aut detrimenti inuehent ſoliditati montium; illinc potius ſecedere cogentur, conſumpta inaniter ſua fortitudine.* Sanè idipſum contigit ad vnum omnibus, qui oppugnarunt Eccleſiam: hæc quidem inconcuſſa perſiſtit, illi è diuerſo deperdita propria virtute, in dedecoris & infamiæ notam incurrerunt: Dum eam feriunt, euaneſcunt, dum iaculantur in eam, imbelles redduntur; Dum cædunt flagris, ab his vincuntur, qui male affecti ſunt.

Eccleſia monti comparata.

Eccleſia firmamentum veritatis cur dicta. Dicitur porrò Eccleſia *firmamentum veritatis*, quia veram doctrinã in cordibus hominũ firmat, cum ipſa tamen per veram doctrinã à *Deo* corroboretur & gubernetur à vero ſpiritu, quẽ à patre Chriſtus miſit, vt *veritatem*, hoc eſt, Chriſti doctrinã, homines doceret, quæ tum vmbras, & figuras legis illuſtret, tum promiſſiones impleat, tum viam Dei perfectè tradat. Eam enim ob cauſam, Chriſtus moderator huius domus dictus eſt, *plenus veritatis*, eò quod in ipſo, & per ipſum, omnes Dei promiſſiones, humano generi factæ, ſint impletæ 2. Corinth. 1. *E*ſt enim *veritas*, qua, quod promiſſum eſt, completur. Pſal. 78. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi.* *E*odem modo *veritas* ſæpiſſime in ſcriptura pro cognitione, ſapientia, ſciẽtia & fide Dei, ſumitur. Et hanc veritatẽ, quam Chriſtus nobis aperuit, & propter quam, in mundum delapſus eſt, ſanctè & immaculatè retinet, & docet *E*ccleſia, quæ Dei perfectam cognitionem, & fidem nobis tradit.

Eccleſia, cuſtos veritatis cur dicta. Caluini interpretatio reiecta. Non autem propterea *veritatis cuſtos* dicitur Eccleſia, vt vult Caluinus, quod ſcripturas duntaxat contineat, in quibus ea continetur; ſed quòd veritas fidei, quoad nos nitatur *E*ccleſiæ authoritate, & verum ſit, quicquid Eccleſia probat, falſum verò, quicquid illa reſpuit & improbat; quæ etiam, antequã ſcripturę eſſent, ipſa vigebat. Hinc Zach. cap. 8. legitur vocata *veritatis ciuitas*, quod in ea veritas tradatur, nullis mendaciis adulterata, tam de credendis, quàm de agendis. Ad eam enim ſpectat ius diſcernendi verba Dei, à verbis hominum, vt in verbis ipſis, ſenſum Dei ab hominum ſenſu diſcernat. Afflata enim eo eſt ſpiritu, de quo loquitur *E*ſaias cap. 59.

Eccleſia, ciuitas veritatis.

Spiri-

Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis, dicit Dominus, à modò, & vſque in ſempiternum.

Eccleſia, in rebus fidei, et morum infallibilis.

Cum ergò Eccleſia etiam à Chriſto, tanquam à capite, & ſponſo ſuo, & à Spiritu ſancto, tanquam ab anima gubernetur, vt eſt ad Epheſios cap. 1. *Ipſum dedit caput, ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.* Et cap. 4. *Vnum corpus, & vnus ſpiritus*, & 1. Corinth. 11. *Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput Eccleſiæ*; ſequitur in dogmatibus fidei, vel morum, Eccleſiam errare non poſſe, niſi Chriſto, & Spiritui ſancto errorem per blaſphemiam, attribuere quis voluerit: Quod abſurdiſſimum foret, quandoquidem Ioan. 16. dixerit: *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Petroq; Luc. 22. commiſerit, vt *aliquando conuerſus confirmet fratres ſuos.*

Accedit, quod *Eccleſiam* hoc loco Apoſtolus vocet *columnam*, cui innitantur fideles, & *firmamentum*, in quo fundentur, firmentur, & conquieſcant. Qualis autem eſſet *columna*, quale *firmamentum*; & baculus ficulneus, ſi in docendo, & teſtificando errare poſſet, ideoq́ue non ei aliter credere tutum eſſet, niſi, vt volunt Lutherani, omnia quæ docet ita probaret, vt qui credere debeat, rectè rem eſſe probatã intelligat? Et quoniam *verum Dei Euangelium*, quemadmodũ dixit Hieronymus, in epiſt. ad Gal. cap. 1 *non in ſcripturis ſit, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in verborum foliis, ſed in radice rationis*; ſi Eccleſia ſolam ſcripturam haberet; non autem legitimum ſcripturæ ſenſum; non haberet profectò verum Dei Euangelium, atque adeò ne fidem CHRISTI quidem, quæ ſine vero DEI Euangelio non eſt. Nec enim ad verba fides, ſed ad ſenſa refertur: Alioquin &

Verus ſcripturæ ſenſus penes Eccleſiam.

Hæreticorum falſa in ſcripturis intelligẽtia. Hæretici ſcripturas ſine ſenſu loquuntur, & Diabolus ſcripturas etiam profert; ſed in intelligentia falſa; hinc falſum Euangelium habent, certè non diuinum, ſed humanum.

Maneat ergo ſtabile, quod in hunc locum, dixit Ambroſij commentarius, *Eccleſia domus Dei eſt, cuius rector eſt hodie Damaſus.* Et nos ipſum ſecuti, verum, contra petulantiſſimam Lutheranorum fæcem, confitemur eſſe Eccleſiam, cuius rector eſt hodie Paulus V. quam vnam tantum eſſe, eamq́ue vniuerſalem, conſpicuam & infallibilem, cœtum nempe hominũ Chriſtianæ fidei profeſſione, & Sacramentorũ communione colligatum, ſub regimine eiuſdem Pauli, Romani Pontificis profitemur, cæteras congregationes impietatis lacunas potius, quàm Eccleſię formam retinere, arbitrati. *Vera Dei Eccleſia.*

XXIX. *Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum.*

Pauli erga Timotheum paterna cura. Soliciti parentis officio functurus, Timotheum, & in eo omnes præſules, & inſuper totum clerum per literas de his monuerat, quæ ad paſtoralem Eccleſiæ curam pertinuiſſent. Licet enim de omnibus coram agere cum eodem decreuiſſet; ſciens tamen *neque volentis, neque currentis eſſe, ſed miſerentis Dei,* & quod Sathanas ſubinde ſpirituales cogitationes, bonoſq́; conatus, ac pios motus ſoleat impedire 1. Theſſalon. cap. 4. hoc loco, acceleratæ ſuæ monitionis rationem reddit, quia, inquit, difficillimum eſt in Eccleſia rectè, decenterq́; conuerſari: Nam, quæ in Eccleſia geruntur, ad carnis aſſumptæ myſterium explicandum, credendumque, & ſalutem ex eo petendam omnia

reuocantur. Quaſi diceret: Pauca quidem ſunt verba, *Deus homo, Verbum caro factum eſt*, ſed ſumma, & incomprehenſibilis res eſt, mirumq́; in modum ſuſpicienda; quam Deus, licet arcanam, per ſpiritum ſuũ nobis reuelauit, quo maximam ſuam erga homines pietatem, dilectionem, & beneuolentiam declararet. *Hoc quidem omnium confeſſione magnum eſt pietatis*, id eſt, religionis Chriſtianæ, *ſacramentum abditiſſimum*, ait Ambroſius, *quo ſecretum, quod in corde ipſius patris latebat abſconditum, factum ſit homo.*

Fides incarnationis Chriſti, difficillima.

Licet autem obſcuris figurarum imaginibus & ſymbolis, incluſa veteris legis myſteria, ita clarè & perſpicuè Meſſia aduenientе, fidelibus per Apoſtolos eorumque ſucceſſores proponenda prædixerit *Eſaias* cap. 8. eiq́; prophetiæ abundè ſatisfecerint poſt *vnigeniti, qui eſt in ſinu patris, enarrationem*, Ioan. 1. Apoſtoli: nihilominus tamen hæc in carne manifeſtatio, rectè *ſacramentum*, ſiue *myſterium* ab Apoſtolo, hoc loco, eſt appellatum; eo quod, tam abditum & reconditum adhuc ſit, vt nulla intelligendi vis creata, ad illius perfectam cognitionem poſſit vnquam pertingere. *Ipſa namque Ieſu in carne apparitio*, ait Areopagita, cap. 2. de diuinis nomin. *& ineffabilis eſt ſermone omni, & omni ignota intelligentiæ; ipſi quoque antiquiſſimorum Angelorum primati non ſatis perſpecta.* Quis enim effari, aut perſpicere queat, quomodo eadem perſona fuerit, abſque vlla ſui mutatione, bis genita? Quis comprehendat, quomodo ex patre ſine matre, ante ſæcula genitus; ex matre, ſine patre, in tempore fuerit procreatus? Quis intelligat, quomodo nulla hominis opera, ſed Spiritus ſancti virtute conceptus, ex virgine, abſque vlla, vel minima eius integritatis iactura,

Incarnatio quomodo myſteriũ dicatur.

ctura prodierit? Hinc, tam ſublimia viſa ſunt ſapientiſſimo mortalium Salomoni, quem de rebus omnibus, infuſam habuiſſe ſcientiam, teſtantur ſacræ literæ, 3. Reg. 4. vt magno verborum apparatu, triplicique reconditarum rerum ſimilitudine præmiſsâ, penitus ignota fateretur: *Tria*, inquit Prouerb. 30. *ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſupra petram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia*; (ſiue, vt pleriq; legendum putant) *in adoleſcentula*, id eſt, incarnatio Verbi, in virgine.

Incarnatio intellectui humano incomprehenſibilis.

Quaſi dicere vellet Sapiens, multo eſſe facilius cognoſcere res illas abſtruſas & reconditas, cuiuſmodi eſt, via aquilæ in cœlo poſt volatum; via ſerpentis in petra poſt tranſitum; & via nauis in medio maris, poſt curſum; quam *viam* (incarnationem) *viri* (Chriſti) *in adoleſcentula*, Diua ſcilicet Virgine; quæ ideo *adoleſcentula* dicitur, quod in iuuẽtute Chriſtum Spiritus ſancti virtute conceperit: Chriſtus vero *vir* dicitur, quod in ipſo primo conceptionis inſtāti, quoad rationis vſum, ſcientiam, virtutes, & reliqua omnia ornamenta, excepta tantum corporis mole, non infans, non puer, ſed perfectus *vir* fuerit, quemadmodum, eum *virum* appellando, inſinuat Hierem. cap. 31. *Nouum creauit Dominus ſuper terram*, ait: *Mulier circundabit virum*, &c.

Chriſtus, quomodo vir dicatur.

Quamobrem ob tanti myſterij nouitatem ſimul & magnitudinem admirabundus merito exclamat Eſaias, capite quinquageſimo tertio. *Generationẽ eius quis enarrabit?* Quæ verba, licet de æterna Verbi generatione intelligenda putent aliqui; eadem tamen, de temporali eiuſdem generatione, cum pluri-

plurimis SS. Patribus, accipit Bernardus, ſerm. 1. in Vigilia Natiuit. *O natiuitas*, inquit, *ſupra naturam, ſed pro natura miraculi excellentiam ſuperans ſed reparans virtute myſterij. Fratres, generationem iſtam quis enarrabit? Angelus nuntiat, virtus altiſsimi obumbrat, ſuperuenit ſpiritus, virgo credit, fide concipit, virgo parturit, virgo permanet, quis non miretur? Naſcitur altiſsimi filius. Deus de Deo, genitus ante ſæcula, naſcitur verbum infans, quis vel ſatis miretur?* Hæc Bernardus.

Ideo autem hanc Chriſti incarnationem, non abſolutè & ſimpliciter, *myſterium* vocat Apoſtolus, ſed *magnum myſterium*, quod illud in ſuo brachio conficere, in eoque conficiendo, magnum conatum (vt humano more loquamur) adhibere debuerit omnipotens Deus, quemadmodum ipſa Vigo ſanctiſſima ſignificauit, Luc. 1. dicens: *Fecit potentiam in brachio ſuo: Brachij* nomine, ſummam Dei potentiam intelligens. Ad formandos namque cœlos, ſola duntaxat manus, imo & ſummi digiti ſuffecerunt, iuxta illud Pſalmographi, Pſal. 101. *Opera manuum tuarum ſunt cæli.* Et Pſalm. 8. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.* Ad creandum & efformandum mirabiliter è luto hominem, non alio, quam manibus indiguit adminiculo: Hinc Iob. cap. 10 *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu.* Et Dauid, Pſal. 118. *Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me, da mihi intellectum*, &c. Diuerſas corporum curationes, diuerſaque miracula, quæ in terris nobiſcum agens oſtendit Dei filius; digito effecta, teſtatur Luc. 11. ipſe Chriſtus, *In digito eiicio Dæmonia*, &c. Sicut etiam mirabilia illa in Ægypto patrata, vno digito effeciſſe memo-

Incarnatio, cur magnum myſterium dicatur.

Incarnatio opus diuinæ potentiæ.

memoratur Exod. 8. *Digitus Dei hic eſt.* Ad incarnationem vero, opus vtpote maioris negotij, integro brachio opus fuit; imo ad vltimum vſque ſuæ potentiæ perueniſſe Deum, ex eo patet, quod, licet omnem ſuam potentiam exerat, ex genere operis, maius eo efficere non poſſit. Quam potiſſimum ob cauſam, ab Hieremia, cap 18. Figulo comparatur: *Deſcendi,* inquit, *in domum figuli; Et ecce ipſe faciebat opus ſuum ſuper rotam: & diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis; conuerſusq́ fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis eius:* Hominem enim è luto formauerat Deus, vas erat fictile, quod ita cito fractum eſt, vt adhuc voluente rota fractum eſſe videatur. Verum eo fracto figulus (Deus) alterum vas longe pulchrius, Chriſtum ſcilicet efformauit. in quo genus humanū in primo vaſe (Adamo) diſſipatum, rurſus tanquam in ſecundo reſtauraret. Solet autem figulus ad perfectionem operis, quod molitur, flectere fortitudinem, incuruando ſe deorſum, &c. quemadmodum cap. 38. figulum definiens, inſinuat his verbis Eccleſiaſticus: *Figulus ſedens ad opus ſuum, &c. in brachio ſuo formabit lutum, & apud pedes ſuos curuabit virtutem ſuam.* Nec aliter, vt ad incarnationis opus efficiendum pertingeret, omnipotentiam ſuam ad vltimum vſq; exercere, & quaſi curuare, ſiue flectere debuit cœleſtis ille figulus; imò ipſam diuinam potentiam tanti operis magnitudine ac difficultate curuatam fuiſſe, ſupra tradita ab Eccleſiaſtico figuli deſcriptio videtur innuere.

Incarnationis myſterij magnitudo.

Deus figulo cōparatur.

Huius quoque myſterij magnitudinem non obſcurè declarauit Eſaias, cap. 7. cum ex *mandato* Domini, Achaz regi Iuda dixit: *Pete tibi ſignum à Domino,*

no, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra; id eſt, ſecundum Hieronymum: *Vis vt ſcindatur terra, & grãdi hiatu inferi pateant, aut vt aperiantur cœli*, &c. ille verò Achaz, per ſummam impietatem petere recuſaret; quaſi indignabundus intulit propheta: *propter hoc dabit vobis ipſe Dominus ſignum: Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ & vocabitur nomẽ eius Emmanuel*; id eſt: *Nobiſcum Deus*: Indicans ſcilicet, incarnationem comprehendere in ſe omnia miracula, quæ, ſiue in cœlo ſurſum, ſiue in inferno deorſum, ab Achaz pro libito poſtulari potuiſſent.

Merito itaque epiſt. ad Antimum Agapitus Papa monuit: *Solius fidei contemplatione cernendum eſſe, ad quæ proueбatur humilitas carnis, ad quæ etiam inclinetur altitudo Deitatis, quid ſit quod caro ſine verbo non agit, & quid quod verbum ſine carne non efficit; quomodo Chriſtus ita inter Deum, & hominem mediator apparuit, vt ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret.* Quare, qui ſibi, ingenioq; ſuo nimium fidens, infideli animo ea perſcrutari præſumpſerit, nõ tantum verendum eſt, ne *altiora ſe quærat*, & *pluſquam oportet*, contra Sapientis, Eccleſiaſt. 3, & Apoſtoli, Rom. 12. præcepta, *ſapiat*; verum etiam, ne ab ea, quam curioſiùs inquirendo, minimè quærit, *gloria* & maieſtate, potenter oppreſſus, in magnos errores, & tandem in apertas hæreſes prolabatur, Prouerb. 25. Teſtatur quidem Athaſius, in lib. quod vnus ſit Chriſtus. Vnde: *Certum eſt*, ait Fulgentius, *pene omnes hæreticæ prauitatis errores inſurrexiſſe, dum magnum pietatis ſacramẽtum, quod manifeſtatum eſt in carne, aut ſicut eſt non credunt, aut omnino non credunt.*

Incarnationis myſterium curioſius non indagandum.

Digitized by Google

XXX. *Quod manifeſtatum eſt in carne.*

Caro, quid hic, & pro quo ſumatur.

Vox *caro*, hoc loco, pro toto homine, ex anima, & corpore cõſtante, ſumitur, parte pro toto (per ſynecdochen) accepta. Vtitur autem hac *carnis* potius, quã hominis voce Apoſtolus, vel, vt indicet, quod difficilius videri poterat, ac remotius à Deo, hoc illum effeciſſe pro nobis; perſonam ſuam imperfectiori parti humanæ naturæ copulando. Vel, vt ſignificet, Deum infirmitates noſtras, & imbecillitates, (quæ voce *carnis* ſignificari ſolent) aſſumpſiſſe, vt homini, qui peccando ſpiritum amiſerat, Verbum caro factũ eundem ſpiritum reſtitueret. Hinc ad Hebr. 5. de Chriſto loquens Paulus; *Qui in diebus carnis ſuæ*, &c. Vbi *carnis* nomen, non quamcunque, ſed paſſibilem carnem ſignificat. Vel denique, quod totius humanitatis aſſumptio, hoc nomine cõuenienter ſignificetur. Vera enim caro, animam in ſe complectitur, cùm carnem viuam, animatam eſſe neceſſe ſit.

Diuinitatis Chriſti manifeſtatio in carne facta.

Dicit ergò Paulus, quod ſicut verbum, quod latet in corde, verbo ſenſibili manifeſtatur; ita Verbũ, quod in Dei corde latebat, ſit in carne manifeſtatum. Quaſi homines expreſſam Dei naturam ſub hominis aſpectu non cadentem, in humana natura viderint in mundo conuerſantem. Cui ſententiæ videtur reſpondere, quod dixit D. Ioannes cap. 1. *Verbum carnem factum eſſe.* Licet enim verbum iſtud, lux ſit perpetua, mundũ ſemper illuminans, quam tenebræ non potuerũt comprehẽdere; in carne tamẽ aſſumpta, ab hominibus filius Dei viſus eſt, per quam radios cœleſtes, & ſalutem afferentis doctrinæ, inter incredulos ſparſit, etiamſi multi noluerint mentis oculos aperire non

non credentes, queamdmodum ſignificauit Dominus Ioan. 3. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.*

Chriſtus in carne manifeſtatus eſſe quibus dicatur.

Iis autem, qui Chriſtum receperunt, dicitur in carne, diuina natura manifeſtata, iuxta B. Ioannis teſtificationem cap. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre.* Et 1. Ioan. 1. *Quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ,* &c. Quaſi diceret. Aſpeximus, & conſideratè vidimus verbum, non quidem ipſum in ſe, quia corporeis oculis videri non poteſt, ſed in ſua gloria, & ſplendore ab eo procedente: Sicut enim, qui ſplendorem ſolis videt in terra, ſolem eſſe ſupra horizontem certus eſt; ſic ex gloria verbi in carne, quam vidimus, certi fuimus, *verbum carnem factum*, & Deum, eſſe hominem: Gloria enim illa erat filij Dei, non meri alicuius hominis. Quibus verbis, declararur, non ſic in carne manifeſtatum fuiſſe Deum, vt ſe Dei filium eſſe occultaret; ſed ſplendorem ſuæ diuinitatis multifariam dediſſe, nempe prædicatione, innumeris, & inauditis miraculis, morte, reſurrectione ſua, tranſfiguratione, baptiſmo, &c. Hinc eſt, quod Paulus ſubiiciat, illum fuiſſe *iuſtificatum in ſpiritu*, hoc eſt, ad hanc carnem acceſſiſſe tantam diuinitatis ſignificationem, & argumenta, vt nihil cõtra hoc myſterium poſſit dici; adeò vt omnes, quantumuis mali, velint nolint, cogantur laudare ſapiens Dei conſilium, quo vſus eſt in reparando genere humano, per carnem à Chriſto aſſumptam, quæ talem diuinitatis ſuæ ſplendorem emiſit, vt merus homo ſic nunquam potuerit ſplendere, ſicut nulla lucerna, aut fax ſplendet vt ſol.

Quomodo Chriſti diuinitas in carne viſa ſit.

Chriſti incarn. apparitio, manifeſtis argumentis, & ſignis probata.

Huius porro *in carne manifeſtationis* potiſſimas cauſas in hunc modum coaceruat Hugo Victorinus, in lib. ſentent. *Deus homo factus eſt, vt idem eſſet redemptor, qui creator, & vt de ſuo liberaretur homo, & vt familiarius ab homine diligeretur. Deus in ſimilitudine hominis apparens: & vt vterque ſenſus in ipſo beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate, vt ſiue ingrederetur, ſiue egrederetur, in ipſo paſcua inueniret natura ab ipſo condita.* Hæc ille.

XXXI. *Iuſtificatum in ſpiritu*

Chriſtus, quomodo iuſtificatus in ſpiritu.

Cum Chriſti humanitas, omnes virtutum picturas complecteretur, iuxta quod dicit B. Ioannes, cap. 1 *Verbum habitaſſe in nobis, plenum gratiæ & veritatis*, dicit Paulus Chriſtum ſecundum animam, *ſpiritu iuſtificatum*, id eſt, iuſtum apparuiſſe, & totius iuſtitiæ, gratiæq́; decore exornatum: Vel, *iuſtificatum in ſpiritu*, declaratũ, id eſt, per Spiritũ ſanctũ. Spiritus enim ſanctus, Chriſti ſummam iuſtitiam oſtẽdit, quamq́; redimendo homini conueniens myſterium incarnationis fuerit, indicauit. Et licet commeſſator, vini potator, ſeductor, & dæmonium habens à Phariſæis vocaretur, verè tamen iuſtus, & innocens, tanquam agnus, eſt ab omnibus agnitus, & prædicatus.

XXXII. *Apparuit Angelis.*

Incarnatio Chriſti, ipſis etiam Angelis manifeſtata.

Eſt tertium mirabile, quod ipſis etiam angelis per Chriſti incarnationem acceſſit, nempe Deum infantem, & in deſerto cum beſtiis agentem, ieiunantem, mœſtum, probris affectum, mortuum quoque & reſurgentem, & aſcendentem ſuper omnem angelicam naturam, *apparuiſſe*, ſiue innotuiſſe angelis, quem-

Digitized by Google

quemadmodum Epheſiis cap. 3. ſcribens, repetit Apoſtolus: *Mihi*, inquit, *omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hac, in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti: & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſæculis in Deo, qui omnia creauit: Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei.*

Ex quibus, licet colligi poſſit, innotuiſſe primùm angelis myſterium incarnationis per ipſam incarnationem, quemadmodum Origenes, verba illa Eſaiæ cap. 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra tractans*; tract. 15. in Matth. & aliqui alij Patres cenſerunt: Veriſimilius eſt tamen angelos antequam diuino conſpectu fruerentur, & Dæmones, priuſquã è cœlo darentur præcipites, Dei filium humanam naturam aliquando aſſumpturum, cognouiſſe per reuelationem. Si enim primus homo ante lapſum, per reuelationẽ, incarnationis myſterium aliqua ex parte cognouit; (vt cognouiſſe tradunt SS. Patres) non eſt dubium, quin & illud idem Angeli cognouerint, qui homine multo præſtantiores erant; Homo namque adhuc innocens, ex eo myſterij Incarnationis fidem habuiſſe coniiciunt Patres, quod Geneſ. cap. 2. de eodem his verbis ſit vaticinatus: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* Quæ cauſa eſt, quod D. Hieronymus, ad Epheſ. 5. *Adamum primum prophetam* vocet: *Primus*, inquit, *homo, & primus vates Adam hoc de Chriſto & Eccleſia prophetauit.* Et Auguſtinus, lib. 9. de Geneſ. ad literam, cap. 19. *Illa extaſis, quam Dominus immiſit in Adam, vt ſoporatus obdormiret, rectè intelligitur ad hoc innuiſſe, vt & ipſius mens per extaſin particeps fieret tanquam angelicæ curiæ; & intrans in ſanctum Dei an-*

Myſterium incarnationis quando Angelis innotuerit.

Noſtra ſententia.

Ratio noſtræ opinionis.

Adamo fides incarnationis patefacta, in ſtatu innocentia.

Adam, primus vates.

Digitized by Google

trum intelligeret nouiſſima, &c. *Ante legem datam, Adam vates*, inquit Clemens Alexandr. lib. 1. Stromatum, *qui in muliere, & animantiū nominatis ne futura prædixit*. Hæc Patres; *Ex* quibus omnibus non obſcurè conficitur, Adamo, Verbi incarnationem fuiſſe à Deo patefactam: & conſequenter infertur, fuiſſe quoque angelis ante caſum Dæmonum reuelatam.

Incarnationis myſterium qualiter Angelis patefactum.

Dicitur nihilominus per *E*ccleſiam illis angelis Chriſti myſterium, ſecundum aliquas partes, & circumſtantias, atque ipſam experientiam, innotuiſſe, eò, quod quædam ipſos antea latebant; Neque enim probabile eſt, Deum angelis patefeciſſe, vel ante, vel poſt beatitudinis ſtatum, cuncta ſingulariter, quæ ad tantum myſterium pertinebāt, vt author eſt B. Thomas prima parte, quæſt. 57. art. 5. ad 1. Hinc Theodoretus: *Nec poteſtates*, inquit, *quæ ſub aſpectum non cadunt, ſciebant myſterium, ſed per diſpenſationem, quæ eſt in Eccleſia, ineffabilem Dei ſapientiam didicerunt*. Si enim, teſte S. Thoma, in cap. 3. epiſt. ad *E*pheſ. in cœlo ſuperiores *angeli, qui immediate à Deo illuminantur, illuminant, & docent inferiores angelos, qui non immediate illuminantur*; certè non videtur *irrationabile, quod doceant angelos Apoſtoli, qui immediatè à Deo ſunt edocti*, iuxta illud Ioan. 1. *Vnigenitus, qui eſt in ſine patris, ipſe enarrauit*.

Quod ſi ita ſit, clarè profectò perſpicitur, quantus magiſter in terris fuerit Chriſtus Dominus, qui ad tantam rerum abditiſſimarum cognitionem, diſcipulos natura ſua rudes & imperitos promouerit; vt vel ipſorum angelorum præceptores & magiſtri eſſe potuerint; nec etiam erubuerint cœleſtes illi

Digitized by Google

illi principes, diſcipuli eſſe Apoſtolorum, pauperum inquam, rudiumq; piſcatorum, ab illisque, tanquam à ſuperioribus ſibi quibuſdam angelis, in multis, quæ ad Eccleſiæ œconomiam, progreſſumq; ſpectabant, illumminari.

Verum Catharinus ait, innotuiſſe myſterium Chriſti angelis, cognitione intuitiua, & experimentali per Eccleſiam. Apparuit enim Angelis ab initio, cùm viatores erant, per reuelationem; poſteaquam verò incarnatum eſt verbum, per intuitiuam cognitionem apparuit Chriſtus homo Deus, eiusque geſta admiranda: per quæ pietas nobis confertur, quia per Angelos nobis primò omnia ſunt manifeſtata, vt videre eſt in Chriſti natali, reſurrectione, aſcenſione, & vocatione Cornelij Centurionis, Luc. 2. Marc. 14. Act. 10.

Alia eſt Gregorij, lib. 34. moral. cap. 7. & fere communnis Interpretum opinio, Angelorum nomine, non mentes cœleſtes, ſed Epiſcopos, Doctores, & paſtores hoc loco intelligi; quaſi Paulus dicere vellet, q; incarnationis myſteriũ apparuerit, id eſt innotuerit, angelis, id eſt, Doctoribus & paſtoribus, quod illi poſtea prædicauerunt Gentibus, &c. Solent enim ſæpius in ſcriptura Angelorum nomine Doctores & paſtores intelligi, vt patet ex cap. 2. Apocal. vbi de mandato Chriſti, ſcribit Ioannes Angelo, id eſt, Epiſcpo Epheſinæ Eccleſiæ: Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas, &c. Cuius appellationis plures reddi poſſunt rationes: Vel enim dicuntur Angeli, quod illorum ſit, pacem inter Deum & homines conſtituere, diuinamque voluntatem hominibus patefacere, quemadmodũ in cap. 2. Malach. ſcribens Hieron.

Alia huius loci interpretatio.

Epiſcopi in ſcriptura. angeli dicuntur, & cur.

Prima ratio.

Ange-

Angelus, id eſt, *nuntius*, inquit, *ſacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei & hominum ſequeſter eſt, eiusq́; ad populum nuntiat voluntatem*, &c. Vnde & illud Eſai. 33. *Angeli pacis amare flebunt:* Quo ſenſu, & Eſaiam, & Paulum hoc loco, angelorum nomine vocaſſe Epiſcopos, putant interpretes. Vel dicuntur, propter ſcientiam, quæ præſtare debent, vt docet Areopagita, lib. de cœleſti hierarch. cap. 12. & complexus eſt Malachias, cap. 2. cum dicit: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt.* Vel propter caſtitatem, quæ in prælatis, omnibusq́; ſacerdotibus eſſe debet. Hinc eſt illud 1. Corinth. 11. *Debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum, propter angelos*, id eſt Epiſcopos, vt Ambroſius vel ſacerdotes, vt Hieronymus intelligunt. Senſus enim eſt: Mulier debet velare caput ob reuerentiam angelorum, id eſt, Epiſcoporum & ſacerdotum, qui tanta puritate præditi eſſe debent, vt mulieres aperto capite videre reformident. Vnde Pontificem legalem, duplici Zona cingi ſolitum, refert ſcriptura; Vna, qua linea, altera qua hyacinthina tunicæ cingebantur; vt ſcilicet indicaretur, duplicē, præ aliis, caſtitatē ab Epiſcopo requiri. Vel dicuntur *angeli*, propter contemplationem; cuius indicium fuit hyacinthina illa tunica, cœleſtem colorem referens, qua idem Pontifex induebatur. Vel etiam propter ſedulam gregis cuſtodiam, iuxta illud Pſal. 90. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te omnibus viis tuis.* In cuius rei typum, omnes Epiſcopi, præter Romanum, baculum habent, quo ſignificetur tanta diligentia cuſtodiendum eſſe ſibi commiſſum gregem, vt ſemper meminerint, pungēdos pigros, debiles regendos, diſper-

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Epiſcopalis caſtitas.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

ſperſos, vagoſq; colligendos; nam baculi, ſiue virgæ, aut pedi paſtoralis pars retorta, ſiue

Curua trahit; quos recta regit; pars vltima pungit.

Romanus autem Pontifex baculum non habet, vt indicetur, certam Eccleſiæ Catholicæ adminiſtrationem ei non eſſe traditam. Vel dicuntur *angeli*, propter angelicam vitæ ſanctitatem, qua excellere debent Epiſcopi, vt docet Gregorius lib. 1. epiſt. indict. 9. cap. 24. vbi, inter alia: *Omni cura*, inquit, *vigilandum eſt, vt rector cogitatione ſit mundus, operatione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, præ cunctis cogitatione ſuſpenſus, ſingulis compaſſione proximus, bene agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus.* Vel denique propter promptitudinem, ac diligentiam in munere ſuo obeundo, diuiniſque mandatis exequendis. Alati enim, & diſcalceati pinguntur angeli, teſte Dionyſio Areopa. lib. de cœleſt. hierarch. cap. 15 allati quidem, propter velocitatem; diſcalceati vero, tum propter eandem cauſam, tum quia, vt ait Dionyſius; *Omnis terrenæ labis expertes ſint.*

Cur Epiſcopus baculum habeat.

Sexta ratio.

Septima & vltima.

Angeli cur alati & diſcalceati pingantur.

Prædicatum eſt Gentibus. XXXIII.

Partitionis oratoriæ quartum membrum eſt, quo ſignificatur, & ipſis Gentibus multiformis ſapientiæ Dei prædicationem, & manifeſtam magni illius incarnationis myſterij declarationem, contigiſſe, quarum hactenus nullus eſt habitus reſpectus; cùm in ſola *Iudæa notus eſſet Deus*, ſicut & *nomen eius duntaxat in Iſraël* inuocabatur, Pſal. 147. Eam enim inter alias etiam ob cauſam, naturæ noſtræ infirmitatem aſſumere voluit Dei filius, vt ad fidem, & æternam ſalutem

Myſterium incarnationis gẽtibus prædicatum.

Digitized by Google

1. inculcat Paulus: *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia*, &c. Et hoc, *vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius*. Ex quibus fit perſpicuum, quanta prædicationis Euangelicæ ſit virtus, quanta efficacitas; vt non immeritò dixerit cap. 1. ad Romanos Apoſtolus, ſe *non erubeſcere Euangelium, eò quod ſit virtus in ſalutem omni credenti*. Vnde ſubdit hic Paulus hoc myſteriū *creditum eſſe mundo*, id eſt, vbiq; huius myſterij prædicationem ſic eſſe receptam, & approbatam, vt omnes Gentes, efferæ etiam & barbaræ, obuiis vlnis eam amplectantur; licet tenuium, & vilium coram mundo hominum opera, & hac, fidem & religionem mundo Deus patefecerit. *Quando ſit virtus Euangelicæ prædicationis.*

Aſſumptum eſt in gloria. XXXIV.

Hoc addidit Apoſtolus, vt omnes paſſim homines per fidem intelligant, ita à ſe glorificandum eſſe filium, ſicut glorificant patrem: adeò *vt ad ipſius nominis inuocationem, omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtriū, & infernorum*, Philip, 2. Nam eius gloria manifeſte in ipſius morte, reſurrectioneq; enituit, & tum maximè, quando famulantibus nubibus, glorioſus in cœlum aſcendit. Atq; eam ob cauſam, in Timotheo omnes Epiſcopos monet, vt huius tanti myſterij magnitudo iugiter in Eccleſia ab ipſis laudetur, publicetur, & annuntietur. Vnde diligentiam ſingularem à paſtorib. requirit, eò quod res vna omniū difficilima ſit, comprehendere *quæ ſit longitudo, latitudo, & profunditas crucis Chriſti.* *Chriſtus pari cum patre honore glorificandus.*

Digitized by Google

CAPVT IV.

1. SPiritus autem manifeſtè dicit,
quia in nouiſſimis tempori-
bus, diſcedent quidam à fide,
2. *attendentes ſpiritibus erroris,
3. 4. * & doctrinis dæmoniorum, * in hypo-
5. criſi loquentium mendacium, * & caute-
riatam habentium ſuam conſcientiam;
6. 7. * prohibentium nubere, * abſtinere à ci-
8. bis, * quos Deus creauit ad percipiendum
cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui
9. cognouerunt veritatem. * Quia omnis
creatura bona eſt, & nihil reiiciendũ, quod
10. cum gratiarum actione percipitur: * ſancti-
ficatur enim per verbum Dei & oratio-
11. nem. * Hæc proponens fratribus, bonus
eris miniſter Ieſu Chriſti, enutritus verbis
fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es.
12. * Ineptas autem & aniles fabulas deuita.
13. 14. * Exerce te ad pietatem. * Nam corpora-
15. lis exercitatio, ad modicum vtilis eſt, * pie-
tas autem ad omnia eſt vtilis, promiſſionē

ha-

habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *Fi- 16.
delis ſermo & omni acceptione dignus.
*In hoc enim laboramus, & maledicimur, 17.
quia ſperamus in Deum viuum, *qui eſt 18.
Saluator omnium hominum, maximè fi-
delium. *Præcipe hæc & doce. *Nemo 19. 20.
adoleſcentiam tuam contemnat: *ſed ex- 21.
emplum eſto fidelium in verbo, in conuer-
ſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.
*Dum venio, attende lectioni, exhorta- 22.
tioni & doctrinæ. *Noli negligere gratiam 23.
quę in te eſt: quę data eſt tibi per prophetiā,
cū impoſitione manuū Presbyterij. *Hæc 24.
meditare, in his eſto. Attende tibi & do-
ctrinæ: inſta in illis. *Hæc enim 25.
faciens, & teipſum ſaluum
facies, & eos qui te au-
diunt.

Digitized by Google

CAPVT IV.

I. *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſsimis temporibus, diſcedent quidam à fide.*

Boni Paſtoris officium duplex.

VT prudentis paſtoris eſt, gregis ſibi commiſſi ſecuritate, pro præſenti tempore non eſſe contentum, niſi etiam ſeriò, in eam curam incumbat, vt à rapaci & incauta luporum incurſione in poſterum eundem ſaluum, & incolumem vindicet; Ita Paulus, in Timotheo, omnes Eccleſiæ præpoſitos, & Antiſtites erudit, ne tantùm ea, quæ ante pedes ſunt diſpiciant, ſed & quæ futura ſunt, diligenter conſiderent. Poſteaquam enim, Epiſcopi munus, in eo maximè verſari debere oſtendit, vt incarnati verbi myſterium, & à mediatore, collata in genus humanum beneficia deprædicet; nunc eundem, contra futuras hoſtium, id eſt, Hæreticorum, & pſeudochriſtianorum inſidias præmunit. Huius aũt futuri euentus certitudinem, confirmat ex hoc, quod Spiritus ſancti ſuggeſtione, id ſe accepiſſe inſinuet: Neq; enim ad Spiritum S. docere veritatẽ duntaxat; ſed & futura prænuntiare, pertinet

Epiſcopi munus duplex.

Spiritus ſancti officium.

Annotat Doctiſſimus Pererius, in cap. 25. Geneſ. diſp. 3. non minus rerum dubiarum ſolutionẽ; quam futu-

futurorum euentuum cognitionem, modis ſolennioribus quatuor, à Deo Hebræos petere ſolitos fuiſſe; quorum primus erat per prophetas, quos adibat populus, vel publicè vniuerſus, vel priuatim ſinguli, cùm grauis aliqua, & ardua dubitatio incidebat, quæ humano conſilio & prudentia explicari non poſſet. Cuius rei exemplum videre eſt in Saule, conſulente Samuelem ſuper aſinis amiſſis 1. Reg. 9 & in Ieroboam, vxorem mittente ad Ahiam Siloniten prophetam, 3. Reg. 14. Item in Heliâ, & Heliſeo, Hierem. cap. 36. & 42. &c. Alter modus erat per ſomnia, iſq; rariſſimus, vtpote qui non niſi in grauiſſimis, vehementer vrgentibus, & humano conſilio inexplicabilibus rebus, præmiſſis (teſte Hieronymo in cap. 28. lib. 1. Reg.) ieiuniis, & precibus ab omni ſuperſtitione vacuis, adhibebatur. Tertius modus, iſque item rariſſimus, nec niſi ex certo Dei inſtinctu, vel etiam expreſſo mandato circa criminalia & capitalia vſitatus, fiebat per ſortes; quo modo Samuel, in regem elegit Saul, 1. Reg. 10. & eum, qui in anathemate peccauerat, deprehendit Ioſue, Ioſ. 7. &c. Quartus denique modus celeberrimus, & creberrimus, fiebat per ſacerdotes, vel (vt ſcriptura loquitur) *per applicationem Ephod*, ſiue veſtis pontificiæ, cuius deſcriptio habetur, Exod. 28.

Quatuor Deũ conſulendi modi apud Iudæos.
1. per prophetas.
2. per ſomnia.
3. per ſortes.
4. per ſacerdotes,

Per hoc autem veſtimentum duobus modis reſponſa fuiſſe data, arbitratur idem Pererius; Vel enim Pontifex ſacra veſte indutus, prophetiæ ſpiritu afflabatur, afflatusque reſponſa dabat: Vel ex inſolito lapillorum, quos in pectore gerebat idem Pontifex, ſplendore, ſuſcepti vel ſuſcipiendi negotij exitus portendebatur.

Duplex per ſacerdotes reſpõdendi modus.

Nullo

Nullo autem horum modorum, conſultum ab Apoſtolo, hãc à fide Chriſtiana diſceſſionem prędixiſſe Spiritum ſanctum, ex eo fit euidens, quod ſolemniores illi, & per prophetas, & per applicationem Ephod, Deum conſulendi modi, vel ante Machabæi principatum deſiiſſe inſinuent ſacræ literæ, 1. Macab. cap. 3. Quare Paulus hæc futura, ſibi dicente Deo (quem Spiritum ſanctum per attributionem, propter gubernationis ordinem vocat) didicit, vel in illo ad tertium cœlum raptu, vbi audiuiſſe ſe dicit 2. Corinth. 12. *arcana quæ non licet homini loqui*; vel poſtea manifeſtatione & reuelatione ſibi facta; vel forte prędicentibus & ſecum loquentibus voce ſenſibili, angelis, qui cum tanquam Dei miniſtri loquuntur, nõ dicunt ſe nomine Dei miſſos, ſed agunt perinde, ac ſi Deus ipſe eſſet, qui ſermonem haberet. Monet enim Gregorius lib. 28. Moral. cap. 2. & ſeqq. cum *Deus per ſemetipſum loquitur, ſolam vim internæ inſpirationis aperire, alias per angelicam naturam eius ad nos verba formari.* Licet non omnis angelorum, ſiue etiam Dei locutio, quæ ad hominem fieri dicitur, vocalis ſit: habet enim & mens aures, vt teſtatur Dauid Pſal. 84. & *veritas incommutabilis*, ait Auguſtinus, lib. 16. de ciuit. cap. 6. *aliquando per ſeipſam loquitur ineffabiliter rationalis creaturæ mentibus.*

Quomodo Paulus futura prænouerit.

Cum ergò paulò ante dixiſſet Apoſtolus, *magnum pietatis* diuinæ, circa Verbi incarnationem, *in ſpiritu fuiſſe iuſtificatum myſterium*; nunc, iuxta Domini, Ioan. 16. cap. ſententiam; *(ille me clarificabit)* eundem Spiritum ſanctum, futurarum rerum ſcientiam ſibi inſinuaſſe dicit; quod ad prudentiam, & actionum humanarum electionem, noſſe futura, maximè conducat,

ducat, ne quid ij temerè, aut præcipitanter agant, qui ad Reipublicæ Eccleſiaſticæ clauum ſedent.

Legis Euangelicæ gratia, & lenitas.

Hac autem loquendi formula, legis Euangelicæ, tùm gratiam, tùm etiam lenitatem tacitè commendat; in qua iam veniſſe horam oſtendit, *cùm non in prouerbiis, aut in ſomniis, obſcuriſq́; reuelationibus* (quemadmodum in veteri Teſtamento, *Deus, patribus, in prophetis, multifariam, multisq́; modis loquebatur*, ad Hebr. cap. 1.) ſed palam, & in *filio*, & per Apoſtolos, de cœleſtibus ſacramentis, & æterna beatitudine, Eccleſiæq́ue regimine, plurimùm docuiſſe commemoratur. Quaſi dicere velit Apoſtolus, tam cito exorituras hæreſes, vt Epiſcopis, etiamnum ſumma iis impediendis vigilantia ſit opus: *Nouiſsima* ſiquidem *tempora*, non intelligenda ſunt, quæ dudum poſtea, multis ſæculorum ſpatiis interiectis, ſuccedent: Nam, per *dies nouiſsimos*, intelligit Apoſtolus totum tempus, quod eſt à priori Chriſti aduentu, vſque ad finem mundi, ſiue eiuſdem aduentum poſteriorem, quod tempus 1. Corinth. 10. vocat *fines ſæculorum*. Hoc pacto, D. Petrus Actor. 2. exponit de ſua ætate, quod *Ioel propheta, futurum eſſe prædixerat in nouiſsimis diebus*; qui, & prioris ſuæ epiſtolæ cap. 1. dicit, *Chriſtum præcognitum quidem fuiſſe ante conſtitutionem mundi; manifeſtatum autem eſſe nouiſsimis temporibus*. Quare, vbi ſcriptum paſſim reperitur in ſacris Literis, ſiue *tempus extremum*, ſiue *finis dierum*, ſiue *nouiſsimi dies*, ſiue *tempus nouiſsimum*, dicitur illa ætas, quæ id, de quo tunc agitur, conſecutura eſt; ſiue ſit ante tempus Meſſiæ, ſiue poſt; ſiue etiam ſit ipſum tempus Meſſiæ. Quando verò alterum ſignificet, ex rebus ipſis, tam ex præcedentibus & quàm ſequentibus, cognoſcendum eſt: Neque

Nouiſſimis temporibus quid ſignificatur.

Quædam ſcripturæ phraſes expoſita.

Digitized by Google

Vox nouiſſimū, qua ſignificata habeat. enim *nouiſſimum*, tam ſuperlatiui, quam comparatiui, pleriſq; locis vim habet, vt docti quidam interpretes circa locum illum, Geneſ. 49. cap. obſeruarunt, vbi Iacob, de Meſſiæ aduētu multa prædicit. Itaq; hoc, & pluribus aliis ſacrarum literarū locis, vox *nouiſſimum*, pro *poſtea*; vel *poſterioribus diebus*; vel *paulò poſt*, ſumitur; vt intelligamus *nouiſſimū*, pro *poſteriori*, vel *poſterius*, pro *nouiſſimo*, vſurpari, quemadmodum apparet, 1. Ioan. 2. *Filioli nouiſſima hora eſt*. Et Dominus, Ioan. 5. *Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei*, &c.

Eodem igitur planè ſenſu, quo ſub cap. 1. finem, dictum eſt à Paulo, *quoſdam circa fidem naufragaſſe*; hoc loco ſe, quaſi conceptis verbis à Spiritu ſancto didiciſſe pronuntiat idem Paulus; *Diſcedentes à fide, qui ſint.* quoſdam propediem à fide paraturos defectionem, hoc eſt, in iis religionis Chriſtianæ dogmatibus non permanſuros, quæ ſub ipſis initiis, ſana, veritatiq; Euangelicæ conſentanea, audierant: *Catholicorum fides, recta & vera.* Quod certè veris, conſtantibus, & cordatis fidei Catholicæ cultoribus impingi hac ætate noſtra nec poteſt, nec debet; quibus iam alia fidei norma, regulaq; non eſt, non alia doctrinæ Chriſtianæ amuſſis, ab ea, quam à maioribus ſuis acceperunt; Neque enim aliud hoc tempore ſapiunt, quàm quod Apoſtolici viri, primiq; ſuarum ditionum paſtores, ac Epiſcopi, ſub ipſis initiis, tradita docuerunt, certam nempe, & auitam, tam credendorum, quàm agendorum regulam retinentes. Certum ſiquidem eſt, inde diſcedere neminem dici, vbi adhuc fixus, & immobilis hæret; manifeſtum eſt autem, in omnibus & ſingulis ſcriptoribus, authoribusq; Catholicis, eandē *Catholicos, à fide nunquam diſceſſiſſe.* fidei, & doctrinæ noſtræ regulā reperiri; qui vnanimiter clariſſimè teſtātur, nunquam nos à fide diſceſſiſſe, ſed idem nos confiteri, quod ipſi primi Euangeli-

cæ

eæ diſciplinæ plantatores, Catholici, parentes, maioresq; noſtros docuerunt. Et quidem in hac noſtra Eyſtettenſi diœceſi, *quærentes Dominum*, iugiter *attendimus ad petram*, *vnde nos* SS. Bonifacius, Willibaldus, Rupertus *exciderunt*, *& ad cauernam laci, de qua* ab iiſdẽ *præciſi ſumus*, Iſai. 51. Eandem enim fidei, & religionis formam, ſequimur, quam ſanctiſſimi illi Eccleſiarum duces, & primi fundatores olim præſcripſerunt, quam per manus, ſuccedentibus ætatibus, ſibi ſemper ſimilem accepimus.

Diœceſis Eyſtetenſis, Catholica.

Quamobrem, cum conſtet viroſæ Lutheri, & Caluini progeniei aliam iam eſſe, quàm maiorum ipſorum fidẽ, aliam religionis formã, alias rituum, & ceremoniarum leges, conſequens neceſſariò eſt, eandem progeniem à patrũ ſuorum fide & tradita veritate diſceſſiſſe. Cum vero impij Sectarij, patres illos ſanctiſſimos, tum nondũ tradidiſſe nobis purũ Euangelium, impudentiſſimè mentiuntur; fit liquidũ, vt falſum ſit, ꝙ ait propheta Pſal. 18. *In oẽm terram exiuit ſonus eorum.* Certè oẽs nationes Catholicorũ, ſemper audierunt, ſe *non eſſe hoſpites, & aduenas; ſed ciues ſanctorũ, & domeſticos Dei, ſuperædificatos ſuper fundamentũ Apoſtolorum, & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu*, Epheſ. 2. Et ipſe Paulus, cap. 1. Rom. dicit, *fidẽ* Romanæ Eccleſ. *annutiatã vniuerſo mundo.* Cum igitur impij Lutherani, ab ea fide diſceſſerint, (quia, ꝙ per patres, maioreſq; ſuos ab initio audierũt, in ipſis amplius nõ permanet, &, vt Apoſtolus ad Coll. cap. 1. ſcribit, *non permanent in fide fundati, & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euãgelij, quod audierunt; quod prædicatũ eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cælo eſt)* ſequitur iis illa, ꝗ hoc loco dicit Apoſtolus, ita cõuenire, vt Lutherũ & Caluin. nefarios fuiſſe impoſtores, ſingulariter videatur digito indicaſſe, atq; notaſſe:

Lutheri, Calui. & ſequacium diſceſſus à vera fide.

Hæreticorum in patres impudens mendaciũ.

Digitized by Google

Hæreticorum fides, nuda & inanis.

Quis enim à fide eos diſceſſiſſe neget, qui nudam, & inanem fidem in Chriſto, contra eius verbum, valere profitentur, cùm tamen ipſe Paulus, ſicut & Pauli poſteri omnes, fidem cum charitate cõiunctam in Chriſtò duntaxat efficacem eſſe ſemper tradiderint? Pauli ſiquidem verba ſunt, cap. 5. eius, quæ eſt ad Galatas: *In Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium; ſed fides, quæ per charitatem ſiue dilectionem operatur*, id eſt, in actu, ſiue in opere eſt: Eſt enim dilectio inſtar formæ, per quam fides, inſtar materiæ, actuatur: Quemadmodum enim corpus, dum non agitatur per animam, neceſſe eſt vt ſit mortuum; ſic fides non actuata per charitatem, ſiue dilectionem, mortua eſt, ſicut apertè teſtatur *D.* Iacobus, ſuæ Canonicæ cap. 2.

Fidem charitati coniunctã eſſe oportere.

II.

Attendentes ſpiritibus erroris.

Defectionis à fide cauſa duæ. Diabolus ſpiritus erroris.

*D*efectionis à fide, duas cauſas adducit, quarum prior externa eſt, à Diabolo proficiſcens, qui *ſpiritus erroris* ideò vocatur, quod eius proprium ſit officium, hominibus in errorẽ immiſſis, paſſim falſitatem ſuggerere; quia vero incorporeus eſt, carne, & oſſibus carens Diabolus, dicitur *ſpiritus*.

S. Hieronymi nota, de nomine ſpiritus.

Notauit autem *D.* Hieronymus, ſuper Michææ cap. 2. & ſuper cap. 2. Habacuc, *ſpiritus* nomen, in vtroque Teſtamento, vbicumq; ſine additamento ponitur, in bonam partem intelligi, Galat. cap. 5. *Fructus autem ſpiritus charitas, gaudium pax*, &c. Ibid. 6 cap. *Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. E* contrario malus ſpiritus ſemper legitur cum adiuncto; vt Matth. 12. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine*, Luc. 9. 1. Regum 16. Sic etiam hoc loco; dicitur *ſpiritus errorum*,

Digitized by Google

rum, eò quod eos, qui eidem attendunt, facilè ſit à veritate deficere. Qui etenim mendacij patrem ſequuntur, eius ſtudia, & mores imitentur oportet: *Diabolo ſiquidem attendentes*, vt ait Auguſtinus, lib. contra Adimantum cap. 4. *iniquitatem diſcunt, ipſumq́ imitantes, eo impellente, paßim operantur.* Licet enim, ſicut cæteris virtutibus, ita & veracitate in dictis, & factis, fuerit initio Diabolus præditus, in ea tamen nō manſit, ſed ad mendacium ſe conuertens, primos parentes decepit, dicens: *Nequaquā moriemini:* cùm tamen aliter ſentiret, & res aliter ipſa haberet: Inde eſt, quod Ioan. 8. dicat Dominus *eum non ſtetiſſe in veritate*, quia, vt primùm gratia excidit, ad mendacia, & dolos ſe conuertit; quæ etiamnum & per ſe, & per homines nefarios, vt hæreticos & alios, exercet: Ideò ſubiicit ibidem Dominus, in eodem Diabolo, non eſſe veritatem, quòd ſemper infinita mendacia proferat: *Cùm* enim (inquit) *mendacium loquitur, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius*; quod talis eius ſit ſermo, qualis ipſe eſt, qui loquitur. Ipſe enim eſt *ſpiritus mendax*, 3. Reg. vlt. mentiri ergo illi eſt conſentaneum. Sicut enim ſcriptoris eſt ſcribere, & docentis, docere; ita mendacis, mentiri.

Diabolus pater mendaciorum.

Diabolus à veritate in mendacium conuerſus.

Mentiri proprium diaboli.

Ex quibus ſequitur, ſpirituum malignorum ſuggeſtionibus attendentes, ipſum etiam diabolum imitari oportere; quemadmodum in noſtri temporis Sectariis eſt videre, qui, licet in ſuis conſcientiis, lectis veterum patrum Catholicorum libris, & Pontificum decretis, proprios contra veritatem agnoſcant errores, propria peccata, & propriam ignorantiam, quibus ab orthodoxis inſimulantur; nihilominus tamen, à ſalutari conuerſione abhorrent, timentes, ne

Spiritum malignorum ſuggeſtionibus attendentes, imitatores diaboli.

Digitized by Google

vt ſpirituũ malignorum principi, multos alios ſpiritus eſſe ſubditos, indicet: Ipſe autem Beelzebub, principatum inter alios tenens eſt, qui propter nimiam velocitatem, atque diſcurſum, *auis*, & *volatile* nuncupatur; Ipſeq; eſt, referente Hieronymo, qui ſub figura ſerpentis, in paradiſo mulieri eſt locutus, & ex maledictione, qua à Deo condemnatus eſt, accepit Hebræum nomen, *Reſeph*, quod *ventre reptitium* ſignificat, iuxta Habacuc, cap. 3. De hoc Dæmonum pincipe, loquitur 2. ad Corinthios ſcribens cap. 11. Apoſtolus. *Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Vbi, Euæ adhuc integræ, & caſtæ per ſerpentem, ſeductæ, Corinthiam Eccleſiam, ſed per pſeudoapoſtolos deceptam comparat; Ex qua comparatione, fit liquidum, tortuoſi ſerpentis, ſiue Diaboli adminiſtros, eſſe Hæreticos, & Sectarios, quotquot Eccleſiæ Catholicæ vnitatem, dolo malo, immiſſiſq; erroribus diſcindere nituntur: Seducitur enim quiſpiam, cùm in alicuius rei falſæ, ſub ſpecie veri, perſuaſionem adducitur. Qua ratione ſerpens, mulierem ad fructus vetiti manducationem allicere cupiens, dixit, vt eam à mentis ſimplicitate auerteret; ſcientiæ boni & mali lignum, à Deo nequaquam fuiſſe prohibitum, ipſamque cum viro ſuo, nõ bene Domini verba, ſiue præcepta intellexiſſe; quaſi dicere voluiſſet aſtutus coluber; Cur præcepiſſet Deus, vt à fructu alicuius arboris manum abſtineretis, cùm omnes ſint bonæ, & ſalutares? Non eſt, quod credatis vos morituros, ſi lignum ſcientiæ guſtaueritis; ſcit enim Deus vtiliſſimum eſſe, quippe, quod ſcientiam augeat, &c.

Dæmon aui & ſerpenti comparatus.

Hæretici, miniſtri dæmonis.

Eua per ſerpentem callidè decepta.

Quo

Digitized by Google

Quo ſenſu peruerſum conſilium eſſe intelligendum, videtur declaraſſe S. Auguſtinus, lib. 11. de Geneſ. ad literam, cap. 30. *Arbitror*, inquit, *quod putarit Eua, Deum alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe; ſi manducaueritis, morte meriemini; atque ideò ſumpſit de fructu eius, & manducauit*, &c. Eodem modo Epiphanius in Hæreſi Caianorum, quæ eſt 38. Diabolum dicit, vt mulierem ſeduceret, ſimulaſſe ſe amicum Dei: *Diabolus*, ait, *per mendacium decepit Euam & Adam, alia pro aliis dicens, & amicitiam cum creatore ſimulans.*

Hæretici noſtri, impoſtores mēdaces.

Has Diaboli impoſturas, & fallaciam, grauiter Caluiniſtæ, & Lutherani, in ſeducendis initio Catholicis, imitantur ob multos abuſus, quos in Eccleſiam irrepſiſſe mentiebantur, qui facile, quas voluerunt ſectas inuexerunt; iam vociferantes per ſacerdotum auaritiam, introducta pro mortuis ſacrificia; iam, contra libertatē Chriſtianam, pugnare obedientiam, quæ ſummo & aliis Pontificibus exhibetur. Sicut enim, (qua erat ſerpens abſtutia) mendacem, atque inuidum eſſe Deum, dicere non audebat, quòd Eua fortè non credidiſſet; ſed malè intellectum ſuggerebat; ita Caluiniani, non mentitum eſſe Chriſtum dicunt, cùm, pane in manibus ſumpto, ait, *Hoc eſt corpus meum* (ſi enim hoc dicerent, neminem ſeducerent: ſed ab omnibus, vt impij, & blaſphemi repellerentur) quin potius à Catholicis, Chriſti verba non rectè intelligi, nugantur; vt, quæ per tropum accipienda ſint, à Catholicis ſine tropo vſurpentur. Quod ipſum Sectariis omnibus commune ſemper fuit, qui Deum non mendacem quidem, ſed orthodoxos ignorantes, & imperitos eſſe dixerunt: Qua ratione, pluribus hominibus incautis impoſuerunt, ſicut

Caluianorum aſtutia in ſeducendi.

Pſeu-

pſeudoapoſtoli, qui multis, contra Pauli dignitatem & prædicationem adductis, traditæ ab eo doctrinæ, fideiq; integritatem, & ſimplicitatem corrumpere contendebant, vt aſtutia ſua, hoc eſt, mediis apparentibus, ſiue falſis rerum imaginibus, callidè ludificando hominum ſenſus, non modò occultis erroribus irretirent, ſed & in omne vitiorum genus ſenſim præcipitarent. *Huiuſmodi*, ait cap. 16. ad Rom. *Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium:* qui tandem (vt eſt, 2. Timoth. 4.) *ad ſua deſideria coaceruantes ſibi magiſtros prurientes auribus, à veritate quidem auditum auerterunt, & ad fabulas ſunt conuerſi.* *Pſeudoapoſtolorum aſtutia.*

Quod ſi tantopere ſuppoſitam, & adulterinam fidei doctrinam, quam *Dæmoniorum* hoc loco vocat, eſſe cauendam docet Apoſtolus, quomodo in ſua quęque fide conſequi ſalutem poſſe, aliqui perfidi mentiuntur, modò in Chriſtum quis credat? *D.* Chryſoſtomus dicit, eiuſmodi erroris ſpiritibus, homines propriè eſſe afflatos, qui propria loquuntur. *Sola fides ad ſalutem inſufficiens.*

Ex quo facile quiuis collegerit, quænam ſit *doctrina Dæmoniorum*, nempe quæ puræ, putæq; veritati repugnans, ex priuato cuiuſq; impoſtoris ſenſu profecta, à corrupto & improbo fallacis cuiuſuis Hæreſiarchæ iudicio, ortus ſui principium ſumpſit, iuxta id, quod Hierem. cap. 23. ſcriptum eſt: *Vſquequo iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui?* *Doctrina dæmoniorum quæ ſit.*

In hypocriſi loquentium mendacium. IV.

Hypocritam, ſiue hiſtrionem, ſacræ literæ definiunt, qui aliud eſt, & aliud quæſtus & inanis arrogantiæ cauſa, apparet. *Sunt* (ait Auguſt. de ſerm. Do- *Hypocrita quinam ſint.*

mini in monte cap. 2.) *hypocritæ ſimulatores, tanquam pronuntiatores perſonarum alienarum, ſicut in Theatricis fabulis: Non enim qui agit partes Agamemnonis in tragœdia, ſiue alterius alicuius, verè ipſe eſt, ſed ſimulat eum, & hypocrita dicitur: Sic in Eccleſia, vel in omni vita humana, quiſquis ſe vult videri, quod non eſt, hypocrita eſt.* Hæc Auguſtinus. Eiuſmodi per omnia ſunt pſeudoprophetæ, quos eodem prope ſchemate laruatos, hic introducit diſcipulus, quo eoſdem, Matt. cap. 7. indutos depinxerat magiſter: Abſconditam namque ouini velleris integumento lupinam ſectariorum rapacitatem, vocauerat ibidē Dominus impia eorundem dogmata, quæ hic hypocriſin, & mendacia verba appellat Paulus. Aliud enim (iuxta D. Hieronymum in prædictum cap. 7. Matth.) habitu, & ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant Hæretici. *Quis eſt veſtitus ouium*, ait Vincentius Lirinenſis lib. contra profanas hæret. nouit. cap. 36. *niſi Prophetarum & Apoſtolorum eloquia? qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti, quaqua poſſunt, dilacerant. Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum feritate, deponunt lupinam ſpeciem, & ſeſe diuinæ legis ſententiis, velut quibuſdam velleribus obuoluunt.* Et: *Quænam ſunt iſtæ pelles ouium*, ait Tertullianus, lib. de præſcript. cap. 4. *niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus, & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcentes? Qui pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores?* &c.

Pſeudoprophetæ, & Hæretici lupi, ouino vellere contecti, aſſimilati.

Pſeudoprophetæ ergo, Hæretici ſunt, qui falſa, mendacique doctrina, à via cœli arcta, populum in Orci viam latam trahunt: Ideò tanta diligentia, eoſdem,

Hæretici, falſi prophetæ.

dem, tanquam impoſtores cauendos voluit Dominus, quos hoc argumento facile dignoſci poſſe docuit, quod ſponte ſua, non miſſi, nec à legitimis Eccleſiæ præpoſitis, tanquam Aaron, vocati veniant; de quibus Hierem. 23. dixit Dominus: *Non mittebam prophetas, & ipſi currebant; non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Mittuntur quidem Hæreſiarchæ, ſed à Sathana, qui ſicut *in angelum lucis ſe transfigurat* 2. Corinth. 11. ita & ipſe ſuos miniſtros transformat: *Sunt enim eiuſmodi pſeudoapoſtoli*, ait Paulus ibidem, *operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti; & non mirum: Ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis: Non ergò eſt magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur, velut miniſtri iuſtitiæ*, &c. Quaſi diceret, pſeudoprophetas, ex ſententia Domini, foris eſſe oues, intus lupos, veritatis quandam ſpeciem oculis obiicientes, cum tamen ex corde, hæreſeos venenum in omnium exitialem perniciem euomant.

Hæretici vnde dignoſcantur.

Hæretici ad prædicandum à diabolo miſſi.

Ad hunc modum Zacharias, cap. 13. *operiri pallio ſaccino* ſolitos *pſeudoprophetas, vt mentiantur*, narrat. Quoniam enim *ſaccus inſigne eſt pœnitentiæ, & prophetæ* (vt ait Hieronymus) *quando populum ad pœnitentiam prouocabant, eo induebantur, vt* Eſaias, cui cap. 20 præcipitur, vt *auferat ſaccum de lumbis ſuis*: Qui religioſiores videri volebant in pſeudoprophetis, ſacco amiciebantur, vt facilius eis populus crederet; propterea ait Zacharias. *Non operientur pallio ſaccino*, ſiue villoſo, aut pelle cilicina, *vt mentiantur*, hoc eſt, vt tuto poſſint mentiri, & credat eis populus.

Pſeudoprophetæ pallio ſaccino indui ſoliti.

Eiuſmodi prophetæ ſunt Lutherani, omneſque noſtri temporis Sectarij, qui, ſub ſaccino *Reformatæ religionis* pallio, vt *Dei* cultum externum euertant,

Lutheranorũ ſaccinum pallium, & ſubdola doctrina.

 non

non ſolum orthodoxam de ſacramentis doctrinam contaminare; ſed ſanctorum inuocationem, imaginum & reliquiarum venerationem penitus tollere non verentur: qui, vt vitam ſpiritualem deſtruant, ſub villoſo *Euangelicæ libertatis* veſtimento, omnem de peccatis & virtutibus ſanam doctrinam, venenatis ſuis dogmatibus infecerunt, libertatem illis quos decipiunt, promittentes, cùm ſint ipſi ſerui corruptionis: qui denique, vt nihil intactum relinquant, magnæ domus Eccleſiæ fundamenta, quæ Chriſtus lapis angularis poſuit, ſibiq; arctiſſimè connexuit, aggreſſi, omnem eiuſdem Eccleſiæ authoritatem, ſub ſpecioſo *Proteſtantium* titulo & veſtimento, ſubuertere conantur; ab Epiſcopis, paſtoribus & Doctoribus, quos Chriſtus poſuit ad ædificationem corporis ſui, ad viliſſimos & cõtemptos à plebe homines (tales enim ſunt eorum omnes, quos vocant, miniſtri) eam transferendo, &c.

Hæretici mercatoribus comparati.

Sic enim *fictis verbis de illis in auaritia negotiantur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio non dormitat*, 2. Pet. 2. Rectè namq; mercatoribus, falſi Doctores comparantur; Sicut enim mercator, quo charius ſua mercimonia diuendat, blandis, & cõpoſitis ſermonibus emptorem illicit; ita & Hæretici, quæſtus, & auaritiæ gratia, blandis fidei Chriſti, & charitatis nominibus, ad ſe ſimplices fideles alliciunt, ait Gagnæius, vt per auaritiam ſuam, expilatos dæmonibus vendant. Eam ob cauſam, per Zachariam, cap. 14. dicebat Dominus: *Et non erit mercator in domo Domini.* Eſt enim mercator in domo Domini Hæreticus, qui opera Dei, non Dei, ſed lucri, aut honoris, aut cupiditatis cauſa facit, & ex bonis, vnde ſperari poterat æterna

Hæreticus, mercator in domo Domini.

mer-

merces, caducum, & mox periturum præmium percipit: Sed eiuſmodi fraudulenta mercatura ſupplicio non carebit, quia *omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur*, ait Zacharias, cap. 5. Volens dicere, hypocritam, qui ſecundum verba legis non docet, nec etiam viuit, & de falſa doctrina laudes, fauoreſq; ſectatur, tanquam furem iudicandum, quia per hoc, quod ſiue iuſta, ſiue iniuſta, falſaq; loquitur, laudem ſibi vitæ iuſtorum, & doctrinæ veracium Doctorum gloriam aucupatur. *Hæretici, tanquam fures, iudicandi.*

Et cauteriatam habentium ſuam conſcientiam. V.

Secundam defectionis à fide cauſam ſubiungit, quam ex corrupta mente, ſiue praua conſcientia profectam, *cauteriatam* appellat. *E*ſt autem *cauterium*, inſtrumentum ferreum, quo ardente, infligitur alicui vulnus, vel in ſignum, cum fit in facie, vel ad eliciendum ſanitatis cauſa pus, ſiue ſaniem, quæ intra cutem latebant. *Cauteriatam* porro *conſcientiam* vocat Gloſſa huius loci interlin. quæ ſimulatione eſt corrupta, quia, ſicut cauterium corio corrupto, notam infligit; ita conſcientia, erroris, malitiæ, & fraudis igne adusta, ſigno aperti mendacij eſt notabilis. Candenti autem ferro notari ſolitos maleficos, ſtigmatibus impreſſis cuti; docet vſus, & quotidiana experientia: Hæretici autem non corpus, ſed animum habent ſtigmaticum, ſiue cauterio inuſtum, ob vitæ dedecora, quorum ipſi ſibi ſunt conſcij, quemadmodum cap 1. eius, quæ eſt ad Titum, inſinuat Apoſtolus, dicens, *coinquinatas eſſe eorum mentes*. Sicut enim corrupta

Defectionis à fide, cauſa altera. *Cauterium, quid.* *Cauteriata conſcientia quæ ſit.* *Malefici cauterio notari ſoliti.* *Hæreticorum animi cauteriati.*

Digitized by Google

per ignem caro, continuò ſtillat putredine; ita ex igne peruerſæ voluntatis, iræ, odij, concupiſcentiæ, inuidiæ, vlceratur conſcientia, & dæmoniorum egreditur falſa doctrina, iuxta quam, hodierni Sectarij nullum omnino ſuorum malorum ſenſum percipiunt: Nam inſtar *hypocritarum facies ſuas exterminant*, Matth. cap 6. id eſt, conſcientias ſuas in exilium mittunt, perindeq; viuunt, ac ſi conſcientia carerent, Hominis ſiquidem *internam faciem conſcientiam* vocat Bernardus ſerm. 1. in cap. Ieiunij & Author operis imperfecti, homil. 15. *Facies*, inquit, *ſpiritualis animæ, eſt conſcientia eius.* Sicut enim in conſpectu hominum gratioſa facta eſt facies pulchra; ſic in oculis Dei, ſpecioſa eſt conſcientia munda. Sectarij quidem, neſcio quid puritatis, elegantiæ, & pulchritudinis ſimulato artificio, in oculis, & hominum conſpectu venditant, & oſtentant, cum tamen eorum conſcientia ſit patentis ſepulchri inſtar, oſſibus mortuorum, & ſpurcitiarũ pleniſſimi; Quibus recte cõgruit, quod Threnor. cap. 1. ſcriptum eſt: *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum: & non ſunt cogniti in plateis.* Licet enim ſimpliciores homines, ex habitu Hæreticorum externo, ſanctimoniam præ ſe ferente, non cognoſcant Sectarios, agnoſcuntur tamen iidem ex eorum fructibus, ſiue operibus, & doctrina, ab Eccleſiæ primoribus, & anteſignanis, qui non tam velleris externi ſpeciem, quàm male olentem pertinacis erroris vomitum attendunt; ex cuius olfactu, ſitne ouis, an lupus, qui ſe ita iactat, & intrudere præſumit, facilè diſcrimen agnoſcunt, quemadmodum à D. Ioanne didicerunt, qui primæ ſuæ epiſtolæ cap. 4. *Nolite*, inquit, *omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint.*

Conſcientia, interna facies hominis.

Sectariorum ſimulata puritas.

Hæreticorum fallacia, ſimplicioribus incognita, doctis verò perſpecta.

Quo-

Quoniam multi pſeudopropheta exierunt in mundum. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: Omnis ſpiritus, qui confitetur, Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, &c. *Cum enim Sectarij*, ait Vincentius Lirinenſis, *diuinas voces exponere, & interpretari cœperint, tunc rabies intelligitur, tunc virus exhalatur, tunc ſcindi ſepem videas, Catholicam fidem cœdi, Eccleſiaſticum dogma lacerari.*

Mala autem, quæ Sectariorum doctrinam ſequuntur, bella, ſtrages, ſeditiones, diſſidia, aliaq; ſimilia ſunt, vt teſtatum facit experientia. *Verſatur*, enim, inquit epiſt. 240. ad Hildephonſum comitem S. Bernardus, *in terra veſtra ſub veſtimento ouium, lupus rapax: ſed ad Domini deſignationem, à fructibus eius cognoſcimus illum*, &c. Deinde fructus indicat: *Baſilica*, inquit, *ſine plebibus, plebes ſine ſacerdotibus, ſacerdotes ſine debita reuerentia ſunt & ſine Chriſto, deinde Chriſtiana Eccleſiæ ſynagoga reputantur, ſanctuarium Dei ſanctum eſſe negatur, ſacramenta non ſacra cenſentur, dies feſti feſtiuis fruſtrantur ſolenniis: Moriuntur homines in peccatis ſuis, rapiuntur anima paſſim ad tribunal terrificum, nec pœnitentia reconciliatur, nec ſacra communione muniti, paruulis baptiſmi negatur gratia.* Hæc Bernardus, funeſtam hodierni temporis faciem, & miſerum Eccleſiæ Catholicæ ſtatum, graphicè exprimens: Sed falſorum prophetarum *perditio non dormitat*, ait princeps Apoſtolorum 2. Petri 2. Etiamſi nunc iudicio, & condemnationi ſubeſſe non videantur, non eſt tamen putandum, interim per negligentiam ceſſare, & prætermitti eorum iudicium, & condemnationem, quia, qui iam olim Dei iudicio damnati ſunt, poſt-

Mala ex Hæreticorum doctrina quanã proueniant.

Noſtrorum tẽporum miſeria.

Pœna, & condemnatio Hæreticis obuentura.

Digitized by Google

poſthæc experientur, quod tarditatem iudicij vindiđta compenſet Deus. *Cum prophetauerit vltra*, Zach. 13. (ſcilicet falſus propheta) *dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eũ pater eius, & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit.* Hactenus Zach. cap. 13. qui tanta religione à populo ſuo Deum colendum prædicit, vt ſi quis pſeudopropheta decipere homines voluerit, ſimulata prophetia, ipſi eius parẽtes, Zelo gloriæ Dei incenſi, non ſint eum laturi, ſed ſententiam mortis proferent in eum dicentes: *Non viues*, id eſt, non eſt fas, vt viuas; dignus es morte, quia cùm mendacium loquaris, dicis te à Deo accepiſſe, & ab eo mitti. Id enim eſt *loqui in nomine Domini*, id eſt, virtute & poteſtate Domini, & ſicut ab eo miſſus; aut prolato nomine Domini. Dicebant enim prophetæ: *Hæc dicit Dominus.* Eſt autem ſermo prophetæ de Hæreticis, & deprauatæ doctrinæ ſeminatoribus, quos parentes, & conſanguinei dicuntur curaturi per magiſtratus occidi, ne veneno ſuo populos corrumpant. Et ne priuata authoritate hoc faciendum putaretur, addit: *Sit primum manus tua ſuper eum, & poſt te, omnis populus mittat manum.*

Hæretici è vita tollendi.

VI. *Prohibentium nubere.*

Primũ dogma erroneum ex doctrina dæmoniorum.

Hoc eſt primum dogma erroneum, ex ſchola, ſiue doctrina Dæmoniorum, ipſis Apoſtolorum temporibus profectum, quemadmodum ex 9 D. Ignatij epiſtola colligitur, qui poſt damnatam Ebionis hæreſin, ad Philadelphios ſcribens: *Si quis*, inquit, *vniuerſa hæc conſiteatur; ſed legitimam commiſtionem, & liberorum procreationem, corruptelam & pollutionem appellat, aut cibos*

bos deteſtandos putat, talis apoſtata; illum Draconem in ſe habentem fouet. Huius dogmatis inuentorem facit Irenæus, lib. 1. cap. 22. Saturninum cum ſuis gregalibus, de quibus, referente Baronio, Tom. 1. Annal. anno 57. *Nubere*, inquit, *& generare à Sathana dicunt eſſe: multi etiam ex his, qui ſunt ab eo, & ab animalibus abſtinent, perfecta eiuſmodi continentia seducentes multos.* Hos igitur ſignatos eſſe ab Apoſtolo, imò à Spiritu Dei, nulla eſt, ait idem Baronius, dubitatio. Ipſe enim Saturninus primus fuit, vt author eſt Theodoretus, hæretic. fabul. lib. 1. qui matrimonium, diaboli doctrinam nominauit. Quod ipſum, Ebion hæreſiarcha etiam docebat, teſte Epiphanio, hæreſ. 28.

Prohibitionis nuptiarum primus inuentor.

Saturnini error, matrimonium Diaboli doctrinam appellantis.

Ebion Hæreticus.

Chryſoſtomus, de Manichæorum, Tatianorum, Marcioniſtarum officina, ſermonem eſſe arbitratur, cui Theophylactus, Oecumenius, & Ambroſius ſubſcribunt. Hos Hæreticos dicit D. Auguſtinus, cum turpiter intra priuatos parietes viuerent, eſſentque impuriſſimi; tamen miram præ ſe tuliſſe ſanctitatem, ſimulatè, & fallaciter omnia agentes & teſte eodem lib. 30 contra Fauſtum, nuptias ſimpliciter interdicentes; licet eas permitterent auditoribus ſuis, quia ſcilicet non poterant ab iis aliud obtinere: In quos ſic Auguſtinus: *Nec ideo*, inquit, *vos dicatis non prohibere, quia multos veſtros auditores in hoc obedire nolentes, aut nō volentes, ſalua amicitia toleratis*: Ex quib. colligitur, Manichæos ſuis auditoribus ſic nuptias permiſiſſe ad explendam libidinem, vt tamen conceptum tollerent, & liberorum procreationem cauendam eſſe monerent; quod eſt, nuptias apertè deteſtari: cùm tamen ideo potiſſimum à Deo nuptias inſtitutas Catholici

Manichæorum error de prohibendis nuptiis.

aſſerant & laudent, quod ad procreationē liberorum, à Deo inſtitutæ eſſe noſcantur.

Lutheranorum in Catholicos ſugillatio, de nuptiis.

Cum igitur exploratum ſit, quas hæreſes, quoſue Sectarios hoc loco, monente Spiritu ſancto, damnet Apoſtolus, ineptè, & malitioſè huius temporis Nouatores Lutherani, his Apoſtoli verbis, in Catholicæ veritatis ſugillationem abutuntur, quæ nuptiis cœlibatum præfert, & ciborum commendat abſtinentiam. Neque enim, vt ipſi fingunt, iuſtas nuptias, thorumq; immaculatum prohibet Eccleſia Catholica, quas iuxta Dei verbum, honorabiles eſſe nouit, & ad eas, ſecundum Apoſtolum, eos, quibus licet, ſi non continent, hortari ſolet: Imò in Apoſtolorum conſtitutionibus, monentur presbyteri curare, vt maturè iuuenes matrimonia ineant, quo iuuenilis libidinis laqueos anticipent, quemadmodum ex lib. 4. Clement. de Apoſt. conſtitut. patet: Vt iam hoc ſit, ait Turrianus, lib. 3. cap. 16. quod Paulus ait 1. Cor. 7. *ſi non continent, nubant; melius enim eſt nubere*, & filios procreare, &c. *quam vri.* Et infra cap. 5. huius epiſtolæ: *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem aduerſario dare maledicti gratia.*

Iuuenes maturè adducendi ad matrimonium ineundū.

Viduis cur nuptiæ interdictæ à Paulo, infra cap. 5.

Quod ſi porro viduis illis cum eodem Paulo, infra c. 5. Eccleſia nuptias interdicat, quę Deo vouerunt nō nubere; (quæ ſi nubant, aut nubere velint, primam fidem ad damnationem ſuam irritam faciunt) non eo ipſo, matrimonij legem damnat; *quia*, vt ait Theodorotus, hunc locum explanans, *Chriſto erant dedicatæ, & aſcriptæ, vt pudicè in viduitate viuerent.* Et Apoſtolica traditio à Clemente Romano in tertio libro de conſtitut. Apoſtol. ſcripta de huiuſmodi viduis; *Iterum*, inquit,

Digitized by Google

inquit, *nubere poſt promiſſionem, ſceleratum eſt, non propter coniugium ipſum, ſed propter mendacium:* Et ſanè, huius loci iam allati interpretatio, Concil. Carthagin. quarti Canonis authoritate nititur, dicentis: *Sicut bonum eſt caſtitatis præmium, ita & maiore obſeruantia, & præcepto cuſtodiendum eſt. Vt ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & matura ætate à viro relictæ ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, religioſo habitu apparuerint; poſtea vero ad nuptias ſæculares tranſierunt, ſecundum Apoſtolum, damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergò perſonæ ſine Chriſtianorum communicatione maneant,* &c.

Canon Concil. Carthag. de Viduis Deo deuotis, nubentibus.

Qui igitur ſint, quos Paulus hoc loco, prohibituros eſſe nuptias prædixit, declarat S. Sixtus ſecundus, in epiſt. de caſtitate; *De illis*, inquit, *intelligendum eſt, qui, vt malum, nuptias damnant, & non à Deo inſtitutas credunt; nec illos nubere ſinunt, quibus hoc Apoſtolus indulſit*, Manichæi ſcilicet, & Marcioniſtæ, qui alium nuptiarum, alium virginitatis Deum credunt: *nos verò*, inquit, *eundem confitemur, & non damnamus nuptias, nec incontinentes nubere prohibemus.*

De quibus nuptiarum prohibitoribꝰ, loquatur Paulus.

Cum enim Eccleſia Catholica, matrimonio in SS. ordinibus conſtituendis interdicit, neminem ad cœlibatum abſolutè cogit ſuſcipiendum; ſed ſolùm eam conditionem requirit in iis, qui initiari volunt ſacris myſteriis; quam ſi quis nolit accipere, poteſt non accipere, ſed non initiabitur. Quemadmodum etiam (vt docet Bellarminus, lib. de Clericis c. 20) nõ cenſetur Eccleſia prohibere iudicia

Clericis in maioribus cõſtitutis, matrimonium interdictum.

forenſia, nec officium tortoris, etiamſi nolit talia ab Eccleſiaſticis vel fieri, vel exerceri. Ex quibus conſtat, Nouantes Lutheranos, iuxta B. Pauli prophetiam, nequiter ea in Eccleſiæ decreta intorquere, quę in Sectarios ipſe, à Spiritu ſancto ſibi reuelata, conuenire pronuntiauit.

VII. ## *Abſtinere à cibis.*

Error quorundam, de abſtinendo à cibis, tanquam ex ſe malis.

Qui doctrinæ Dæmoniorum attendebant, non ſolum legitimos matrimoniorum contractus iniquè damnabant; ſed & à cibis quibuſdam, tanquam ex ſe malis, abominandis, & non à Deo creatis, abſtinentiam præcipiebant. Hoc autem præceptum, ab erroneo ſpiritu profectum, eſſe damnabile, docet Apoſtolus; eorum ciborum delectum vehementer improbans, quem falſis ex cauſis, vel Pythagoras excogitaſſet, vel Ægyptij inueniſſent, vel lege diuina olim ad ſtatutum tempus præſcriptum, poſt, inde iam rancidum, ſuperſtitio miniſtraſſet.

Encratitarum hæreſis.

Quem ſuperſtitioſum ciborum delectum, recipientes olim Encratitæ, *Nuptias*, inquit Epiphanius, in eorum hæreſi, quæſt. 47. *reiiciebant, ex Sathana has eſſe dicentes: animata vero abominantes interdicebant, non continentiæ gratia, neque honeſtæ vitæ, ſed propter timorem, & imaginationem, vt ne contaminentur ab animatorum eſu.* Quod idem feciſſe Marcionem, citatus Pater, in eius hæreſi, quæ eſt 42. teſtatur: *Docet* (nempe Marcion) *animatis non veſci; pronuntians reos eſſe iudicij eos, qui carnẽ edunt, velut qui animas edũt.* Et deinde in hęreſi Manichæorum, quæ eſt 66. in hunc modũ de Manichæo loquitur. *Edentem carnes Manichæus animam edere dicit, & eſſe ipſum reum, vt & ipſe tale quid fiat: ſi taurũ edit*

Marcionis hæreſis.

Manichæi hæreſis.

vt

Digitized by Google

vt taurus fiat, ſi porcũ edat, vt porcus, & ſic de reliquis. Hæc igitur, in Eccleſiam, D. Franciſcum & alios religionis inſtitutores contorquere, qui certis temporibus ieiunare ſuos ſubditos voluerunt, continentiæ, &c. & refrænandæ cõcupiſcentiæ gratia; impium eſt cõmentum Lutheranorum: Neque enim, cùm ciborum prædicat Eccleſia abſtinentiam, cibos cuiusq; generis, tanqũ abominabiles, exiſtimat (quod ſolum improbat Apoſtolus) quos à Deo Opt. Max. nec ab alio, creatos eſſe dicit numine, alioúe principio: Sed ſicut ingluuiem deteſtatur, ita ciborum abſtinentiam vehementer commendat, tanquam temperantiæ, aliarumq; virtutum multarum nutricem, atque parentem. Eos namque cibos ad eſum ſubinde adhibet, qui ad continentiam, puritatem, petulcæ carnis refrænationem, & de peccatis pœnitudinem videntur magis accommodati; illos verò pro tempore reiicit, qui eſculentiores cùm ſint, magis quam ad inſtitutum par eſſe videatur, nutrimentum afferant. Quam abſtinentiam ab allatis cauſis ſuſceptam, & minimè ſuperſtitioſum hunc ciborum delectum Deo ſemper, plurimum placuiſſe, vtriuſque Teſtamenti ſcriptura haud difficulter probari poteſt. Quantis enim laudibus coram omni populo extulit Dominus Rechabitas (vt alios prætercam) Hiere. 35. cap non quòd ex præſcripto vel inſtituto alicuius latæ legis, vel patriæ conſuetudinis; ſed tantum, quod præcepto patris ſui Ionadab abſtinerent à vino? Quanta item laude eſt ſublatus à ſponſo maximus ſponſi amicus, Ioannes Baptiſta, qui talem habuiſſe ciborum delectum cognoſcitur, vt de illo ipſe Dominus teſtaretur, *neque manducaſſe panem, neque bibiſſe vinum*, Luc. cap. 7.

Eccleſia indicta ſua ieiunia, perperam à Lutheranis reprehenſa.

Ciborum abſtinentia rectè ab Eccleſia commendata.

Sobrietas, Deo accepta, non ſuperſtitioſus ciborum delect9.

Sobrietas Rechabitarum.

Abſtinentia Ioannis Baptiſtæ à Chriſto laudata.

Digitized by Google

ſolo quippe melle ſilueſtri, & locuſtis in deſerto contentus: Quæ genus herbæ fuiſſe, magnus Athanaſius authoritate ſcripturæ comprobat, Ait enim Dauid Pſal. 108. *Excuſſus ſum ſicut locuſtæ.* Et Eccleſiaſtes, 12. *Florebit Amygdalus, & pingueſcet locuſta, & diſſipabitur capparis. Vt enim Amygdalus,* inquit Athanaſius, *non eſt caro, & capparis herba eſt; ita locuſta, quæ creſcit in campo, & prato.* Ioannes enim, ſi panem non comedebat, multo minus carnem; mel autem cibus eſt monachorum, &c.

Quid locuſtæ, quibus Ioannes veſcebatur.

Quod ſi ergò Ioannes Baptiſta pœnitentiam prædicans, ieiunium item, quod eſt inter fructus pœnitentiæ dignos, commendabat; qua fronte, Lutherani audebunt Catholicis affingere Hæreticorum næuos, & maculas, quaſi Manichæorum & aliorum damnatorum hæreticorum doctrinam de ciborum damnato delectu imitentur, & obſeruent? Manichæi enim, vt tradit Auguſtinus, lib 30. contra Fauſtum Manichæum, cap. 5 *hoc animo, hac voluntate, hac opinione, ab eſcis huiuſmodi temperabant, quod non ſignificatione* (vt in veteri lege) *ſed natura malæ & immundæ ſint. Chriſtiani* vero, vt ibidem ait Auguſtinus, *non hæretici, ſed Catholici, edomandi corporis cauſa, propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quod immunda illa eſſe credant* (quæ eſt doctrina Manichæorum) *non ſolum à carnibus, verum à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent*, &c. Quare patet, non ſimplicem ciborum prohibitionem, ſed eam, quæ ſic cibos prohibet, vt res immundas, & non à Deo creatas, (quod damnat & execratur Eccleſia) ab Apoſtolo hoc loco dici doctrinam Dæmoniorum: alioqui & ipſi Apoſtoli, & ipſe Paulus cum aliis, doctrinam Dæ-

Lutheranorum in Catholicos commentum de ciborum delectu

Manichæorum hæreſis.

Doctrina dæmoniorum.

Digitized by Google

Dæmoniorum docuiſſent, cum Actor. 15. prohiberent *comedere ſuffocatum & ſanguinem. Multum* igitur *intereſt*, ait idem Auguſtinus, loco citato, *inter abſtinentes à cibis propter ſacratam ſignificationem, vt olim faciebant Iudæi; vel propter corporis caſtigationem, vt etiam nunc faciunt Chriſtiani Catholici: atque inter abſtinentes à cibis, tanquam per ſe immundis, nec à vero Deo creatis, vt vos* (Manichæi) *facitis. Proinde* (addit) *illa* Iudæorum & Catholicorum *doctrina, eſt prophetarum & Apoſtolorum: hæc autem veſtra* (Manichæorum) *eſt Dæmoniorum mendaciloquorum.* Hæc Auguſtinus.

Diſcrimen inter abſtinentiã Iudæorum, Manichæorum, & Catholicorum.

Ex quibus fit euidens contra impudentes hæreticorum calumnias, præceptum eſſe ab Eccleſia ieiunium, & ab aliquibus cibis abſtinentiam, non vt Manichæi, teſte Auguſtino, lib. 30. contra Fauſtum, capite 5. non vt Marcioniſtæ, teſte Hieronymo, lib. 2. contra Iouinian. non vt Encratitæ, teſte Theodoreto, diuin. decret. epitome, cap. vlt. aut Priſcillianiſtæ, (quos hoc nomine Manichęis ſimillimos Auguſtinus, epiſt. 86. appellat) tradiderunt, quaſi creaturæ immundæ ſint carnes & alia huiuſmodi; ſed propter cauſas plurimas, quas Chryſoſtomus ſerm. 1. de ieiunio, ſcripturæ doctrinam ſecutus, ad quatuor reuocat: *Ieiuna*, inquit, *quia peccaſti; ieiuna, ne pecces: ieiuna vt accipias; ieiuna, vt accepta cuſtodias. Hoc enim* (ieiunium) *ſubſtantia eſt & imago cæleſtis*; (ait Ambroſius, lib. de Helia & ieiunio, cap. 3.) *refectio animæ; cibus mentis; cibus Angelorum; culpæ mors; excidium delictorum; remedium ſalutis; radix gratiæ; fundamentum caſtitatis. Hoc ad Deum citius peruenitur*, &c. Hæc Ambroſius.

Manichæi hæreſim impudenter in Eccleſiam detorquent Hæretici.

Ieiunij laus.

Verum nequius adhuc eſt illud, quod ieiunij legem ab Eccleſia latam, *laqueum* malitioſè vocant, cùm

Lex ieiunij, laqueus ab Hæreticis vocata.

in opus miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti, Epheſ. 5. Neque enim ab omni prorſus ratione alienum eſt, vt quod aliquando ſponte ſuſcipi ſolet, eſtque ſalutare, & non difficile, idemque exemplis ſcripturæ comprobatum, poſſit ab Eccleſiæ natu maioribus, lege ſanciri iis, qui poſſunt obedire; vt quidem ſancitum eſt ieiunium ſolenne dierum quadraginta. Si enim licuit Sauli pugnaturo cum Philiſtæis, 1. Reg. 14. indicere ieiunium, vt S. Leo ait, non licuerit SS. Apoſtolis ieiunandi leges per ſpiritum Dei nobis ſancire, & dies ieiuniorum ſtatuere & cibis certis interdicere, cum mundo, Diabolo, & carne pugnaturis? Certe Rex Niniuitarum, gentilis, non aliunde ieiunium Niniuitis iniunxit, niſi ex Ionæ prædicatione edoctus, pœnitentiam prædicantis. Quod quidem ieiunium, vſque ad animalia eorum, ratione carentia progreſſum eſſe teſtatur ſcriptura, Ion. 4. Non quod Deus hoc requireret, vt ait *D.* Cyril. in commẽt. huius prophetæ, aut hoc neceſſe eſſet facere, ſed quia ſic, inquit, demonſtrata eſt hyperbole, id eſt, exuperantia, vt ita dicam, pœnitentiæ eorum. Certè Rom. cap. 14. ſcribens Apoſtolus: *Bonum*, inquit, *eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus ſcandalizatur, aut infirmatur.* Vbi videre eſt, adeò peculiare fuiſſe in illa primitiua Eccleſia florentiſſima, nec carnes manducare, nec vinum bibere, vt quantumlibet fideles eis legitimè vti poſſent; tamen, vt rem inſolitam admirati, pleriq; offenderentur: Cuius quidem ſcandali habendam eſſe aliquam rationē, idem mandat Apoſtolus.

Ieiunij legem ab Eccleſia poſitam, rationi congruere.

Ieiunium quadrageſima,

Ieiunium Niniuitarum.

Verum ea eſt noſtri temporis Hæreticorum peruerſitas, & inſignis malitia, vt cum ſe ſcripturarum

Digitized by Google

ximè ardua, ſeruent; faciente ſcilicet charitate, quæ *diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, vt mandata eius grauia non ſint*, Rom. 5. Ioan. 11.

Quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognouerunt veritatem. VIII.

Eam ob cauſam, creationis à Deo ciborum meminit Apoſtolus, vt eos diuini verbi teſtimonio confutaret, qui cibos, tanquam natura malos, ſuperſtitioſè prohibebant. De Domino enim dicit Moyſes: *Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Prouidens autem Paulus (ait lib. 5. pro epiſt. Pontif. cap. 6. Turrianus) quia bonum eſt abſtinere à cibis, in honorem & cultum Dei, ad profectum ſpiritus, præſertim cum venturi eſſent Hæretici, qui contradicerent, vt nunc impij Lutherani, ne quis falsò exiſtimaret; ſanciri hic perpetuam, ac neceſſariam adiaphoram, ſiue indifferentiam ciborũ, non dixit ſolum abſolutè: *Quos Deus creauit*; ſed, *ad percipiendum cum gratiarum actione:* Quibus verbis, ſatis ſignificauit, quid intelligere velit; percipi aliquando quidé cibos, alioqui bonos, vtpote à Deo creatos, non iuſtè tamen, nec in Domino; ac proinde non percipi *cum gratiarum actione:* Nam quod inuite fit, non poteſt eſſe cùm gratiarum actione; quia *malum non eſt in bono*, vt ait Apoſtolica conſtitutio: Quod ipſum ſcriptura ſolet in aliis prouidere, quibus bene, & male vti contingit, vt cum iubet ſeruis, obedire Dominis carnalibus *in Chriſto*, id eſt, iuſtè; in licitis ſcilicet, & honeſtis; & viduas, quæ non vouerunt, permittit iterum nubere in Chriſto, id eſt, iuſtè.

Cibi natura boni, & à Deo creati.

Cum gratiarũ actione percipere, quid ſit.

Digitized by Google

Creauit igitur Deus cibos, eosq́; varios ac multiplices (cæteris animalibus vnico fere & ſimplici duntaxat deſtinato) vni homini ſuppeditauit; non vt ad delicias, corporisq́; ſuperfluas voluptates abutatur, ſed vt *percipiat*, id eſt, moderatè, ſobrie & rationabiliter ſumat; nec quomodocumque, ſed *cum gratiarum actione*, id eſt, Deo pro pane quotidiano, ſeu ſuſtentationis naturæ neceſſitate, debitas laudes perſoluendo. Et hæc quidem *fidelibus*, quia infideles vanis & inanibus ſuis ſuperſtitionibus, cibo, qui naturam ſuſtentat, indignos ſe reddunt, quem natura ſua malum iudicant. Indignus eſt enim, qui Dei creaturam percipiat, id eſt, boni, & mundi cibi potusq́; vſu reficiatur & ſuſtẽtetur, qui Deũ debito cultu & officioſis, gratisq́; religionis actibus recognoſcens non proſequitur. Prętcr hos autẽ, plurimos alios reperire eſt, qui porcis, decuſſantem glandes altè non ſuſpicientibus deteriores, proni & affixi terræ, tantis ſibi ad corporis neceſſitatem creatis cibis non prouocantur, vt Deo gratos ac morigeros ſe præbeant; De quibus queritur Hieremias, cap. 5. *Populo huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans; receſſerunt & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam*, &c. Hoc etiam eſt, *à fructu frumenti, vini & olei multiplicari*: id eſt, prolixa Dei liberalitate, homines ad Deum allici: ſed præ intoleranda ingratitudine, nolle diuinam agnoſcere prouidentiam, dicendo: *Quis oſtendit nobis bona?* Aliter ſane illi, quos Ioan. 6. multiplicato diuinitus pane, piſceq́;, Chriſtus ſatiauerat; beneficium deferendo ipſi regno, compenſare voluerunt.

Vult autem Apoſtolus *cum gratiarum actione* cibos

perci-

percipi, vel ad amoliendam quodammodo maledictionem, qua Deus ob lapſum Adæ terram damnauit Geneſ. 3. eaq; conſequenter, quæ proferuntur ab ea: Vel ad repugnandum execrationi Manichæorum, quam pronuntiaſſe aduerſus eſcas, ſcribit Auguſtinus, lib. 3. contra Fauſtum cap. 4. & 5. Vel denique ad nos præmuniendum contra Dæmonem, qui cibi guſtu, primos parentes noſtros peruertit Gen. 3. Hinc Chriſtus, panes miraculosè multiplicatos diſtributurus, Ioan. 6. gratias egit, vt ſuo exemplo nos doceret, gratias Deo agere, & benedictione ac ſatisfactione, ſeu, quod idem valet, conſecratione ciborum vti, ante refectionem. Sic homil. 41. in Ioan. Chryſoſtomus: *Cur tandem*, inquit, *cum ſanaturus eſſet paraliticum, cũ ſuſcitaturus mortuum, cum maris ſedaturus tempeſtatem, non agit gratias Chriſtus; hic autem* (ante diſtributionem ciborum) *agit? Vt oſtendat ante cibum gratias Deo agendas.* Huius autem gratiarum actionis, quanta vis ſit, hom. 79. ad pop. Ant. Doctiſſimus ille Pater docet: *Menſa*, inquit, *ab oratione ſumens initium, & in oratione deſinens, nunquam deficiet, ſed fonte largius omnia nobis afferet bona; ne tantum itaque prætermittamus emolumentum*, &c. Quod emolumentum, ex gratiarum actione ad nos peruenire, ante Chryſoſtomum, perſpicuè docuit Regius Vates, Pſal. 62. his verbis: *Sicut adipe & pinguitudine, repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.* Vbi poſterius, eſt cauſa prioris, vt alia Hieronymi lectio habet: *Tanquam adipe & pinguitudine ſatiabitur anima mea, quum labiis exultationis laudabit os meum.* Hinc præceptum accepit vetus populus Deuteron. 8. vt *cum comederit, & ſatiatus fuerit, benedicat Domino Deo ſuo:* Quod à veteribus Chriſtia-

Digitized by Google

tamen iuſtè ſanctificatur, & benedicitur ab eo, qui eum benedicit, & ſanctificat. ad vtendum contra iuſtitiam, quemadmodum faciunt Lutherani, cum carnem, quibus diebus non licet, vorant, vt loco cita to annotauit Turrianus. Eorum ſiquidem benedictio, hinc nec cibũ ſanctificat ad corporis ſanitatem; nec ad vtilitatem animæ; quia ſanctiores eos non efficit, cibo eiuſmodi iniquè vtentes, neque facit, quin anima inquinetur, male vtendo. Vnde rectè Origenes, lib. 8. contra Celſum de benedictione ciborum; *Vbi gratias*, inquit, *agimus, pane veſcimur, qui vtique oratione, & precibus, ſanctius quoddam corpus conflatur, quod ſanè ſanctiores hos reddit, qui mente integriore hoc ipſo vtuntur.* Hæc ferè ex Turriano, qui poſt multa, contra Centuriatores Magdeburgenſes eleganter, & doctè diſputata, ex eo conficit, Pauli demum tempore de ciborum delectu legem fuiſſe latã, quod hoc loco dicat, nihil eſſe reiiciendum, quod iuſte perciperetur. Ex quibus malitia ſectariorum maxima conuincitur, calumniantiũ, leges Eccleſiaſticas de cibis prohibitis, eſſe laqueos, Phariſaicas traditiones, & onera Iudaica; quaſi Paulus hæc omnia probaſſet. Sed apud impios Lutheranos, verum eſſe perhibetur, quod 2. Petr. 2. dixit Apoſtolorum princeps, *eſſe in epiſtolis D. Pauli quædam difficilia ad intelligendum, quæ indocti, & inſtabiles ad ſuam perditionem deprauant.*

Lutherani carnibus eſum diebus illicitis adhibere ſoliti.

Ciborum benedictio.

Lex de ciborum delectu antiquiſſima.

Hæreticorũ malitia, de cibis prohibitis lege Eccleſiæ.

Vox, *creatura*, non vnam in ſcriptura habet ſignificationem: ſubinde en[illegible] ipſam creationem & effectionem mundi ſignificat, quemadmodum verba illa Pauli, Rom. 1, *A creatura mundi* exponunt Chryſoſt. & Theodoretus, quaſi Paulus diceret; ex quo mũdus

Creatura ſignificata quæ ſint.

crea-

Digitized by Google

ſtimari. Ac primùm id oſtendit tanta rerum, quæ in mundo continentur, varietas, quantam non ſenſibus modò, ſed nec animo quidem, & cogitatione perluſtrare, & comprehendere poſſumus: Angelorum deinde varietas in nouem ordines diſtincta: Item corpora, quorum alia quidem extra generationem, & interitum, vt cœli & ſidera, quorum varietatem, & pulchritudinem ſine vlla ſatietate miramur. Quæ autem Lunæ gyro coërcentur corpora, generationis & interitus capacia, tripartita ſunt, hoc eſt, inanima, & viuentia, præter quæ ſenſu, motuq; prædita. Porrò quis colligere poſſit omnem, quæ in hominibus eſt, varietatem, in forma & vultu, in ingreſſu, in voce, ingenio, lingua, ſtudiis, moribus, legibus, inſtitutis & religionibus? Huic varietati adiuncta eſt quaſi comes principalis, mundi decor & ornamentum, ordo, & aptiſſima, pulcherrimaq; rerum omnium diſpoſitio: qua ſi careret mundus, næ ille qua vaſtior mole eſſet pleniorque atque multiformior, eò ſanè deformior eſſet ad ſpeciem, ad motum impeditior, impotentior ad effectum, ad ſui tutelam inualidior, & ad diuturnitatem infirmior. Ordo autem mundi in eo cernitur, quod omnes eius partes aptum ſibi, congruentemq; locum tenent & ſeruant; quod pro ratione nobilitatis & dignitatis rerum, aliæ res ſunt inferiores, aliæ ſuperiores, quædam inter has mediæ, & aliæ per alias aguntur, ſeruantur, & reguntur. Hactenus Pererius.

Creaturarum varietas in mundo.

Varietas naturæ, &c. in hominibus.

Rerum in mũdo admirabilis diſpoſitio.

Ordo mundi in quo.

Ex quibus patet, à bono totius boni auctore nihil niſi bonum potuiſſe emanare. Quamobrem à Dei creaturis, tanquam naturaliter malis, abhorrere, blaſphemia eſt: Eas verò percipere, percipiendoq; gra-

Cibos cum gratiarum actione perciperes Deo accipere.

Digitized by Google

tias agere Deo, Dei cultus eſt: Nam vt, quod omnino purum eſt, ſine fide, aut gratiarum actione ſumptum, præ voluntaria ſumentis ingratitudine quodammodo immundum redditur; ita quod natura bonum eſt, cum gratiarum actione ſumptum, per Dei memoriam fit ſanctius, vt ſumenti cedat ad ſalutem animæ, nedum corporis. Hinc Chriſtus cibum ſumpturus, & ſurſum aſpiciebat, & cœlum intuens gratias agebat patri, ipſique benedicebat. Ita etiam Moyſes, Iſraelitas præmonuerat, *ne cum comediſſent, & ſatiati fuiſſent, Domini Dei obliuiſcerentur*: *Edent*, inquit Dauid Pſal. 21. *pauperes & ſaturabuntur, & laudabant Dominum*, &c. Cum ergò Deus in hunc vſum cibos fecerit, vt qui ſunt iſtorum participes, inde ſumãt occaſionem Deo gratias agendi, ipſumq; laudandi, quomodo mali poſſunt cenſeri? Sed impiis Lutheranis, ciborum tanquam malorum abſtinentiam, Catholicis mendaciter affingentibus reſpondiſſe videtur Bernardus: *Ego*, inquit, *interdum abſtineo, ſed abſtinentia mea eſt ſatisfactio pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate: A carnibus abſtineo, ne, dum nimis carnem nutrio, & carnis ſimul vitia nutriam: panem cum menſura ſumo, ne onerato ventre, ſtare ad orandum tædeat, neu mihi propheta improperet, quia panem comederim in ſatietate*; Ezech 26. 39.

Chriſti Domini ritus in cibo ſumendo.

Refutatio Lutherani dogmatis.

Cum nullus ſit autem cibus natura ſua immundus, vt dictum eſt, quæret aliquis, cur ergo in veteri lege plurimorum ciborum eſu, tanquam immundorum interdictum ſit Iudæis? Ad quod reſpondet Auguſtinus. lib. 3. contra Fauſtum Manichæum, cap. 5. & 6. cibos fuiſſe appellatos immundos, non ſecundum naturam, ſed ſecundum typum, ſignificatio-

nem

nem & figuram: Exempli gratia, porcus habebatur immundus, non natura, ſed ſignificatione: ſignificabat enim hominem turpi deditum voluptati; vtq; eam ſignificationem retinuit, quoad Deo placuit, vſq; ad tempus ſcilicet Euangelicæ legis. Quamquam non deſunt, qui præceptum de legali ciborum immundicia Leuit. 11. & Deuteron. 14. ſecundum Hebraici textus lectionem explicandum volunt; vbi non abſolutè dicitur, porcus, vel aliud animal eſſe immundum; ſed cum adiunctione hac: *Erit vobis immundum*, id eſt, ſecundum phraſim Hebraicam, erit vobis prohibitum; Quem ſenſum, textus ipſe declarat dum ſubiicit: *De carne eorum nolo vos comedere*. Cauſa igitur prohibendi nonnullos cibos in veteri lege, referenda eſt, ſecundum Auguſtinum, ad ſignificationem & figuram. Quod vero Apoſtoli in primo Concilio Actor. cap. 15. concluſerant prohibendum Chriſtianis *eſum ſanguinis & ſuffocati*, id fecerunt, non ob ſignificationem, ſed quod viderent abſtinentiam ab iſtiuſmodi rebus, potuiſſe id temporis multum conducere ad conciliationem, atque concordiam gentium, quæ ad Chriſtum conuertebantur cum Iudæis ad ipſum conuerſis, qui ab illis rebus vehementer abhorrebant.

Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. X.

Ex duobus, commonſtrat Apoſtolus, cibos eſſe bonos, nempe ex eorum creatione, cum à Deo Geneſ. cap. 1. 4. & 9. benedictionem acceperunt: deinde per æternum Dei verbum, Ieſum Chriſtum, *Cibos eſſe bonos, dupliciter ab Apoſtolo probatum.*

Digitized by Google

carnem factum, cuius nomen ſuper nos & omnia noſtra fuſis precibus inuocatum, adeo efficaciter cuncta ſanctificat, conſecrat, & luſtrat; vt ſi quid, vel in cibo, vel in potu, vel in aliis rebus per Diaboli nequitiam ſit impurum, aut noxium, id totum per preces, & Dei verbum perpurgetur.

Sanctificare, quot modis in ſcriptura ſumatur.
Prima Notio.

Sanctificandi verbum in ſcriptura, variè eſt obuium: Iam enim pro *ſacrificare* ſumptum reperitur, vt Ioan. cap. 17. *Ego pro iis ſanctifico meipſum*, hoc eſt, in hoſtiam, & ſacrificium offero me per mortem. In qua etiam ſignificatione, ſumitur Exod. 13. *Sanctifica mihi omne primogenitum.* Deinde pro ſanctitatis, iuſtitiæ, & veritatis Euangelicæ adeptione vſurpatur. Ioan. 17. *Vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate*, hoc eſt, vt obtineant, & conſequantur hanc ſanctificationem, quæ per Spiritum ſanctum facienda eſt, in die ſcilicet Pentecoſtes: A Chriſti namq; ſanctificatione, hominum iuſtitia, & ſanctitas virtutem, & energiam accipit. Hoc verò loco, verbum *ſanctifico*, idem eſt, ac *auxilium impetro.* Cum enim per orationem à Deo petitur, vt aliqua creatura ſanctificetur, hoc eſt, vt ei vis detur ſanandi, depellendiq; ægritudines, & fugandi Dæmones; dicitur implorari auxilium aduerſus ea, quæ nocent, quemadmodum verbum Græcum ἔντευξις, interprete Theodoreto, hoc loco ſignificat: In qua ſignificatione, hoc verbum accipit magnus Athanaſius, in prologo explanationis pſalmorum, ad Marcellinum, cùm eos pſalmos notat, in quibus eſt imploratio auxilij (quæ fit in verbo Dei) per quam implorationem, creatura virtutem quandam accipit, & induit, ad auxiliandum nobis contra ea, quæ nocere poſſunt: Hæc eſt enim vis ſanctificationis,

Secunda.

Sanctificare, quid hic.

Vis ſanctificationis quanta ſit.

face-

facere, vt quod ſanctificatur, fiat in timorem aduerſariis poteſtatibus, ſicut ait *E*ſaias cap. 8. *Dominum exercitium ipſum ſanctificate*, id eſt, facite vt ſit vobis timori: Vnde ſubiungit, interpretans quod dixerat; *Ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. Et erit vobis in ſanctificationem*, id eſt, ipſe mundabit te, & faciet ſanctum. *E*x quibus colligitur, quod, cum creatura per Dei verbum, & orationem ſanctificatur, & fit in timorem aduerſariis poteſtatibus, Deus ſanctificatus in ea, fit in timorem: Et, cum in huiuſmodi ſanctificatione, creaturæ per verbum Dei & orationem facta, nos confidimus contra ea, quæ nocere poſſunt; non in creatura nuda, ſed in virtute verbi *D*ei omnipotentis confidimus, & ipſe in eâ confidentes mundat, & ſanctificat in creatura ſua. Vnde in oratione ſanctificationis aquæ v. g. tribuimus virtutē ſanandi & fugandi Dæmones per Chriſtū Deum, ſpem noſtrā, &c. *Aqua luſtralis virtus.* Mirum ſane eſt Lutheranos, quibus, niſi quod in ſacris literis expreſſum eſt, nihil arridet, adeò eſſe, vel ignauos, vel ſaltem impudentes, vt verborum Pauli, hoc loco, obliti, audeant diuerſarum creaturarum benedictiones, ſanctificationes, quæ in Eccleſia Catholica frequentes ſunt, vel damnare vel habere ludibrio: *Lutheranorum ludibria contra diuerſas, & pias creaturarum benedictiones.* Si enim cinis vitulæ aſperſus, populum Hebræū ſanctificauit atq; mūdauit, Leuit. 4. Si Heliſæus tempore legis ſali in aquā iniecto, virtutem ſanandi ſterilitatē, & inſalubritatem aquæ in virtute Dei dedit, 4. Reg. 2. *Heliſæus.* qui *D*eus nondum erat factus tum victima, & reconciliatio noſtra: *E*t Samuel, 1 Reg. 7. potuit, vt indicto ieiunio, & aqua ſuper terram in honorem Dei, effuſa (qui nondum erat factus homo) *D*eo de cœlo tonante, hoſtes terrefacti, darent ſe in fugam; quomo- *Samuel ieiunio & aqua hoſtē fugans.*

 do

Creauit igitur Deus cibos, eosq́; varios ac multiplices (cæteris animalibus vnico fere & ſimplici duntaxat deſtinato) vni homini ſuppeditauit; non vt ad delicias, corporisq́; ſuperfluas voluptates abutatur, ſed vt *percipiat*, id eſt, moderatè, ſobrie & rationabiliter ſumat; nec quomodocumque, ſed *cum gratiarum actione*, id eſt, Deo pro pane quotidiano, ſeu ſuſtentationis naturæ neceſſitate, debitas laudes perſoluendo. Et hæc quidem *fidelibus*, quia infideles vanis & inanibus ſuis ſuperſtitionibus, cibo, qui naturam ſuſtentat, indignos ſe reddunt, quem natura ſua malum iudicant. Indignus eſt enim, qui Dei creaturam percipiat, id eſt, boni, & mundi cibi potusq́; vſu reficiatur & ſuſtẽtetur, qui Deũ debito cultu & officioſis, gratisq́; religionis actibus recognoſcens non proſequitur. Prętor hos autẽ, plurimos alios reperire eſt, qui porcis, decuſſantem glandes altè non ſuſpicientibus deteriores, proni & affixi terræ, tantis ſibi ad corporis neceſſitatem creatis cibis non prouocantur, vt Deo gratos ac morigeros ſe præbeant: De quibus queritur Hieremias, cap. 5. *Populo huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans; receſſerunt & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam,* &c. Hoc etiam eſt, *à fructu frumenti, vini & olei multiplicari*: id eſt, prolixa Dei liberalitate, homines ad Deum allici: ſed præ intoleranda ingratitudine, nolle diuinam agnoſcere prouidentiam, dicendo: *Quis oſtendit nobis bona?* Aliter ſane illi, quos Ioan. 6. multiplicato diuinitus pane, piſceq́;, Chriſtus ſatiauerat; beneficium deferendo ipſi regno, compenſare voluerunt.

Vult autem Apoſtolus *cum gratiarum actione* cibos

percipi, vel ad amoliendam quodammodo maledictionem, qua *D*eus ob lapſum Adæ terram damnauit Geneſ. 3. eaq́; conſequenter, quæ proferuntur ab ea: Vel ad repugnandum execrationi Manichæorum, quam pronuntiaſſe aduerſus eſcas, ſcribit Auguſtinus, lib. 3. contra Fauſtum cap. 4. & 5. Vel denique ad nos præmuniendum contra *D*æmonem, qui cibi guſtu, primos parentes noſtros peruertit Gen. 3. Hinc Chriſtus, panes miraculosè multiplicatos diſtributurus, Ioan. 6. gratias egit, vt ſuo exemplo nos doceret, gratias Deo agere, & benedictione ac ſatisfactione, ſeu, quod idem valet, conſecratione ciborum vti, ante refectionem. Sic homil. 41. in Ioan. Chryſoſtomus: *Cur tandem*, inquit, *cum ſanaturus eſſet paraliticum, cũ ſuſcitaturus mortuum, cum maris ſedaturus tempeſtatem, non agit gratias Chriſtus; hic autem* (ante diſtributionem ciborum) *agit? Vt oſtendat ante cibum gratias Deo agendas.* Huius autem gratiarum actionis, quanta vis ſit, hom. 79. ad pop. Ant. Doctiſſimus ille Pater docet: *Menſa*, inquit, *ab oratione ſumens initium, & in oratione deſinens, nunquam deficiet, ſed fonte largius omnia nobis afferet bona; ne tantum itaque prætermittamus emolumentum*, &c. Quod emolumentum, ex gratiarum actione ad nos peruenire, ante Chryſoſtomum, perſpicuè docuit Regius Vates, Pſal. 62. his verbis: *Sicut adipe & pinguitudine, repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.* Vbi poſterius, eſt cauſa prioris, vt alia Hieronymi lectio habet: *Tanquam adipe & pinguitudine ſatiabitur anima mea, quum labiis exultationis laudabit os meum.* Hinc præceptum accepit vetus populus Deuteron. 8. vt *cum comederit, & ſatiatus fuerit, benedicat Domino Deo ſuo:* Quod à veteribus Chriſtia-

Digitized by Google

tamen iuſtè ſanctificatur, & benedicitur ab eo, qui eum benedicit, & ſanctificat. ad vtendum contra iuſtitiam, quemadmodum faciunt Lutherani, cum carnem, quibus diebus non licet, vorant, vt loco citato annotauit Turrianus. Eorum ſiquidem benedictio, hinc nec cibũ ſanctificat ad corporis ſanitatem, nec ad vtilitatem animæ; quia ſanctiores eos non efficit, cibo eiuſmodi iniquè vtentes, neque facit, quin anima inquinetur, male vtendo. Vnde rectè Origenes, lib. 8. contra Celſum de benedictione ciborum; *Vbi gratias, inquit, agimus, pane veſcimur, qui vtique oratione, & precibus, ſanctius quoddam corpus conflatur, quod ſanè ſanctiores hos reddit, qui mente integriore hoc ipſo vtuntur.* Hæc ferè ex Turriano, qui poſt multa, contra Centuriatores Magdeburgenſes eleganter, & doctè diſputata, ex eo conficit, Pauli demum tempore de ciborum delectu legem fuiſſe latã, quod hoc loco dicat, nihil eſſe reiiciendum, quod iuſte perciperetur. Ex quibus malitia ſectariorum maxima conuincitur, calumniantiũ, leges Eccleſiaſticas de cibis prohibitis, eſſe laqueos, Phariſaicas traditiones, & onera Iudaica; quaſi Paulus hæc omnia probaſſet. Sed apud impios Lutheranos, verum eſſe perhibetur, quod 2. Petr. 2. dixit Apoſtolorum princeps, *eſſe in epiſtolis D. Pauli quædam difficilia ad intelligendum, quæ indocti, & inſtabiles ad ſuam perditionem deprauant.*

Lutherani carnium eſum di bus illicitis adhibere ſolent.

Ciborum benedictio.

Lex de ciborum delectu antiquiſſima.

Hæreticorũ malitia, de cibis prohibitis lege Eccleſiæ.

Vox, *creatura,* non vnam in ſcriptura habet ſignificationem: ſubinde enim ipſam creationem & effectionem mundi ſignificat, quemadmodum verba illa Pauli, Rom. 1. *A creatura mundi* exponunt Chryſoſt. & Theodoretus, quaſi Paulus diceret; ex quo mũdus

Creaturæ ſignificata quæ ſint.

crea-

ſtimari. Ac primùm id oſtendit tanta rerum, quæ in mundo continentur, varietas, quantam non ſenſibus modò, ſed nec animo quidem, & cogitatione perluſtrare, & comprehendere poſſumus: Angelorum deinde varietas in nouem ordines diſtincta: Item corpora, quorum alia quidem extra generationem, & interitum, vt cœli & ſidera, quorum varietatem, & pulchritudinem ſine vlla ſatietate miramur. Quæ autem Lunæ gyro coërcentur corpora, generationis & interitus capacia, tripartita ſunt, hoc eſt, inanima, & viuentia, præter quæ ſenſu, motuq; prædita. Porrò quis colligere poſſit omnem, quæ in hominibus eſt, varietatem, in forma & vultu, in ingreſſu, in voce, ingenio, lingua, ſtudiis, moribus, legibus, inſtitutis & religionibus? Huic varietati adiuncta eſt quaſi comes principalis, mundi decor & ornamentum, ordo, & aptiſſima, pulcherrimaq; rerum omnium diſpoſitio: qua ſi careret mundus, næ ille qua vaſtior mole eſſet pleniorque atque multiformior, eò ſanè deformior eſſet ad ſpeciem, ad motum impeditior, impotentior ad effectum, ad ſui tutelam inualidior, & ad diuturnitatem infirmior. Ordo autem mundi in eo cernitur, quod omnes eius partes aptum ſibi, congruentemq; locum tenent & ſeruant; quod pro ratione nobilitatis & dignitatis rerum, aliæ res ſunt inferiores, aliæ ſuperiores, quædam inter has mediæ, & aliæ per alias aguntur, ſeruantur, & reguntur. Hactenus Pererius.

Creaturarum varietas in mundo.

Varietas naturæ, &c. in hominibus.

Rerum in mũdo admirabilis diſpoſitio.

Ordo mundi in quo.

*E*x quibus patet, á bono totius boni auctore nihil niſi bonum potuiſſe emanare. Quamobrem à Dei creaturis, tanquam naturaliter malis, abhorrere, blaſphemia eſt: Eas verò percipere, percipiendoq; gra-

Cibos cum gratiarum actione percipere eſt Deo accipere.

Digitized by Google

tias agere *Deo*, Dei cultus eſt: Nam vt, quod omnino purum eſt, ſine fide, aut gratiarum actione ſumptum, præ voluntaria ſumentis ingratitudine quodammodo immundum redditur; ita quod natura bonum eſt, cum gratiarum actione ſumptum, per Dei memoriam fit ſanctius, vt ſumenti cedat ad ſalutem animæ, nedum corporis. Hinc Chriſtus cibum ſumpturus, & ſurſum aſpiciebat, & cœlum intuens gratias agebat patri, ipſique benedicebat. Ita etiam Moyſes, Iſraelitas præmonuerat, *ne cum comediſſent, & ſatiati fuiſſent, Domini Dei obliuiſcerentur*: *Edent*, inquit Dauid Pſal. 21. *pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum*, &c. Cum ergò Deus in hunc vſum cibos fecerit, vt qui ſunt iſtorum participes, inde ſumāt occaſionem Deo gratias agendi, ipſumq; laudandi, quomodo mali poſſunt cenſeri? Sed impiis Lutheranis, ciborum tanquam malorum abſtinentiam, Catholicis mendaciter affingentibus reſpondiſſe videtur Bernardus: *Ego*, inquit, *interdum abſtineo, ſed abſtinentia mea eſt ſatisfactio pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate: A carnibus abſtineo, ne, dum nimis carnem nutrio, & carnis ſimul vitia nutriam: panem cum menſura ſumo, ne onerato ventre, ſtare ad orandum tædeat, neu mihi propheta improperet, quia panem comederim in ſatietate*; Ezech 26. 39.

Chriſti Domini ritus in cibo ſumendo.

Refutatio Lutherani dogmatis.

Cum nullus ſit autem cibus natura ſua immundus, vt dictum eſt, quæret aliquis, cur ergo in veteri lege plurimorum ciborum eſu, tanquam immundorum interdictum ſit Iudæis? Ad quod reſpondet Auguſtinus. lib. 3. contra Fauſtum Manichæum, cap. 5. & 6. cibos fuiſſe appellatos immundos, non ſecundum naturam, ſed ſecundum typum, ſignificationem

nem & figuram: Exempli gratia, porcus habebatur immundus, non natura, ſed ſignificatione: ſignificabat enim hominem turpi deditum voluptati; vtq; eam ſignificationem retinuit, quoad Deo placuit, vſq; ad tempus ſcilicet Euangelicæ legis. Quamquam non deſunt, qui præceptum de legali ciborum immundicia Leuit. 11. & Deuteron. 14. ſecundum Hebraici textus lectionem explicandum volunt; vbi non abſolutè dicitur, porcus, vel aliud animal eſſe immundum; ſed cum adiunctione hac: *Erit vobis immundum*, id eſt, ſecundum phraſim Hebraicam, erit vobis prohibitum; Quem ſenſum, textus ipſe declarat dum ſubiicit: *De carne eorum nolo vos comedere*. Cauſa igitur prohibendi nonnullos cibos in veteri lege, referenda eſt, ſecundum Auguſtinum, ad ſignificationem & figuram. Quod vero Apoſtoli in primo Concilio Actor. cap. 15. concluſerant prohibendum Chriſtianis *eſum ſanguinis & ſuffocati*, id fecerunt, non ob ſignificationem, ſed quod viderent abſtinentiam ab iſtiuſmodi rebus, potuiſſe id temporis multum conducere ad conciliationem, atque concordiam gentium, quæ ad Chriſtum conuertebantur cum Iudæis ad ipſum conuerſis, qui ab illis rebus vehementer abhorrebant.

Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. X.

Ex duobus, commonſtrat Apoſtolus, cibos eſſe bonos, nempe ex eorum creatione, cum à DEO Geneſ. cap. 1. 4. & 9. benedictionem acceperunt: deinde per æternum Dei verbum, Ieſum Chriſtum, *Cibos eſſe bonos, dupliciter ab Apoſtolo probatum.*

 car-

Digitized by Google

facere, vt quod ſanctificatur, fiat in timorem aduerſariis poteſtatibus, ſicut ait *E*ſaias cap. 8. *Dominum exercitium ipſum ſanctificate*, id eſt, facite vt ſit vobis timori: Vnde ſubiungit, interpretans quod dixerat; *Ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. Et erit vobis in ſanctificationem*, id eſt, ipſe mundabit te, & faciet ſanctum. *E*x quibus colligitur, quod, cum creatura per Dei verbum, & orationem ſanctificatur, & fit in timorem aduerſariis poteſtatibus, Deus ſanctificatus in ea, fit in timorem: Et, cum in huiuſmodi ſanctificatione, creaturæ per verbum Dei & orationem facta, nos confidimus contra ea, quæ nocere poſſunt; non in creatura nuda, ſed in virtute verbi *D*ei omnipotentis confidimus, & ipſe in eâ confidentes mundat, & ſanctificat in creatura ſua. Vnde in oratione ſanctificationis aquæ v.g. tribuimus virtutẽ ſanandi & fugandi Dæmones per Chriſtũ Deum, ſpem noſtrã, &c. *Aqua luſtralis virtus.* Mirum ſane eſt Lutheranos, quibus, niſi quod in ſacris literis expreſſum eſt, nihil arridet, adeò eſſe, vel ignauos, vel ſaltem impudentes, vt verborum Pauli, hoc loco, obliti, audeant diuerſarum creaturarum benedictiones, ſanctificationes, quæ in Eccleſia Catholica frequentes ſunt, vel damnare vel habere ludibrio: *Lutheranorum ludibria contra diuerſas, & pias creaturarum benedictiones.* Si enim cinis vitulæ aſperſus, populum Hebræũ ſanctificauit atq; mũdauit, Leuit. 4. Si Heliſæus tempore legis ſali in aquã iniecto, virtutem ſanandi ſterilitatẽ, & inſalubritatem aquæ in virtute Dei dedit, 4. Reg. 2. *Heliſæus.* qui *D*eus nondum erat factus tum victima, & reconciliatio noſtra: *E*t Samuel, 1 Reg. 7. potuit, vt indicto ieiunio, & aqua ſuper terram in honorem Dei, effuſa (qui nondum erat factus homo) *D*eo de cœlo tonante, hoſtes terrefacti, darent ſe in fugam; quomo- *Samuel ieiunio & aqua hoſtẽ fugans.*

 do

do huius loci, verbis Paulinis recte intellectis; audebit aliquis inficiari creaturæ ſanctificationem, quæ fit per Dei verbum & orationem, valere aduerſus poteſtates aduerſarias, & alia multa? Id ſi concedatur, euidenter ſalis & aquæ ſanctificatæ per verbum Dei, & orationem virtus & operatio declaratur: De qua legatur Euſebius lib. 5. Eccleſ. hiſtoriæ, cap. 21. & Epiphanius lib. 1. contra hæreſes, Tom. 2. in Hæreſi Ebionitarum. *Si quid*, ait in hunc locum Chryſoſtomus, *immundum duxeris, medicamentum in promptu eſt; ſignum crucis illi imprime, gratias age Deo, atque illius eſum ad Dei gloriam refer: & protinus omnis immunditia abſcedet.* Sed inimicis crucis Chriſti Lutheranis, eiuſque complicibus, hunc, & cæteros Catholicæ Eccleſiæ ritus, exorciſmos, & deprecationes iuſtorum aſſiduas, eſſe magicas ſuperſtitiones ſcimus, qui nolunt aduertere, quod Auguſtinus, lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 15. & 26. aliiq; ſancti Patres, circa cibos ſine benedictione & gratiarum actione ſumptos, olim contigiſſe, ad poſteritatis memoriam commendarunt. Rident interim virtutem, quam Eccleſiæ preces ſupra panem, ſalem, herbas, &c. ex vſu, & inſtituto maiorum & maximè Pontificum factæ habent; quam tamen quotidiana experientia teſtatam facit; vt ſileam, quæ narrat D. Gregorius, Dialog. cap. 4. & Prudentius in hymno ante cibum, quem, qui ſine gratiarum actione comedit, polluitur, non per cibum ipſum; quia, *nihil intrans in os coinquinat hominem*; ſed per ingratitudinem, quæ de corde procedit: Sicut ait Chryſoſtomus, carne idolis immolata veſcentem, non tam per eſum eiuſmodi carnis pollui, quam per inobedientiam, & legis præuaricationem. Eadem ratio eſt, de

Salis & aquæ benedictæ virtus.

Signi S. Crucis quanta vis.

Lutheranorum ludibria in Ritus Eccleſiæ Catholicæ, &c.

Preces Eccleſiæ ſupra panem, ſalem, &c. ab Hæreticis irriſa.

Cibum ſine gratiarum actione comedens, quomodo polluatur.

de cibis, vt diximus, qui tẽpore prohibito à Chriſtianis eduntur, ſicut de arbore ſcientiæ boni, & mali, cuius fructum contra Dei præceptum guſtauit *Eua*, quemadmodum ſuprà diximus.

Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei, & bona doctrina, quam aſſecutus es. XI.

Cum Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſint, *pro Chriſto legatione fungentes, per quos Deus populos exhortatur* 2. Corinth. 5. & myſteria ſua diſpenſat; tum ab iis fidem, doctrinam, eruditionem, & ſingularem vigilantiam exigi patet: quemadmodum etiã ex cap. 4. prioris ad Corinthios colligitur, vbi dicit Paulus: *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum, vel miniſteriorum Dei: Hic enim quæritur iam inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* Ideò Timotheum hoc loco admonet Paulus, vt diligenter ſibi commiſſo gregi proponat, quæ ipſe, dictante Spiritu ſancto, prædixit, & improbauit: Quaſi diceret; Tam breui ſunt graſſaturæ hæreſes, vt iam velim te vigilare, & de his commonere tuos, quia iam Sectarij, inquit, imminent, qui cibos non ex obedientia, atque iuſtitia, voluntarioq; ſtudio exercendi corpus ad humiliandam animam, ſed ex fabuloſa ſuperſtitione quorundam impoſtorum, reiiciendos docebunt. Reſpicere Paulum vult Saſbout ad familiam Simonis, qui Theologiam ſuam ex Philoſophia Platonis potiſſimum hauſerant. Et ſicut Platonici peculiares ſibi Dæmones habebant familiares, per quos purgari ſe credebant ad rerum perfectam cognitionem, & oẽm comprehendendã veritatem; ſic & ſchola Simonis.

Epiſcopis, ceu Apoſtolorum ſucceſſoribus, neceſſaria fides, doctrina, &c.

Familia Simonis ſuperſtitioſa.

Platonicorum peculiares Dæmones.

Qua-

Digitized by Google

Superſtitioſa ab eſu carnium abſtinentia.

Quare huius doctrinam, doctrinam Dæmoniorum appellat Auguſtinus, lib 19. contra Adimantum Manichæum, cap. 14. cum hunc Apoſtoli locum expoſuiſſet; *In nouiſſimis temporibus,* &c. *Illos,* inquit, *propriè deſignat, qui à carnibus temperant, non propterea, vt concupiſcentiam refrænent, aut alterius parcant infirmitati; ſed quia ipſas carnes immundas putant, & earum creatorem, Deum eſſe negant.* De his, inquit Paulus, ſi tu Timothee, tuos præmonueris, vt ſibi ab iis diligenter caueant, ſed & *ſuas aures, tanquam aſpides ſurdæ,* potius *obturent, ne voces incantantium ſapienter audiant,* te verum, & vigilantem Chriſti miniſtrum eſſe probabis. Et hoc tibi non eſt factu difficile: nam fidei doctrinam, quam ab adoleſcentia aſſectatus es, & eruditus, habes probè perſpectam, & cognitam, quam eorum erroribus, & impoſturis opponas, ex qua veritatem facilè elicies, fratribus, ſeu credito tibi gregi imbibendam. *Fratrum* nomen pro fidelium Chriſtianorum Eccleſia, & hic & alibi ſæpe accipit Apoſtolus; cuius acceptionis rationem reddens Tertullianus, in Apoleg. cap 39. *non iure tantum naturæ nos* (Chriſtiani) *fratres dicimur, quo quiuis frater & proximus eſt, etiam hæreticus, etiam infidelis,* vt loquitur Auguſtinus, lib. contra Donatiſt. imo *inimicus,* vt vult Chriſtus Matth. cap. 5. *ſed quia patrem vnum Deum agnoſcimus, vnum ſanctitatis ſpiritum bibimus, de vno vtero ignorantiæ eiuſdem ad vnam lucem expergiſcimur veritatis.* Clemens Alexandrin. vult Chriſtianos fratres dictos, quia *ſub vno principe & magiſtro Deo degimus,* inquit, cum Plato dixerit, in Menexe, *omnes, qui in vna ciuitate degunt, fratres eſſe.* Baſilius hom. 21. *quoniam non modo ſpiritualis pater vnus eſt Deus, ſed terrenus quoque Adam, & mater, tum Eccleſia,*

Digitized by Google

ſia, tum terra. Verum placet, in Catholicæ Eccleſiæ primordiis, *cætum ipſum Chriſtianorum vocatum eſſe nomine fraternitatis, ob incredibilem amorem,* (verba ſunt Tertulliani, citato cap. 39. Apolog.) *vſque etiam ad gentilium ſtuporem, qui non poterant, quin exclamarent; Vide vt inuicem ſe diligant, & vt pro alterutro mori ſint parati.* Fraternus quippe amor, omnis amoris veræque amicitiæ exemplar eſſe videtur, ipſi quoque filiorum neceſſitudini, & cõiugum charitati quodammodo præferendus: Nam coniugum charitas, vt ſit maxima, aſcititia eſt, non accepta, neque hauſta ab ipſa natura: parentum in filios amor adhuc maior, ſed minimè reciprocus, propter diſſimilitudinem & inæqualitatem; maximus inter fratres exiſtit, vt cui æqualitas adſit, & mutuæ beneuolentiæ procreatrix ſimilitudo: Illis ſiquidem ſunt *communes,* vt ait Philoſophus, lib. 8. Ethic. cap. 11. *parentes, vterus, ſanguis, ortus, educatio, domus, generis claritas, res familiaris, patrimonium, diſciplina, mores,* vt veriſſimum ſit illud etymon, frater, quaſi fere alter, ex ſententia P. Nigidij apud Gellium lib. 13. cap. 10. Hinc in Canticis, non contenti ſponſus & ſponſa his nominibus, vt ſe ſuauius arctiusq; complectãtur, fratris & ſororis nomine cõutuntur. Quare id à Plutarcho lib. de fraterno amore, acutè obſeruatum eſt, in ipſa natura multiplex obſeruari fraternæ beneuolentiæ argumentum, cum ea, quæ valde neceſſaria ſunt, in noſtro corpore gemina effecerit, manus, pedes, aures, brachia, oculos; ita ſane duos ex eodem vtero procreat, vt alter alterum mutuis officiis iuuent & conſeruent; Neq; enim pes pedem ſupplãtat, neq; manus nocet manui, neq; oculus germanum oculũ eruit, vt non immerito dixerit

Digitized by Google

Xenophon, in Cyrip. lib. 8. *Seipſum curat, qui fratri prouidet*. Et hanc ob cauſam, fraternitatis charitatem commendat ad Hebr. cap. 13. Apoſtolus, vt quæ maxima eſſe videatur atque ardentiſſima: *Charitas*, inquit, *fraternitatis* (fraternæ ſimilis) *maneat in vobis*. *Bonus* quippe eſt, hoc eſt, vtilis; adde honeſtus & iucundus, teſte Dauide Pſalm. 132. hic fraternitatis amor; & ita quidem *bonus*, vt ſuauitatem eius comparare regius vates non dubitet, cum ſuauiſſimo & pretioſiſſimo vnguento, quo Aaron Exodi 3. iuſſu Domini vnctus eſt: vtilitatem vero, cum rore fœcundante; ac demum ait, vbi ſit talis fratrum concordia, iſthuc mittere Deum benedictionem, hoc eſt, omnium affluentiam bonorum, tum in hac ſcilicet, tum in futura vita. Quia igitur ardentiſſimè in primitiua Eccleſia fideles ſe dilgebant, ita fratrum nomine ſe in amore confirmabant & complectebantur, vt apud illos non aliud eſſet Chriſtianus, quam frater; quod ex Paulo hic, & 1. Cor. 7. apertè conſtat.

Bonus Dei miniſter qui ſit. Aptis verò verbis bonum Domini miniſtrũ hoc loco vocat Apoſtolus, qui ſuam priuatã, Domini intentioni in licitis, & honeſtis voluntatem accommodat: *Seruus* aliàs, *ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulabit plagis multis*, Luc. 12. Et quia mens Domini ſiue intentio erat, *nihil quod intrat in os, coinquinare hominem*, requirebat à Timotheo Paulus, vt idem doceret; quemadmodum ex ſacris etiam literis, & verbo Dei, quo tãquam cibo, & potu nutritur anima, didicerat: *Cibauerat enim eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris eundem potauerat: Cum enim in medio Eccleſiæ os aperuiſſet, impleuerat eum ſpiritu ſapientiæ*, &c. Eccleſiaſt. 15.

Ineptas

Digitized by Google

Ineptas autem, & aniles fabulas deuita. XII.

Per *Aniles*, ſeu vanas & inanes fabulas hoc loco, non Iudæorum deuteroſes, vt pleriq; arbitrantur, ſed ſuperſtitioſam ciborum abſtinentiam intellige, quemadmodum lib. 6. cap. 26. docet Clemens Roman. referente Turriano: *Alij autem, cibos quoſdam malos eſſe dicunt*, ait Clemens, *& nuptias cum procreatione liberorum item malas, & à Diabolo excogitatas; ac ſua nequitia nolunt impij iſti à mortuis ſuſcitari, idcirco reſurrectionem calumniantur, aientes ſe veneratione dignos, qui bibere, & edere nolint: cogitatione verò fingunt ſuſcitandos ſe à mortuis, factos dæmonia incorporea.* Hæc impoſtorum narrationes, ſiue figmenta, vel pòtius ſomnia, rectè *ineptarum fabularum* nomine ab Apoſtolo efferuntur, quod adinuentiones quædam ſint, ipſis ſacris literis per omnia contradicentes. Duo ſiquidem, ait D. Thomas in hunc locum, fabula debet continere; verum nempe ſenſum, & vt aliquid vtile repræſentet, ob oculosq; ponat, quod illi veritati conueniat: Si ergò proponatur fabula, quæ aliquam veritatem nequeat repræſentare, eſt inanis; ſed quæ proprie non repræſentat, inepta: Cum enim hoc fine, ſecundum Philoſophum, fuerint inuentæ fabulæ in poëſi, vt hominibus ad virtutum ſequelam, & vitiorum fugam eſſent incitamento, eò quod facilius repræſentando, quàm ratiocinando ſimplicioribus, & indoctis perſuadeatur; tum *fabula*, quæ vel veriſimilitudine, vel proprietate caret, *ſurdo* (vt eſt in Prouerbio) *narratur*. Eiuſmodi fuiſſe fabulatores ait Paulus, qui per falſam temperantiæ, & humilitatis ſpeciem, à cibis abſtinebant, vt ſic fabulam

Aniles fabulæ quænam intelligantur hic à Paulo.

Duo ad fabulã quiſita.

Fabula in quẽ finem ſint inuentæ.

Fabulatores hoc loco intellecti, qui ſint.

Digitized by Google

prophanam, & inanem (quod ſcilicet nulla eſſet corporum reſurrectio, & quod ipſi ſuſcitandi eſſent facti angeli, & incorporei) diſcipulis ſuis probabilem facerent. Hinc angelos, ceu Deos colebant; à quibus manaſſe videtur ille cultus angelorum, qui in Synodo Laodicenſi cap. 35. damnatus eſt. Hi angelos ſe vidiſſe aiebant, quæ erat fabula, & phantaſtica cogitatio. Vnde Tertullianus lib. 5. contra Marcionem, cum interpretatur locum illum epiſt. Pauli ad Coloſſenſes, capite 3. *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu*; & paulo poſt: *Nemo vos ſeducat volens in humilitate, & religione Angelorum*, &c. *Aliquos*, inquit, *taxat, qui ex viſionibus angelorum, dicebant à cibis abſtinendum eſſe*. Item Clemens Alexandr. lib. 3. Stromatum; *Curæ*, inquit, *eſt Magis, à vino, & eſu carnis, & Venere abſtinere, colentibus angelos, & Dæmones*. Et S. Anaſtaſius Antiochenus in lib. quem ὁδηγὸν inſcripſit, dogma Iudæ Galilæi fuiſſe ait, profiteri phantaſias, ſiue viſiones angelorum, prætextu religionis magnæ. Horum itaque fabulas vitandas eſſe, monet Apoſtolus hoc loco Timotheum. Cum igitur illi Hæretici, quos in hac epiſtola dicit propter fabuloſam, & impiam ſuperſtitionem cibos prohibuiſſe, neceſſariò conſequens eſt, vt hanc ipſam ſuperſtitionem idem Apoſtolus, tum in hac tum in epiſtola ad Coloſſenſes, cap. 2. vetet, & damnet, cibos ſcilicet more illorum profanè & ſuperſtitioſe diſcernere. Et quia illi per ſolam ſpeciem humilitatis, & religioſæ abſtinentiæ ciborum, veneratione digni videri volebant, fruſtra inflati ſenſu carnis ſuæ, pietatis veræ nullam rationem habebant, neque curam; idcirco Apoſtolus *pietatem*, qua illi carebant, commendans, & religioni ieiuniorum,

Angelorũ cultus ſuperſtitioſus.

Dogma ſuperſtitioſum cuiuſdam Iudæ Galilæi.

Digreſſio ad textum ſequẽtem.

rum, & omni abſtinentiæ anteponens, ſubiungit.

Exerce autem teipſum ad pietatem. XIII.

Generali *pietatis* vocabulo, creaturæ rationalis erga ſui principium affectio, procliuitas, ſenſuſque continentur, quibus videlicet patriæ & parentibus quoduis beneuolētiæ officiiq; genus repēditur. Cum verò *Deus omnium pater ſit*, (vt eſt apud Malach. cap. 1. *Si ego pater, vbi eſt honor meus*) eam ob cauſam recognitionis quoddam argumentum, pietatis nomen ad Dei cultum, ſiue religionem deriuatum eſſe, docet Auguſtinus, lib. 4. de ciuit. Dei, cap. 31. Licet ergò *pietatis* nomine, totum Chriſtianiſmum complecti voluiſſe Paulum, quidam Patres, & interpretes exiſtimarint; non minus tamen rectè S. Nilus, Dei cognitionem, eam interpretatus eſt, ſcripturam ſecutus, quæ in Sapientia Salomonis, cap. 10. *pietatem*, vocat *ſapientiam*: Et Iob. cap. 28. *Pietas ſapientia eſt: & abſtinere à peccatis, ſcientia.* Hæc ideo pietas, Iob. cap. 1. vocatur *timor*, religioſus nempe, & pius veri Dei cultus. Inde eſt, quod D. Thomas, 2. 2. q. 19. art. 9. debitum *Deo* honorem, & reuerentiam ad timoris donum reuocet: Quæ *timoris* ſignificatio, Latinis non fuit ignota, quemadmodum videre eſt apud Naſonem, lib. 5. Metamorph.

Pietatis nomine quid intelligatur.

Pietas, quid ſit hoc loco.

Timor Dei.

Aemathion æqui cultor, timiduſq́ Deorum.

Hic autem timor, prout in ſacris literis ſumitur, idem eſt ac Dei cultus, & adoratio, Matth. cap. 4. *Deum tuum adorabis*, quod Deuteron, cap. 6 (vnde ſumptum eſt) habetur, *Deum timebis*. Hinc, *timens Deum & timoratus*, pro legis obſeruatore, & religioſo, pio-

Timor quid in ſcriptura.

Digitized by Google

tias agere Deo, Dei cultus eſt: Nam vt, quod omnino purum eſt, ſine fide, aut gratiarum actione ſumptum, præ voluntaria ſumentis ingratitudine quodammodo immundum redditur; ita quod natura bonum eſt, cum gratiarum actione ſumptum, per Dei memoriam fit ſanctius, vt ſumenti cedat ad ſalutem animæ, nedum corporis. Hinc Christus cibum ſumpturus, & ſurſum aſpiciebat, & cœlum intuens gratias agebat patri, ipſiq; benedicebat. Ita etiam Moyſes, Iſraelitas præmonuerat, *ne cum comediſſent, & ſatiati fuiſſent; Domini Dei obliuiſcerentur*: *Edent*, inquit Dauid Pſal. 21. *pauperes & ſaturabuntur, & laudabant Dominum*, &c. Cum ergò Deus in hunc vſum cibos fecerit, vt qui ſunt iſtorum participes, inde ſumāt occaſionem Deo gratias agendi, ipſumq; laudandi, quomodo mali poſſunt cenſeri? Sed impiis Lutheranis, ciborum tanquam malorum abſtinentiam, Catholicis mendaciter affingentibus reſpondiſſe videtur Bernardus: *Ego*, inquit, *interdum abſtineo, ſed abſtinentia mea eſt ſatisfactio pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate: A carnibus abſtineo, ne, dum nimis carnem nutrio, & carnis ſimul vitia nutriam: panem cum menſura ſumo, ne onerato ventre, ſtare ad orandum tædeat, neu mihi propheta improperet, quia panem comederim in ſatietate*; Ezech 26. 39.

Christi Domini ritus in cibo ſumendo.

Refutatio Lutherani dogmatis.

Cum nullus ſit autem cibus natura ſua immundus, vt dictum eſt, quæret aliquis, cur ergo in veteri lege plurimorum ciborum eſu, tanquam immundorum interdictum ſit Iudæis? Ad quod reſpondet Auguſtinus. lib. 3. contra Fauſtum Manichæum, cap. 5. & 6. cibos fuiſſe appellatos immundos, non ſecundum naturam, ſed ſecundum typum, ſignificatio-

nem

Digitized by Google

nem & figuram: Exempli gratia, porcus habebatur immundus, non natura, ſed ſignificatione: ſignificabat enim hominem turpi deditum voluptati; vtq; eam ſignificationem retinuit, quoad Deo placuit, vſq; ad tempus ſcilicet Euangelicæ legis. Quamquam non deſunt, qui præceptum de legali ciborum immundicia Leuit. 11. & Deuteron. 14. ſecundum Hebraici textus lectionem explicandum volunt; vbi non abſolutè dicitur, porcus, vel aliud animal eſſe immundum; ſed cum adiunctione hac: *Erit vobis immundum*, id eſt, ſecundum phraſim Hebraicam, erit vobis prohibitum; Quem ſenſum, textus ipſe declarat dum ſubiicit: *De carne eorum nolo vos comedere*. Cauſa igitur prohibendi nonnullos cibos in veteri lege, referenda eſt, ſecundum Auguſtinum, ad ſignificationem & figuram. Quod vero Apoſtoli in primo Concilio Actor. cap. 15. concluſerant prohibendum Chriſtianis *eſum ſanguinis & ſuffocati*, id fecerunt, non ob ſignificationem, ſed quod viderent abſtinentiam ab iſtiuſmodi rebus, potuiſſe id temporis multum conducere ad conciliationem, atque concordiam gentium, quæ ad Chriſtum conuertebantur cum Iudæis ad ipſum conuerſis, qui ab illis rebus vehementer abhorrebant.

Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. X.

Ex duobus, commonſtrat Apoſtolus, cibos eſſe bonos, nempe ex eorum creatione, cum à DEO Geneſ. cap. 1. 4. & 9. benedictionem acceperunt: deinde per æternum Dei verbum, Ieſum Chriſtum, *Cibos eſſe bonos, dupliciter ab Apoſtolo probatum.*

Tt 2 car-

Digitized by Google

facere, vt quod ſanctificatur, fiat in timorem aduerſariis poteſtatibus, ſicut ait *Eſaias* cap. 8. *Dominum exercituum ipſum ſanctificate*, id eſt, facite vt ſit vobis timori: Vnde ſubiungit, interpretans quod dixerat; *Ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. Et erit vobis in ſanctificationem*, id eſt, ipſe mundabit te, & faciet ſanctum. *E*x quibus colligitur, quod, cum creatura per Dei verbum, & orationem ſanctificatur, & fit in timorem aduerſariis poteſtatibus, Deus ſanctificatus in ea, fit in timorem: Et, cum in huiuſmodi ſanctificatione, creaturæ per verbum Dei & orationem facta, nos confidimus contra ea, quæ nocere poſſunt; non in creatura nuda, ſed in virtute verbi *D*ei omnipotentis confidimus, & ipſe in eâ confidentes mundat, & ſanctificat in creatura ſua. Vnde in oratione ſanctificationis aquæ v.g. tribuimus virtutẽ ſanandi & fugandi Dæmones per Chriſtũ Deum, ſpem noſtrã, &c. Mirum ſane eſt Lutheranos, quibus, niſi quod in ſacris literis expreſſum eſt, nihil arridet, adeò eſſe, vel ignauos, vel ſaltem impudentes, vt verborum Pauli, hoc loco, obliti, audeant diuerſarum creaturarum benedictiones, ſanctificationes, quæ in Eccleſia Catholica frequentes ſunt, vel damnare vel habere ludibrio: Si enim cinis vitulæ aſperſus, populum Hebræũ ſanctificauit atq; mũdauit, Leuit. 4. Si Heliſæus tempore legis ſali in aquã iniecto, virtutem ſanandi ſterilitatẽ, & inſalubritatem aquæ in virtute Dei dedit, 4. Reg. 2. qui *D*eus nondum erat factus tum victima, & reconciliatio noſtra: *E*t Samuel, 1 Reg. 7. potuit, vt indicto ieiunio, & aqua ſuper terram in honorem Dei, effuſa (qui nondum erat factus homo) *D*eo de cœlo tonante, hoſtes terrefacti, darent ſe in fugam; quomodo

Aqua luſtralis virtus.

Lutheranorum ludibria contra diuerſas, & pias creaturarum benedictiones.

Heliſæus.

Samuel ieiunio & aqua hoſtẽ fugans.

Digitized by Google

do huius loci, verbis Paulinis rectè intellectis; audebit aliquis inficiari creaturæ ſanctificationem, quæ fit per Dei verbum & orationem, valere aduerſus poteſtates aduerſarias, & alia multa? Id ſi concedatur, euidenter ſalis & aquæ ſanctificatæ per verbum Dei, & orationem virtus & operatio declaratur: De qua legatur Euſebius lib. 5. Eccleſ. hiſtoriæ, cap. 21. & Epiphanius lib. 1. contra hæreſes, Tom. 2. in Hæreſi Ebionitarum. *Si quid*, ait in hunc locum Chryſoſtomus, *immundum duxeris, medicamentum in promptu eſt; ſignum crucis illi imprime, gratias age Deo, atque illius eſum ad Dei gloriam refer: & protinus omnis immunditia abſcedet.* Sed inimicis crucis Chriſti Lutheranis, eiuſque complicibus, hunc, & cæteros Catholicæ Eccleſiæ ritus, exorciſmos, & deprecationes iuſtorum aſſiduas, eſſe magicas ſuperſtitiones ſcimus, qui nolunt aduertere, quod Auguſtinus, lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 15. & 26. aliiq; ſancti Patres, circa cibos ſine benedictione & gratiarum actione ſumptos, olim contigiſſe, ad poſteritatis memoriam commendarunt. Rident interim virtutem, quam Eccleſiæ preces ſupra panem, ſalem, herbas, &c. ex vſu, & inſtituto maiorum & maximè Pontificum factæ habent; quam tamen quotidiana experientia teſtatam facit; vt ſileam, quæ narrat D. Gregorius, Dialog. cap. 4. & Prudentius in hymno ante cibum, quem, qui ſine gratiarum actione comedit, polluitur, non per cibum ipſum; quia, *nihil intrans in os coinquinat hominem*; ſed per ingratitudinem, quæ de corde procedit: Sicut ait Chryſoſtomus, carne idolis immolata veſcentem, non tam per eſum eiuſmodi carnis pollui, quam per inobedientiam, & legis præuaricationem. Eadem ratio eſt, de

Salis & aquæ benedictæ virtus.

Signi S. Crucis quanta vis.

Lutheranorum ludibria in Ritus Eccleſiæ Catholicæ, &c.

Preces Eccleſiæ ſupra panem, ſalem, &c. ab Hæreticis irriſa.

Cibum ſine gratiarum actione comedens, quomodo polluatur.

Digitized by Google

de cibis, vt diximus, qui tẽpore prohibito à Chriſtianis eduntur, ſicut de arbore ſcientiæ boni, & mali, cuius fructum contra Dei præceptum gustauit *Eua*, quemadmodum ſuprà diximus.

XI.

Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es.

Epiſcopis, ceu Apoſtolorum ſucceſſoribus, neceſſaria fides, doctrina, &c.

Cum *E*piſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſint, *pro Chriſto legatione fungentes, per quos Deus populos exhortatur* 2. Corinth. 5. & myſteria ſua diſpenſat; tum ab iis fidem, doctrinam, eruditionem, & ſingularem vigilantiam exigi patet: quemadmodum etiã ex cap. 4. prioris ad Corinthios colligitur, vbi dicit Paulus: *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum, vel miniſteriorum Dei: Hic enim quæritur iam inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* Ideò Timotheum hoc loco admonet Paulus, vt diligenter ſibi commiſſo gregi proponat, quæ ipſe, dictante Spiritu ſancto, prædixit, & improbauit: Quaſi diceret; Tam breui ſunt graſſaturæ hæreſes, vt iam velim te vigilare, & de his commonere tuos, quia iam Sectarij, inquit, imminent, qui cibos non ex obedientia, atque iuſtitia, voluntarioq; ſtudio exercendi corpus ad humiliandam animam, ſed ex fabuloſa ſuperſtitione quorundam impoſtorum, reiiciendos docebunt. Reſpicere Paulum vult Sasbout ad familiam Simonis, qui Theologiam ſuam ex Philoſophia Platonis potiſſimum hauſerant. Et ſicut Platonici peculiares ſibi Dæmones habebant familiares, per quos purgari ſe credebant ad rerum perfectam cognitionem, & oẽm comprehendendã veritatem; ſic & ſchola Simonis.

Familia Simonis ſuperſtitioſa.

Platonicorum peculiares Dæmones.

Qua-

Quare huius doctrinam, doctrinam Dæmoniorum appellat Auguſtinus, lib 19. contra Adimantum Manichæum, cap. 14. cum hunc Apoſtoli locum expoſuiſſet; *In nouiſſimis temporibus*, &c. *Illos*, inquit, *propriè deſignat, qui à carnibus temperant, non propterea, vt concupiſcentiam refrænent, aut alterius parcant infirmitati; ſed quia ipſas carnes immundas putant, & earum creatorem, Deum eſſe negant.* De his, inquit Paulus, ſi tu Timothee, tuos præmonueris, vt ſibi ab iis diligenter caueant, ſed & *ſuas aures, tanquam aſpides ſurdæ*, potius *obturent, ne voces incantantium ſapienter audiant*, te verum, & vigilantem Chriſti miniſtrum eſſe probabis. Et hoc tibi non eſt factu difficile: nam fidei doctrinam, quam ab adoleſcentia aſſectatus es, & eruditus, habes probè perſpectam, & cognitam, quam eorum erroribus, & impoſturis opponas, ex qua veritatem facilè elicies, fratribus, ſeu credito tibi gregi imbibendam. *Fratrum* nomen pro fidelium Chriſtianorum Eccleſia, & hic & alibi ſæpe accipit Apoſtolus; cuius acceptionis rationem reddens Tertullianus, in Apoleg. cap 39. *non iure tantum naturæ nos* (Chriſtiani) *fratres dicimur, quo quiuis frater & proximus eſt, etiam hæreticus, etiam infidelis*, vt loquitur Auguſtinus, lib. contra Donatiſt. imo *inimicus*, vt vult Chriſtus Matth. cap. 5. *ſed quia patrem vnum Deum agnoſcimus, vnum ſanctitatis ſpiritum bibimus, de vno vtero ignorantiæ eiuſdem ad vnam lucem expergiſcimur veritatis.* Clemens Alexandrin. vult Chriſtianos fratres dictos, quia *ſub vno principe & magiſtro Deo degimus*, inquit, cum Plato dixerit, in Menexe, *omnes, qui in vna ciuitate degunt, fratres eſſe.* Baſilius hom. 21. *quoniam non modo ſpiritualis pater vnus eſt Deus, ſed terrenus quoque Adam, & mater, tum Eccle-*

Superſtitioſa ab eſu carnium abſtinentia.

ſia,

ſia, tum terra. Verum placet, in Catholicæ Eccleſiæ primordiis, *cætum ipſum Chriſtianorum vocatum eſſe nomine fraternitatis, ob incredibilem amorem,* (verba ſunt Tertulliani, citato cap. 39. Apolog.) *vſque etiam ad gentilium ſtuporem, qui non poterant, quin exclamarent: Vide vt inuicem ſe diligant, & vt pro alterutro mori ſint parati.* Fraternus quippe amor, omnis amoris veræque amicitiæ exemplar eſſe videtur, ipſi quoque filiorum neceſſitudini, & cõiugum charitati quodammodo præferendus: Nam coniugum charitas, vt ſit maxima, aſcititia eſt, non accepta, neque hauſta ab ipſa natura: parentum in filios amor adhuc maior, ſed minimè reciprocus, propter diſſimilitudinem & inæqualitatem; maximus inter fratres exiſtit, vt cui æqualitas adſit, & mutuæ beneuolentiæ procreatrix ſimilitudo: Illis ſiquidem ſunt *communes,* vt ait Philoſophus, lib. 8. Ethic, cap. 11. *parentes, vterus, ſanguis, ortus, educatio, domus, generis claritas, res familiaris, patrimonium, diſciplina, mores,* vt veriſſimum ſit illud etymon, frater, quaſi fere alter, ex ſententia P. Nigidij apud Gellium lib. 13. cap. 10. Hinc in Canticis, non contenti ſponſus & ſponſa his nominibus, vt ſe ſuauius arctiusq; complectãtur, fratris & ſororis nomine cõutuntur. Quare id à Plutarcho lib. de fraterno amore, acutè obſeruatum eſt, in ipſa natura multiplex obſeruari fraternæ beneuolentiæ argumentum, cum ea, quæ valde neceſſaria ſunt, in noſtro corpore gemina effecerit, manus, pedes, aures, brachia, oculos; ita ſane duos ex eodem vtero procreat, vt alter alterum mutuis officiis iuuent & conſeruent; Neq; enim pes pedem ſupplãtat, neq; manus nocet manui, neq; oculus germanum oculũ eruit, vt non immerito dixerit

Vu Xeno-

Digitized by Google

Xenophon, in Cyrip. lib. 8. *Seipſum curat, qui fratri prouidet*. Et hanc ob cauſam, fraternitatis charitatem commendat ad Hebr. cap. 13. Apoſtolus, vt quæ maxima eſſe videatur atque ardentiſſima: *Charitas*, inquit, *fraternitatis* (fraternæ ſimilis) *maneat in vobis*. *Bonus* quippe eſt, hoc eſt, vtilis; adde honeſtus & iucundus, teſte *D*auide Pſalm. 132. hic fraternitatis amor; & ita quidem *bonus*, vt ſuauitatem eius comparare regius vates non dubitet, cum ſuauiſſimo & pretioſiſſimo vnguento, quo Aaron *E*xodi 3. iuſſu Domini vnctus eſt: vtilitatem vero, cum rore fœcundante; ac demum ait, vbi ſit talis fratrum concordia, iſthuc mittere Deum benedictionem, hoc eſt, omnium affluentiam bonorum, tum in hac ſcilicet, tum in futura vita. Quia igitur ardentiſſimè in primitiua *E*cclesia fideles ſe dilgebant, ita fratrum nomine ſe in amore confirmabant & complectebantur, vt apud illos non aliud eſſet Chriſtianus, quam frater; quod ex Paulo hic, & 1. Cor. 7. apertè conſtat.

Bonus Dei miniſter qui ſit.

Aptis verò verbis bonum Domini miniſtrũ hoc loco vocat Apoſtolus, qui ſuam priuatã, Domini intentioni in licitis, & honeſtis voluntatem accommodat: *Seruus* aliàs, *ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulabit plagis multis*, Luc. 12. Et quia mens Domini ſiue intentio erat, *nihil quod intrat in os, coinquinare hominem*, requirebat à Timotheo Paulus, vt idem doceret; quemadmodum ex ſacris etiam literis, & verbo Dei, quo tãquam cibo, & potu nutritur anima, didicerat: *Cibauerat enim eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris eundem potauerat: Cum enim in medio Eccleſiæ os aperuiſſet, impleuerat eum ſpiritu ſapientia*, &c. Eccleſiaſt. 15.

Ineptas

Ineptas autem, & aniles fabulas deuita. XII.

Per *Aniles*, ſeu vanas & inanes fabulas hoc loco, non Iudæorum deuteroſes, vt pleriq; arbitrantur, ſed ſuperſtitioſam ciborum abſtinentiam intellige, quemadmodum lib. 6. cap. 26. docet Clemens Roman. referente Turriano: *Alij autem, cibos quoſdam malos eſſe dicunt*, ait Clemens, *& nuptias cum procreatione liberorum item malas, & à Diabolo excogitatas; ac ſua nequitia nolunt impij iſti à mortuis ſuſcitari, idcirco reſurrectionem calumniantur, aientes ſe veneratione dignos, qui bibere, & edere nolint: cogitatione verò fingunt ſuſcitandos ſe à mortuis, factos dæmonia incorporea.* Hæc impoſtorum narrationes, ſiue figmenta, vel potius ſomnia, rectè *ineptarum fabularum* nomine ab Apoſtolo efferuntur, quod adinuentiones quædam ſint, ipſis ſacris literis per omnia contradicentes. Duo ſiquidem, ait D. Thomas in hunc locum, fabula debet continere, verum nempe ſenſum, & vt aliquid vtile repræſentet, ob oculoſq; ponat, quod illi veritati conueniat: Si ergò proponatur fabula, quæ aliquam veritatem nequeat repræſentare, eſt inanis; ſed quæ proprie non repræſentat, inepta. Cum enim hoc fine, ſecundum Philoſophum, fuerint inuentæ fabulæ in poëſi, vt hominibus ad virtutum ſequelam, & vitiorum fugam eſſent incitamento, eò quod facilius repræſentando, quàm ratiocinando ſimplicioribus, & indoctis perſuadeatur; tum *fabula*, quæ vel veriſimilitudine, vel proprietate caret, *ſurdo* (vt eſt in Prouerbio) *narratur*. Eiuſmodi fuiſſe fabulatores ait Paulus, qui per falſam temperantiæ, & humilitatis ſpeciem, à cibis abſtinebant, vt ſic fabulam pro-

Aniles fabulæ quænam intelligantur hic à Paulo.

Duo ad fabulã quiſita.

Fabula in quẽ finem ſint inuentæ.

Fabulatores hoc loco intellecti, qui ſint.

rum, & omni abſtinentiæ anteponens, ſubiungit.

Exerce autem teipſum ad pietatem. XIII.

Generali *pietatis* vocabulo, creaturæ rationalis erga ſui principium affectio, procliuitas, ſenſusque continentur, quibus videlicet patriæ & parentibus quoduis beneuolétiæ officiiq; genus repéditur. Cum verò *Deus omnium pater ſit*, (vt eſt apud Malach. cap. 1. *Si ego pater, vbi eſt honor meus*) eam ob cauſam recognitionis quoddam argumentum, pietatis nomen ad Dei cultum, ſiue religionem deriuatum eſſe, docet Auguſtinus, lib. 4. de ciuit. Dei, cap. 31. Licet ergò *pietatis* nomine, totum Chriſtianiſmum complecti voluiſſe Paulum, quidam Patres, & interpretes exiſtimarint; non minus tamen rectè S. Nilus, Dei cognitionem, eam interpretatus eſt, ſcripturam ſecutus, quæ in Sapientia Salomonis, cap. 10. *pietatem*, vocat *ſapientiam*: Et Iob. cap. 28. *Pietas ſapientia eſt: & abſtinere à peccatis, ſcientia.* Hæc ideo pietas, Iob. cap. 1. vocatur *timor*, religioſus nempe, & pius veri Dei cultus. Inde eſt, quod D. Thomas, 2. 2. q. 19. art. 9. debitum Deo honorem, & reuerentiam ad timoris donum reuocet: Quæ *timoris* ſignificatio, Latinis non fuit ignota, quemadmodum videre eſt apud Naſonem, lib. 5. Metamorph.

Pietatis nomine quid intelligatur.

Pietas, quid ſit hoc loco.

Timor Dei.

Aemathion æqui cultor, timidusq; Deorum.

Hic autem timor, prout in ſacris literis ſumitur, idem eſt ac Dei cultus, & adoratio, Matth. cap. 4. *Deum tuum adorabis*, quod Deuteron, cap. 6 (vnde ſumptum eſt) habetur, *Deum timebis.* Hinc, *timens Deum & timoratus*, pro legis obſeruatore, & religioſo, pio-

Timor quid in ſcriptura.

Digitized by Google

que cultore ferè ſemper ſumuntur, vt Luc. 2. Actor. 10.

Pietatis exercitium in quo ſitum.

Pietatis ergò exercitium, quod à Timotheo exigit Apoſtolus, in duplici iuſtitiæ parte conſiſtere videtur; nempe in *Dei* timore, & in receſſu à malo, Pſal. 33. Hic autem receſſus aliud nihil eſt, quam rebellio quædam, & defectio à tota malorum cohorte, & peccatorum factione; quaſi homo pius & timoratus, ſtatas cum peccato inimicitias, hoſtis inſtar, gerere debeat: Cultus enim Dei, ſiue *timor, eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia,* Iob. 28. In quem locum elegans eſt Iſidori commentarius: *Reipſa,* inquit, *ſumma ſapientia eſt, vera de Deo opinio; ſcientia verò ſummè diuina, actio optima. Illa de Deo veram ſententiam aſſequitur, hæc à malis abſtinet: Illa verbis de Deo, diuinisq́; rebus diſputat, hæc agendi laude commendatur. Si ergo is, qui Deo charus, & amicus eſt, ſcit, & ſapit, vtramq́; eſt amplexus virtutem, tum eam, quæ in contemplando, tum illam quæ in agendo verſatur: Et illam quidem, tanquam animam, hanc verò veluti corpus. Sanè ſuperuacanea eſt eorum hominum philoſophandi ratio, qui optimæ diſciplinæ, ac vitæ deſpicientes, in procudenda tantum lingua, atque in orationis concinnitate ſtudium ponunt.*

Sapientia, & ſcientia de Deo, earumq́; effectus.

Vera pietas, vel ſapientia quænam ſit.

Ex quibus conficitur, veram pietatem, ſiue ſapientiam, in actione, & legis obſeruantia conſiſtere. Rectæ ſiquidem intelligentiæ ſcopus eſt recta operatio: Stultum autem eſt, rectam intelligentiam, rectumq́; iudicium in prauam operationem euadere. Igitur ſtultus ille eſt, qui rectã intelligentiã cum prauo opere coniungit; ſicut ſapientiſſimus, qui par pari copulans res inter ſe nexas, quas Deus coniunxit, non ſeperat: ſic enim adæquat, & conformat voluntatem ſuo iudicio, quæ eſt ſapientiæ, & veritatis ratio

Verè ſapiens, qui ſit.

Digitized by Google

tio: At qui peccat, ſi verum agnoſcat, veritatem illam & conformitatem operis ad ſuam regulam minimè ſeruat, hic ſtultus, mendaxq́; eſt: Hinc illud 1. Ioan. 2. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & veritas non eſt in eo.* Et Hierem. 8. *Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum:* nam ſcribunt leges, quas minime ipſi ſeruant. Eodem modo, Chriſtus Dominus Ioan. 8. gloriantibus Phariſæis de Abrahamo parente illiusque fide, exprobrat huiuſmodi ignorantiam, & ſtultitiam, & ingenium verè Diabolicum, atque mendax: *Vos*, inquit, *ex patre Diabolo eſtis. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. (Cum enim Deum cognouiſſet, non ſicut Deum glorificauit*, Rom. 1.) Et infra: *Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum; ego autem noui eum; Et ſi dixero; quia non noui eum; ero ſimilis vobis mendax: Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo:* Id eſt (vt interpretatur Theophylactus) quia ſermonem eius ſeruo; vel, vt particula illa (*&*,) ſit expoſitiua: *Scio, &*, id eſt, ſeruo.

Phariſæorum ignorãtia malitioſa taxatur.

Hinc eſt, quod res inter ſe nexas coniungat frequenter ſcriptura, videlicet *iudicium*, & *iuſtitiam*, Id eſt, rectam rationem, rectamq́; agendorum intelligentiam, & præterea ipſam actionem; diciturq́; ipſum iudicium fieri, ſicut & ipſa iuſtitia, aut cuſtodiri ſicut pręceptum, Pſal. 118. & 105. Prou. 1. & 2. Vnde videtur conqueri Habac. cap. 1. quod *non perueniat vſque ad finem, iudicium:* Id eſt, quod non euadat vſq; ad rectam operationẽ, quę eſt finis iudicij practici. Quare, tãtam impiorum iniuſtitiã, qui cum videant & intelligant, perinde labũtur, & corruunt, ac ſi nihil viderent, notat Iſai. cap. 42. *Quis cæcus, niſi ſeruus meus? Qui vides multa, nonnè cuſtodies? Qui apertas habes aures, nonnè audies?*

Modus ſcripturæ, res inter ſe nexas coniungendi.

Nam

XIV. *Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt.*

Hunc locum de ieiunio non eſſe intelligendum.

Reprehendit eos Chryſoſtomus, qui de ieiunio hunc locum exponunt: ſed errant, inquit; neque enim *corporalis exercitatio* eſt ieiunium, ſed ſpiritualis: *Nam ſi corporalis eſſet, corpus profectò nutriret; nunc verò illud macerat, & extenuat.* Chryſoſtomo ſubſcribit Theophylactus: *Nonnulli*, inquit, *corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen ſecus ſe habet: ſiquidem ſpiritualis ſit. Nam etſi per mediam corpus maceratur, ſpiritus tamen eſt vigilantior: Sed corporalis exercitatio, corporis eſt agitatio quædam, quæ cum laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue ſit profutura.* Hæc ille. Neque enim ieiunandi actus ad corporale, ſed ſpirituale exercitium reuocari debet, quod nec ad modicum valere, dici à Paulo, putandum eſt, cum ipſe idem ad ieiunium tam frequenter, verbo & exemplo, diſcipulos ſuos prouocet: Multò minus *pietati* ieiunium opponit Apoſtolus, *quæ habet promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*; cum id maximè conueniat ieiunio, vt in hac vita ſanitatem efficiat, & conſeruet; vt patet ex cap. 1. Danielis: & in alia, mercedem accipiat à Patre cœleſti, qui, *cum ieiunat, vngit caput ſuum, & faciem ſuam lauat; ne videatur ab hominibus ieiunans; ſed patri; qui eſt in abſcondito*; iuxta promiſſionem Domini, Matth. cap. 6. Rectè itaque S. Leo ſerm. 1. de ieiunio Pentecoſt. *Sequitur*, inquit, *ſolenne ieiunium, quod animis, corporibus curandis ſalubriter inſtitutum, deuota nobis eſt obſeruantia celebrandum.*

Ieiunium pietati non opponi in Paulo.

Corporalis exercitatio quid ſit.

Intelligit ergò ipſe per *corporalem exercitationem*, eam, quæ corpus vegetum, ac robuſtum reddit, quæ-

que

Digitized by Google

que ſoli corpori eſt accommodata, ſumpta ſimilitudine ab athletis, gladiatoribus, militibus, & cæteris, qui viribus corporalibus indigent: Quaſi diceret: Exerce te more boni athletæ, ad curſum, & certamen pietatis. Hoc enim verè vtiliſſimum eſt, tum in hac, tum in futura vita: Nam, qui vires exercent ad curſum, vel corporale certamen, parum omnino lucrantur in hac vita, & in alia prorſus nihil. Huic ſimilis eſt omnino locus 1 Corinth. 9. *Qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

Cur verò dicat Apoſtolus, *corporalem exercitationem ad modicum eſſe vtilem,* intelligi poteſt ex eo, quod S. Maximus, centuria 2 cap. 57. ait: Tradit enim diſtingui virtutes in *corporales*, & *ſpirituales*; & illas quidem neceſſitati eſſe ſubiectas; *quia* pluribus modis, ac rationibus impediri poſſint; ita, *vt qui eas non habeat, veniam ferat; has vero non hiis ſubiectas eſſe, vt eſt pietas, quæ nec impediri poteſt, quin habeatur; nec excuſari, qui eam non habeat.* Item S. Nilus explicans locum Euangelicũ Luc. 22 cap. *Vendat tunicam ſuam, & emat gladium*; ad modicum tempus vtilem eſſe ait exercitationem corporalem, quia *ceſſat*, inquit, *in futuro: cognitio autem*, id eſt, *pietas augetur, progreſſus faciens à ſpeculo & ænigmate, vſque ad illud facie ad faciem.* Rurſus idem S. Pater Nilus in lib. de præfectura. *Exercitatio*, inquit, *corporalis ad modicum vtilis eſt, diſciplinis puerilibus ſimilis*: at pietas (vt ſubiũgit Apoſtolus) ad omnia eſt vtilis, quæ efficit bonam habitudinem in animis eorum, qui cupiunt paſſiones vincere contra aduerſarium. Vt enim, inquit, rudibus adhuc ac nouitiis athletis exercere corpus, & membra aſſiduè mouere conuenit;

Virtutis in corporalem, & ſpiritualem, diuiſio.

Corporalis exercitatio quomodo ad modicum vtilis.

Digitized by Google

viris verò athleticis, id eſt, iam robuſtis, & ſtudio certandi exercitatis, conuenit, roboris & virium curam habere & vngi ad certamen: ſic qui pietatem colere incipiunt, ſtudium illis eſt, cohibere opera: ſatis enim habent, ſi voluptatibus commoti & impulſi, paſſiones contineant: Qui verò iam habitum virtutis compararunt, & eorum quæ ad mentem pertinent, curam habent, his ſtudium ponitur in ſeruandis cogitationibus, ne ferantur ad aliquid inutile. Denique, vt ſummatim dicam, illis quidem, ſcilicet qui in ſtudio exercitationis corporalis ſunt, cura eſt motus corporis moderari, ac temperare: his verò, hoc eſt, pietatis ſtudio deditis, cura eſt, appetitiones & cogitationum pulſus caſtigare, & reprimere, ita vt nulla phantaſia animum à diuinis rebus meditandis, ac contemplandis auocet, quod eſt, inquit, pietatis & Deum colentis.

Virtutis nouitij cultores, & prouecti in ſtudio pietatis.

XV. *Pietas autem ad omnia vtilis eſt: promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.*

Pietatis pro ſapientia accepta vtilitas.

Quocumq; modo *pietatis* vocabulum accipiatur, magnam hominum generi vtilitatem affert. Si enim pro vera illa Sapientia, quæ in veraci Dei cultu, & in agnitione veritatis (quæ eſt ſecundum Deum) conſiſtit, accipiatur; hominem cum Deo coniugit, non ſolum intellectu, ſed voluntate, moribus, actionibus; quæ quidem faciunt eſſe ſimilem Deo, Sap. 6. Eſt enim vera pietas, ſiue ſapientia illa *quæ deſurſum eſt, fons aquæ viuæ, ſalientis in vitam æternam*, & eò geſtiens conſcendere, vnde ducit originem, iuxta id Eccleſ. cap. 1. *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, &*

eſt

Digitized by Google

eſt ante auum. Si pro terrena ſumatur, qua patriæ, parentibus, & popularibus, humanitatis, & beneuolentiæ ſtudia exhibemus, maxima etiam commoda parit, ſecundoq; charitatis præcepto de proximi dilectione, reſpondet. Idcircò hanc pietatem, tam in Deũ, quàm in homines, & tam in corporalibus, quàm ſpiritualibus, vult Paulus, in ſuo Timotheo, non tam ad Epiſcopum pertinere, vt eam doceat & prædicet; quàm vt eandem ſimul etiam exerceat. Hæc enim, (quod apud Micheam cap. 6. ſcriptum eſt) *homini indicat, quid Dominus ab eo requirat*, nempe, vt in primis ſe totum, vel potius cor ſuum Deo reſignet, *cor mundum, contritum, & humiliatum* offerat: ſuper quæ verba Auguſtinus, ſerm. 236. de Tempore. *Quærebas*, inquit, *quid offerers pro te, offer te. Quid enim Dominus quærit à te, niſi te? quia in omni creatura terrena, nihil melius fecit ſe, quærit te à te, quia tu perdideras te.* Docet ergo pietas, vt homo *faciat iudicium*, hoc eſt, ſuum vnicuique tribuat, ac inprimis, vt ipſe arbiter ſedeat, & ſeipſum iudicet, vt non iudicetur à Domino; Iudicet ſe, damnet vitam priorem, reddat Deo quod ſuum eſt, compenſet veteres iniurias lamentis pœnitentiæ, reddat Deo honorem, ſibi confuſionem, & ignominiam; ſicut ait S. Daniel cap. 9. *Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei.* Docet etiam pietas, legibus obtemperare, &, quod perſonam, ac conditionem ſuam decet, facere, in quo rectũ iudiciũ conſiſtit; quemadmodũ Prou. 21. ſcriptũ eſt; *Gaudium iuſto eſt, facere iudicium, & pauor operantib. iniquitatẽ. Scio*, inquit Angelus, loquẽs pro Abrahamo, Gen. 18. *quod præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viã Domini, & faciant iudiciũ, & iuſtitiã.* Docet inſup. pietas *diligere miſericordiã*, quia poſt pœnitentiã, plurimũ iuuat miſericordia

Pietatis in parentes patriam, &c. quæ ſit vtilitas.

Hominis reſignatio in Deũ.

Pietas quomodo doceat iudicium.

Pietas quomodo legibus obtemperare faciat.

Pietas magiſtra docens miſericordiam.

Digitized by Google

& quaſi pennis quibuſdam, eam tollit in cœlum, vt ait Chryſoſtomus, homil. 5. de pœnit.

Præterea accepta per pœnitentiam iuſtitia, multum miſericordia conſeruatur, ſicut docet S. Dauid Pſal. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.* Docet denique pietas, nos cum Deo noſtro ſolicitos ambulare, hoc eſt, ei amicè adhærere, & placere. Verbo ſiquidem *ambulandi*, animorum conſenſionem & beneuolentiam ſolet explicare ſcriptura, vt Prouerb. cap. 1. *Sortem mitte nobiſcum, marſupium vnum ſit omnium noſtrum. Fili mi ne ambules cum eis*, &c. Placere ergò Deo, eſt ambulare cum Deo, quemadmodum de Henoch probat Apoſtolus Hebr. cap. 11. qui videtur interpretari locum illum, 5. cap. Geneſeos, *Et ambulauit Henoch cum Deo.* Sic Geneſ. 6. *Noë vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit*, id eſt, adhæſit ei & placuit.

Pietas, docens ambulare cum Deo.

Ambulare, quid in ſcriptura.

Requirit autem pietas, vt homo ſolicitè ambulet, quod fidelium ſeruorum eſt, qui, quamuis promptè, & liberaliter ſeruiant, tamen nihil ſe magnum facere exiſtimant, & Dominorum gratiam reuerentia, officio, & modeſtia promereri ſtudent. Cum autem Paulus dicit, pietati multa, & in hac, & in futura vita eſſe promiſſa, videtur redarguere noſtri temporis ſectarios, qui ſoli fidei, ſalutem æternam tanquam mercedem tribuunt: Nam qui non promiſit ſalutem æternam ex ſola fide, ſed ex fide, & obedientia, quæ in operibus verſatur; prout probat Apoſtolus. Hebr. cap. 5. idem neque promiſit ex fide ſola, ſine obediẽtia,

Sectarij, ſolam fidem ad ſalutem ſufficere arbitrati refutantur.

tia, ſalutem, quæ nunc eſt, quæ ex iuſtificatione per fidẽ exiſtit. Si enim hãc ex ſola fide promiſiſſet, & illam quoque æternam ex ſola fide promiſiſſet: Atque ita neceſſe eſſet, Lutheranos ad illorum hæreſin adhuc peiorem delabi, qui, neque ad conſequendum ſalutem æternam, neceſſaria eſſe opera tradebant, ſed potius, in quocumque ſcelere quis eſſet, futurum eſſe ſaluum, *tanquam per ignem*, modo in Chriſtum crederet, eiuſq; ſacramenta perciperet, contra quos diſputat S. Auguſt. de fide, & operibus.

Licet verò *D.* Thomas hic, citari putet promiſſionem adiectam, in 4. præcepto, quo præcipitur, honor parentum, & ſubintelligitur omnis pietas in proximum: potius tamen videtur Apoſtolus reſpexiſſe ad ea promiſſa Dei, quibus vita primittitur obedienti Deo, vt *quæ fecerit homo, in iis ſit victurus*, quemadmodum ſcriptum eſt, Deuteron. cap. 5. Aut forte Paulus reſpexit ad Euangelium Matth. cap. 6. vbi Dominus, *quærentibus regnum Dei & iuſtitiam eius*, ad æterna, promittit etiam temporalia. *Quid per promiſſionem, hoc loco intelligatur.*

Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. XVI.

Ad præcedentia, hanc ſententiam referri oportere, rectè iudicauit *D.* Chryſoſtomus, cuius iudicio fauere videtur coniunctio, *enim*, quæ ſequitur; Quaſi diceret Apoſtolus: Quod iam dixi de pietate, eam habere, tum præſentis, tum futuræ vitæ promiſſionem; non modò certum, & indubitatum eſt, ſed etiam dignum, quod modis omnibus ab omnibus acceptetur, & deprædicetur; ſic enim nemo eſt, qui nõ videat, atque diligenter attendat, quid ex iugi pietatis ſtudio in hoc ſeculo, *qui ſcilicet in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus vitæ ſuæ Deo ſeruierit*, in futuro ſæculo ſperare debeat: Vnde ſubiicit: *Expoſitio ex Chryſoſtomo.*

Digitized by Google

XVII. *In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia ſperamus in Deum viuum.*

Labores iuſtorum ob ſpem æternæ vitæ ſuſcepti.

Ex aſſiduis, duriſq; ſanctorum hominum laboribus, commonſtrat Paulus, veriſſimum eſſe, quod aſſeruit, hoc ſenſu: Huius rei gratia, ſiue ob ſpem vitæ æternæ, magnos ſubimus labores ac mala plurima perpetimur: Et licet aliis benè faciamus, contumelias interim, maledicta, & iniurias longanimiter ſuſtinemus, ac ferimus, quia ſcimus, *patientiam opus perfectum* requirere, Iacob. cap. 1. Et cum in Deo viuo, qui nos omnes ſaluare facilè poteſt, ſpem noſtram poſuerimus; ideò tribulationes, & ærumnas, tantum abeſt, vt faſtidiamus, vt potius de manu Dei, illas accipientes in pietate & charitate confirmemur; quod ipſum à patiẽte Iobo videtur fuiſſe factum, cum dixit: *Tenebit iuſtus viã ſuam, & mũdus manibus, addet fortitudinẽ.* In quẽ ſenſum, hoc loco Paulus, ideò patienti animo maximos labores, & probra ſuſtinere ſe dicit, quod Deus illos, qui in laboribus fidem ſuam, & bonum ſuum propoſitum non mutant, tum in hoc mundo, tum in futuro ſaluare ſoleat. Hinc fit, quod in ærumnis, ardentiori charitate iuſtus adhæreat Deo, non aliter, atque cum paruulus verberatur à matre, non fugit: ſed potius confugit ad ipſius verberantis complexum, & arctius illius ſe vberibus apprimit: Sic monet Eccleſiaſt. cap. 2. *Coniungere Deo, & ſuſtine,* id eſt, dum ſuſtines aduerſa, tene Deum, nec dimitte, ſed adhæreſce illi firmiter; propriè ex Græco; conglutinare illi: Quaſi cola, & glutino adhærebat profectò arctiſſimè, qui dicebat: *Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? an anguſtia? an gladius? an nuditas?*

Sanctorum in tribulationib. patientia.

Sanctorum inter ærumnas, maior, & ardentior in Deũ charitas.

Pauli amor ardens in Deum inter aduerſa.

an perſequutio? Roman. 8. Nulla enim ratione, de via ſua iuſtus Paulus dimoueri poterat. Iuſtus etiam Dauid, rectam inſiſtens viam, cum dicebat Pſal. 72. *vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum*, oneratus licet grauiſſimis ærumnis, & crebrò virga tonſus; non ideò à recto tramite diſcedebam, ſed viam meam alacris tenebam. Verùm aliquando ingenuè fatetur, tribulationum impetu impulſum, ſe fermè nutaſſe in via pietatis: *Mei*, inquit, *pæne moti ſunt pedes, pæne effuſi ſunt greſſus mei*; quaſi dicat: pene iam, de diſcedendo à recta via cogitabam, lapſui vicinus, & in tenenda pietatis ſemita languidus, parumque firmus.

Dauidis in aduerſis Conſtantia.

Iuſtus etiam Habacuc, qui cum cap. 1. quæſiiſſet à Deo causam ſuarum, atque totius populi ærumnarum grauiſſimarum, ſtatuit; Non ideò ſibi diſcedendum à recto pietatis tramite, ſed patienter expectandum Dei reſponſum: *Super cuſtodiam*, inquit cap. 2. *meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi.* Addit verò Iob eodem 17. cap. *Et mundis manibus addet fortitudinem*; quia iuſtus non ſolum non deficit, ſed tribulationibus redditur fortior. Bona etenim conſcientia corroborat hominem, vt aduerſis reſiſtere poſſit: at peccati conſcientia eneruat potius, atque debilitat: *Perficitur* enim *virtus in infirmitate* 2. Corinth. 12. vt & Exod. 1. deſcriptum eſt: *Quanto magis opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur & creſcebant*: Atque huc pertinet illa adhortatio Iſaiæ, capite 35. *Confortamini puſillanimes*, vt non ſolum, in ærumnis non deficere, ſed contrà ardentiores ire aduerſus aduerſa, afflicti iubeantur.

Habacuc Propheta in aduerſis Conſtantia.

Iuſtus in tribulationibus fortior effectus.

Qui

Digitized by Google

XVIII. *Qui eſt Saluator omnium hominum; maxime fidelium.*

Deus, quo pacto ſit omniũ Saluator.

S. Proſper lib. 2. de vocatione Gentium, cap. 10. Deum *ſaluatorem eſſe omnium* dicit, quia dat omnibus, vnde ſaluari poſſint, ſed maximè fidelium, quia dat illis non ſolùm, vt ſaluari poſſint, ſed etiam vt ſaluentur. Hinc Auguſt. lib. de ſpiritu, & litera cap. 33. exponens quæſtionem, cur Deus non det omnibus velle credere, cum *velit omnes homines ſaluos fieri,* dicit, Deum velle omnes ſaluos fieri; *ſic tamen, vt non adimat eis liberum arbitrium, quo vel bene, vel male vtentes, iuſtiſſimè iudicentur.* Et addit, *infideles contra Dei voluntatem facere, cum non credunt Euangelio, tamen nõ vincere Dei voluntatem, quoniam experientur in ſuppliciis poteſtatem eius, cuius in donis miſericordiam contempſerunt.* Et ponit ſimilitudinem Domini, *volentis, vt omnes ſerui laborent in vinea, ſic tamen, vt ſi qui operari noluerint, detrudantur in infernum:* Licet enim fideles duntaxat efficaciter ſaluentur, Deus tamen neminem à ſua ſalute impedit, qui remedia, & auxilia pro omnibus, in commune inſtituit; nam omnibus Euangelij prædicationem, & ſacramẽta voluit eſſe communia. Quod autem Deus præueniendo, ac præparando fidelium voluntates, faciat eas velle, & infidelium non faciat velle, noſtrum non eſt iudicare. *Quis enim nouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Rom. 11. Nam ſicut verum eſt, non omnes ſaluos fieri, quia ipſi non volunt, ſic etiam verum eſt, non omnes ſaluos fieri, quia Deus non vult voluntate illa *beneplaciti,* de qua ſcriptum eſt Pſal. 113. *Omnia quæcumque voluit fecit, in cœlo, & in terra.* Et tamẽ ſimul etiam verum eſt, Deum eſſe

Quomodo Deus velit omnes ſaluos fieri.

eſſe omnium ſaluatorem, & omnes velle ſaluos fieri, voluntate illa, quam recte Theologi *antecedentem* vocant, vt ſuperius cap. 2. etiam dicebamus.

Cauſa autem, ob quam Dei voluntas, volens omnes ſaluari, in omnibus non ſit efficax, duplex eſt: Vel quia oblatam gratiam non acceptant homines, ſed recuſant; Vel quia gratiam ſemel acceptam in vacuum recipiunt, & ea certè non vtuntur. Primum pertinet ad duritiam cordis; alterum ad negligentiam. In primo genere excelluerunt Iudæi, vt omnium reproborum typus ac figura clariſſima; quos propterea vocat Paulus *filios ſubtractionis in perditionem*, quia videlicet *obdurauerunt corda ſua in deſerto*. Hebræ. 10. & 3. Et Stephanus, Act. 7. iuſtiſſimè illis exprobrat: *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis*, &c. Quare cum duæ cauſæ concurrant ad effectum gratiæ, ad fidem, ad charitatem, aliasque virtutes, & earum opera in nobis producenda, Dei donum ſeu gratia, noſtrumq; liberum arbitrium: ſcriptura defectum fidei, obedientiæ, & aliarum virtutū, interdum tribuit Dei gratiæ negatæ, interdum noſtro libero arbitrio repugnanti. In vtroque enim eſt cauſa defectus. Sed vel Deus ideo quibuſdam non dat, eo quod nihil profuturam ſuam gratiam præuidet, vel ſi dat, ideo in ſcriptura non dare dicitur (vt Deuteron. 29. vbi Moyſes ad Iudæos: *Non dedit vobis*, inquit, *Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures audientes, vſque in præſentem diem*) quia efficaciter non data eſt, ſed fruſtra, & ſine effectu. Sic apud Matth. 28. *Illis autem datum non eſt*. De 2. cauſa non efficacis gratiæ dicit Apoſtolus, 2. Corinth. 6. *Hortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, quam ibidem in noſtris commentariis luculenter explicuimus.

Digitized by Google

Quid per Saluatorem omnium, hic intelligatur; Variæ ſententiæ.

Hæc porrò verba *(qui eſt ſaluator omnium)* à variis variè exponuntur: Quidam enim ea referunt ad ſalutem corporum, vt intelligatur illud conſeruare, quod conſequitur creationem: Nam omnia creata, virtute diuina conſeruantur, ne in nihilum recidant; ſecundum quam interpretationem, melius verteretur *ſeruator*, vox eſt, quam etiam agnoſceret Cicero: Non enim eſt propria Chriſto, qui *ſaluator* propriè dicitur, non ſeruator; nam ſunt diuerſæ notiones harum vocum ait Sasboldus: Ad eundem modum, accipitur in Pſal. 35. *Homines, & iumenta ſaluabis Domine.* Alij verò referunt ad ſalutem animæ, quorũ commentarius optimè intelligitur, ex lib. Auguſtini, quo reſpondet ad articulos ſibi falsò impoſitos. Alij de vtraq; ſalute interpretantur, hoc ſenſu: Qui in hac vita ſaluator eſt omnium hominum, in futuro autem non omnium, ſed fidelium ſolum.

XIX. *Præcipe hæc & doce.*

Iuriſdictionem Epiſcopis competere.

Quæ ſcilicet hactenus tradidi: Epiſcopis namque & Eccleſiæ paſtoribus, iuxta ipſorum nomen, poteſtatem ac iuriſdictionem competere ex verbo *præcipiendi* colligitur: Neque enim nudos verbi miniſtros; ſed prætereа præceptores, prohibitores, legisq; latores eoſdem eſſe, declarat Apoſtolus, cum Timotheo non tantùm imperat, vt doceat & annuntiet, ſed etiã vt præcipiat, & mandet, Vnde cap. 2. eius, quæ eſt ad Titum, eidem iubet, vt arguat cum imperio. Sicut enim à patre Chriſtus fuerat ad homines miſſus, ita & à Chriſto ipſi Apoſtoli fuerant miſſi Io. 21. Sicut aũt pater non merũ, & nudum annuntiatorẽ, prædicatoremq;, & nũtium, ſed cum poteſtate ſpirituali, & authoritate (quia paſtor erat) amandarat; ita etiam Apoſtoli

ſtoli miſſi fuerant, non verbi duntaxat prædicatores, ſed rectores & gubernatores in ſpiritualibus, & iis omnibus, quæ ad hominū ſalutē pertinent, vt ſimul videlicet, eſſent paſtores & Doctores: Vbi tamē aduertendū eſt, hanc ſimilitudinem eſſe, non æqualitatem, quia Apoſtoli erant Chriſto inferiores in natura, in poteſtate, & in officio, cū eſſent homines tantū, limitatam poteſtatē habentes; Vicarij, non Domini, &c. De hac autē poteſtate, Act. 20 dicebat Paulus: In quo Spiritus S. poſuit vos regere *Eccleſiam Dei*: Succeſſores enim Apoſtolorum Epiſcopi ſunt, qui authoritate diuina ad hanc dignitatem ſunt vocati, quemadmodum Hebr. cap. 5. ſcriptum eſt: *Nemo aſſumit ſibi honorem, niſi qui vocatus eſt, tanquam Aaron.*

Apoſtoli quomodo ad prædicandum miſſi, &c. & cum qua authoritate.

Sciendum porrò eſt, *docere* in ſcriptura, nihil aliud eſſe quam diſſerere, & interpretari; non legere aut referre tantum. Quo ſenſu dicitur toties Saluator docuiſſe in Synagogis; quia (quod expreſsè commemorat Matthæus cap. 5. Lucas cap. 4. & Ioannes cap. 7.) ſcripturas & veteres prophetias interpretabatur, mirantibus Iudæis, quomodo literas ſciret, cūm non didiciſſet. Qua etiam ratione, dicuntur in Act. 5. 15. & 18. Apoſtoli docuiſſe verbum Dei, quia ex veteribus ſcripturis docebant Chriſtum eſſe Meſſiam. Quæ cauſa eſt, quod diſtincta ſint in ſcripturis, *paſcere* & *docere*: non quod diſtincta ſint hæc officia, ſed quod eiuſdem officij diſtinctæ ſint functiones. *Paſcere* enim eſt *præcipere*, monere, exhortari & ſimilia; quæ ad paſtorale regimen animarum propriè pertinent. *Docere* autem eſt diſſerere, tractare & exponere. Quæ duo munera coniunxit & hoc loco, & infra, cap. 6. Apoſtolus, cum ait: *Hæc doce & exhortare.* Et: *Præcipe hæc & doce.* Vtrobiq; enim eiuſdem eſt

docere, cuius *exhortari*, etſi diſtincta functio: vt docet eleganter Chryſoſtomus, homil. 13. in hanc epiſtol. *Sunt quædam*, inquit, *quæ doctrina indigent, quædam imperio & exhortatione: Verbi gratia: Abſtinere à peccato, docere non conuenit; ſed imperare; ſubſtantiam pauperibus erogare, exhortatione agendum eſt; de fide diſſerere ſi opus ſit, doctrina agendum eſt.* Hæc ille. Hinc item paulo infra diſtinguit hæc Apoſtolus, iubens Timotheum attendere lectioni, exhortationi doctrinæ, tanquam officij ſui diſtinctis actionibus; vt aliud ſit *legere* ſcripturas, aliud ex iiſdem vel *exhortari* circa manifeſtè vera, vel *docere* circa dubia & difficilia. Quem ſenſum item ſecutus Apoſtolus, cum tanquam officia diſtincta enumeraſſet *quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero Euangeliſtas*; ſubiungit non diſiunctim ſed coniunctim: *alios autem paſtores & Doctores*; quaſi videlicet eiuſdem ſit officij paſcere & docere, licet varia functio, Epheſ. 4.

XX. *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.*

Adoleſcentia quid hoc loco?

Adoleſcentiæ nomen hoc loco, (quam Græca voce νεότητος expreſſit Apoſtolus) non pro minorenni & tenera admodum ætate, (vt ſolet) accipiendum eſſe, ſuadet cap. 1. lib. 1. Conſtitut. Apoſtol. vbi Clemens, quinquaginta annos in Epiſcopo, ex Domini traditione, exigit, quod *ea ætas*, inquit, *quodammodo iam iuueniles petulantias, & eorum qui foris ſunt obtrectiones effugerit, contra quorundam falſorum fratrum vituperationes, quas multis inferunt*, &c. Vel igitur *adoleſcentia* hoc loco, iuuentutem, vt vult Gregor. hom. 2. in Ezech. & 3. part. Paſtoral. adm. 26. confirmatque ex verbis Eccleſiaſtæ, cap. 11. *iuuentutem & adoleſcentiam* pro eodem

dem ſumentis, cum ait: *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua:* Vel, vt putat Turrianus, ſupra conſtit. paulo ante citatam, ætatem non admodum prouectam, ſignificat. Quaſi Timotheum moneret Apoſtolus, vt, quamuis iuſtæ ætatis maturitatem nondum ſit aſſecutus, eam tamen vita & moribus præ ſe ferat ſenectutem, ne iure contemni à quoquam poſſit. Senectus enim phraſi ſcripturæ, non tam ætatem, quam experientiam & affectuum caſtigationem, quæ in morum grauitate cernitur, ſignificat; quemadmodum docet Philoſophus, 1. Ethic. cap. 3. & colligi poteſt ex verbis Domini, Moyſi exponentis, quales eſſent eligendi ſeniores. *Congrega*, inquit Numer. 11. *mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint:* Quæ verba perpendens Gregorius, lib. 19. Moral. cap. 13. *In his quid aliud ſignificat*, inquit, *quam quod ſenectus cordis requiritur, cum tales iubentur eligi, qui ſenes eſſe ſciuntur? Si enim ſenectus in eis corporis quæreretur, à tantis ſciri poterant, è quantis videri; Dum vero dicitur, quos tu noſti, quod ſenes populi ſunt, profecto liquet, quia ſenectus mentis, non corporis eligenda eſt.* Hæc Gregorius. Quare cum ipſa ætas facile ſe prodat, nec egeat magna inquiſitione; *eſſe ſenes populi* ſignificat, qui à populo habeantur pro ſenibus, ſapientibus & bonis, ita vt doctrina, ſic & moribus eſſe poſſint (quod ibidem ſubditur) *populi magiſtri*, quemadmodum notat Gregorius; addens, non eos ſcripturam ſacram vocare ſenes, qui ſola quantitate corporum, ſed morum grandæuitate maturi ſunt.

Vera ſenectutis ratio in quo ſita.

Porro ad definitam Epiſcopi ætatem quod attinet, conſtat triginta annos definitos eſſe à Conciliis, vt Neocæſarienſi cap. 11. quod approbatum eſt à Conciliis

Aetas Epiſcopi à Conciliis definita.

Digitized by Google

ciliis Niceno, & Tridentino ſeſſ. 23. de Reform. cap. 12. Quocirca patet, veterem illam Constitutionem Apoſtolicam ſupra allegatam, non fuiſſe dogmaticam aut perpetuam, ſed tantum decentis ætatis, propter cauſas ibidem poſitas. Quod etiam verba quæ ſequuntur, ſatis indicant. Subdit enim Clemens; *ſi in parua paracia ætatis inclinantis & prouectæ non reperiatur, poſſe eligi eum, qui in adoleſcentia manſuetè & compoſitè viuendo, ſimilem ætatem plane oſtendat.*

Nec ſine ratione Timotheo hoc loco præcipitur, quod aliis, & maxime ſubditis præcipiendum fuiſſe videbatur, vt ſcilicet à nemine contemnatur. Hac enim loquendi formula innuitur Timotheo, quod ſtudium ipſius ſit neceſſarium, ne à quoquam contemnatur. Eſt enim, ac ſi diceret: In eam curam incumbe, ne vlla re contemptibilem te facias; aut id efficias, propter quod ab aliis contemnaris, ſed ita ſemper viue, vt (quemadmodum de Tobia, *omnibus in tribu Nephtali iuniori*, narrant ſacræ literæ) *nihil puerile geras in opere*, &c. *Senectus* enim dicit ſapiens, *venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata: Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, vita immaculata*, Sap. 4. Cum enim ſola virtus homini gratiam apud Deum, & apud homines venerationem afferat, vult innuere Sapiens, parum referre, quam quis ætatem ſit aſſecutus, modò rectè, & honeſte viuat. Ridet enim Seneca falſam Neſtoris opinionem, qui gloriæ captandæ apud poſteritatem cauſa ſepulchro iuſſiſſet inſcribi, vitæ nonaginta nouem annorum diuturnitatem. *Quis*, inquit Seneca, *eam ætatem ferre potuiſſet, ſi contigiſſet centum annos implere?* Quaſi diceret; Tametſi centeſimum annum attigiſſet,

Vera ſenectus quæ ſit.

Neſtoris ætas à Seneca irriſa.

ſet, breuiſſimum tempus futurum fuiſſe. Vnde ſubdit: *Quomodo fabula, ſic & vita, non quandiu, ſed quàm bene acta ſit refert.* Nihil, inquit, ad rem pertinet, quocumque loco deſinas, quocumque voles deſinere; tantum bonam clauſuram impone. Carmen vocans fabulam Sapiens Latinus, dicit, quod ſicut, non tam eloquentiæ prolixitas, quàm ſententiæ grauitas ſolet in poëmatio ponderari; ita in vita humana non à vitæ prolixitate, ſed à morum integritate homines debeant commendari. Veneranda namque hominis canities, duobus conſtat, mentis ſapientia, & corporis puritate: Ille namque bene canus eſt, qui eſt bene ſenſatus; Et bene per *canos ſenſus*, ſapientia deſignatur: Sicut enim deficiente naturali calore corporis, creſcunt cani capitis; ita deficiente incentiuo vitiorum, vel ſaltem frigeſcente, caneſcunt ſenſus mentis, Eccleſ. 25. *Quàm ſpecioſum canitiei iudicium, & presbyteris, cognoſcere conſilium! quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus, & conſilium!*

Vita fabulæ comparata.

Canities hominis quibus conſtet.

Sapientia per canos ſenſus deſignata.

Vnde Ariſtoteles 7. Phyſic. Neque enim infantes poſſunt addiſcere neque iudicare, ſimiliter ſenibus; quia in pueris abundant humores, perturbationes, & motus. Secundum, videlicet *munditiam carnis*, tangit cum dicit: *Aetas ſenectutis, vita immaculata.* Quaſi diceret: Ille eſt bene ſenex, qui eſt ſine macula peccati. Propter iſta duo, mentis ſapientiam & carnis munditiam, dictum eſt Danieli à toto populo Iſraël: *Veni ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia Deus dedit tibi honorem ſenectutis.* Danielis capite 13. Et ibi narrat hiſtoriam, quomodo duos ſenes iudices, de falſa condemnatione Suſannæ, confudit, cum eſſet iuuenis, & quaſi puer ætate.

Infantes iudicare non nequeant.

Danielis, adhuc pueri, ſenilis ſapientia, &c.

Vnde

Vnde ibidem præmittitur: *Suſcitauit Deus Spiritum ſanctum pueri iunioris*, &c. quitum vix duodecimum ætatis annum exceſſerat, ſi vera ſunt, quæ dicit Auguſtinus, ſerm. 242. de tempore dum ſcribit, eundem tunc pubeſcentis nondum fuiſſe ætatis;

Danielis ætas quæ fuerit, in Iudicio Suſannæ.

Hominum iudicia vnde ſint æſtimanda.

Ex quibus colligitur, hominum iudicia non ſemper à ſenectute, & ætate eſſe æſtimanda, ſed ab eruditione, & morum grauitate, quemadmodum ſcriptura de multis prophetis iuuenibus ſæpe oſtendit. Vt de Samuele, Dauide, Hieremia; quemadmodum è diuerſo, ſenes etiam multis locis, imprudentes fuiſſe, ex eadem ſcriptura conſtat: Senectutem autem illam dicit eſſe, lib, de ſenectute, Cicero, honeſtam, quæ ſuum ius retinet: Sicut adoleſcentem, in quo eſt ſenile aliquid, ſic & ſenem, in quo eſt adoleſcentis aliquid, probo, quod qui ſequitur, corpore ſenex eſſe poterit, animo nunquam. Vnde rectè quidam cecinit:

Senectus honeſta quæ ſit.

Res eſt grata, ſenem iuueniliter eſſe iucundum,
Gratius eſt iuuenem, moribus eſſe ſenem.

Hinc in adoleſcente eſſe dicitur aliquid ſenectutis; & in ſene aliquid iuuentutis, vt ſic *ſenes cum iunioribus laudent nomen domini.* Caueamus ergò ſenes, ne nomine ſolo ſuffragio ætatis; ſolo patrocinio caniciei, honorem nobis, & authoritatem ad alios, arrogemus. Vnde idem Tullius in eodem: *Non tam cani, non tam rugæ auctoritatem repente accipere poſſunt, ſed honeſta acta & ſuperior ætas fructus capit authoritatis extremos, & ideo virtutes in iuuentute, congregandæ ſunt.* iuxta illud Prouerb. 22. *Adoleſcens gradiens iuxta viam ſuam, & cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Vnde Seneca; *Iuueni eſt parcendum, & ſeni eſt vtendum,* vt Eccleſiaſtici cap. 25. *Quæ in iu-*

Virtutes in iuuentute congregandæ.

in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies?

Sed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. XXI.

Modum effugiendi hominum, & maximè ſubditorum contemptionem eſſe docet Apoſtolus Timotheum, ſi ipſe ſit exemplum, typus, & forma, ex cuius vita & moribus, alij vitam ſuam, & mores exprimant. Incredibilis quippe eſt in vtramque partem, quæ ab Epiſcopis & populorum præfectis ſumuntur, exemplorum vis, vt non modo facile; verum etiam efficacitate, & neceſſitate quadam, ad religionis, morumq; principis, ſiue Epiſcopi imitationem, animi ſubditorum agantur; non aliter, atque vmbra corpus ſequitur, & illud refert, à quo expreſſa & effecta eſt; ſi corpus rectum, ſi curuum ſit, ſi ſtet, ſi moueatur, in vmbra ipſa expreſſum videbis: mouetur videlicet cum principe mobile vulgus: fruſtra tentabis vmbram commouere immoto corpore, fruſtra inflectere, ſi illud ſtet rectum, fruſtra ad rectitudinem adducere inflexo & recuruo illo. Non aliter mare, quamuis tranquillum ſit, ventorum vi agitatur, quam commouetur vulgus vita, exemplo, verbo, ſpiritu poteſtatem habentis. Aquæ videlicet multæ populi ſunt; principes vero aut magiſtratus, ſpiritus eſt apud Eccleſiaſten, cap. 14. & ventus apud Danielem Dan. 7. *Eringion* (inquit Plutarchus, lib. quid Philoſophus debeat cum principibus ſermocinari) *puſillam herbam, ſi vna capra in os ſumpſerit, illam ipſam ferunt, ſimulq; reliquum gregem cōſiſtere, quouſq; accurrat caprarius, herbamq;*

Modus effugiendi contemptum ſubditorum.

 ex

Digitized by Google

ex ore eximat, vſque adeo acres efflantur è rebus vires; ſimili prorſus ratione, ſi viro in magiſtratu poſito quis virtutem infuderit, hic multis per vnum profecerit, & ab incepto curſu reuocabit. Hæc Plutarchus.

Epiſcopus, quomodo in exemplum eſſe debeat ſubditis.

Horum porrò, quibus Eccleſiæ paſtor aliis exemplum prælucere debet, quædam ad proximum, quædam ad Deum referri debent. Ad proximum quidem requiritur, vt quod verbo præcipit, opere impleat; ideo princeps Apoſtolorum 1. Petr. vlt. cœpit, vt *Presbyteri ſint facti forma gregis:* & hoc primum, in verbo; id eſt, vel in doctrina ſana, quæ longis interuallis à doctrina dæmoniorum ſit ſeiuncta; vel in cōmuni conuerſatione, dum loquitur, verba ſingula circumſpectè ponderet, & ordinet, vt *ſermo ipſius ſemper in gratia ſit ſale conditus.* Coloſſen. cap. 4. *Si quis loquitur,* ait D. Petrus, *quaſi ſermones Dei,* &c. Ante omnia enim paſtori ſedulò curandum eſt, vt non ſolum auditoribus exhibeat, quod audiant, ſed etaim quod videant. Diuinum exhibeat verbum quod audiant; vitæ ſanctitatem, operumq; exemplum, quod intueantur; vt auditores renuntiare poſſint, non ſolùm, quod audierint, ſed q. viderint. Huiuſmodi paſtor erat Paulus, qui cap. 4. ad Philip. quod hic docet, reipſa exhibet: *Quæcumque,* inquit, *ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumq; iuſta, quæcumq; ſancta, quæcumq; amabilia, quæcumq; bonæ famæ: ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite; & Deus pacis erit vobiſcum,* &c. Inde Seneca, epiſtola tertia. *Eum elige auditorem, quem magis admireris, cum videris, quàm cum audieris,* &c. Eodem modo Chriſti perorantis auditores non ſolum verbum diuinum audiebant, ſed ſimul videbant

Paulus exemplaris paſtor ſui gregis.

Digitized by Google

hant humilitatem, modeſtiam, ſanctitatem, opera ſtupenda: Ideò receſſuris à ſe Præcurſoris ſui legatis, non erat contentus iubere, vt renuntiarent Ioanni, quæ audierant, ſed & quæ viderant. *Etenim* magna dignus eſt reprehenſione, Doctor, ac Paſtor ille, cuius vita à doctrina diſſentit, cuique verè dici poteſt: *Dicis & non facis*; & illud Roman. 2. *Qui alium doces, te ipſum non doces? qui prædicas, non furandum furaris?* &c. Et illud Pſalm. 49. *Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum, per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum*, &c. Improbus Doctor & paſtor ſermones *D*ei & ante ſe fert, & poſt ſe retrorſum proiicit: Ante ſe fert in libris, & ore: *Aſſumis*, inquit, *teſtamentum meum per os tuum:* Poſt ſe verò retrorſum proiicit moribus, atque opere: *Proieciſti*, inquit, *ſermones meos retrorſum.*

Doctores et paſtores, mala & ſcandaloſa vita, reprehenſi.

At probus concionator, & ante fert Dei ſermones, cum illos legit, ac proloquitur: & ſuper ſe; quia id, quod docet, humeris ſuſtinet, & auditores ad ſuſtinendum, exemplo prouocat. Neque ſolum ante ſe Dei ſermones portat, & ſuper ſe, ſed etiam intra ſe: Quod dicit, an exequatur opere, recogitat; labiũque ſuum in ſeipſum reflectit; vt menſæ illæ, quas vidit Ezechiel, cap. 40. *Labia*, inquit, *earum palmi vnius, reflexa intrinſecus per circuitum.* Concionatorem ergò virum bonum, dicendi, ac concionandi peritũ eſſe oportet, qui ſit *potẽs in verbo, opere, & virtute.* Hæc enim eſt ratiocinatio, homil 3. 1. Cor. (ait Chryſoſt.) aduerſus quam contradici nõ poteſt, quę ſit per facta. Quamobrẽ, 2. Theſſ. hom. 5. *Magis*, inquit, idem *debet eſſe Doctor vitæ, quã ſermonis.* Ideò de ſeipſo c. 3. ad Phil.

Concionatoris boni proprietates.

Vita integritas Doctori neceſſaria.

 dice-

Digitized by Google

dicebat Apoſtolus; *Imitatores mei eſtote: & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formã noſtrã.* Vbi Græcè habetur: *ſicut habetis nos typum,* vel *typum noſtrum.* Erat enim Paulus, diſcipulorũ typus atq; exemplar. Vnde ad Philip. 4. *Quæ,* inquit, *audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite.* Nam quemadmodum, inquit Chryſoſtomus, homo vbicumq; fuerit, cæteris animantibus prçſtat; ita Doctorem decet, ſiue loquatur ſiue ſileat, ſiue in conuiuiis, ſiue alibi ſit, cæteris hominibus præcellere, adeò, vt inceſſu, & aſpectu, & habitu, omnibusq; ſimpliciter aliis rebus præſtantior eſſe videatur. Erga Deum vult Epiſcopum Paulus *charitate* (quæ affectum perficiat riteq; dirigat) fulgere, eò quod non propriam, ſed Dei in omnibus, vtilitatem, & honorem quærere debeat. Hinc, *ſuper omnia charitatem habere* debet, Coloſſ. 3 In cuius ſignificationem oues, & agnos ſuos, hoc eſt, omnium ſuorum fidelium gubernationem, & totius Eccleſiæ curam, & regimen Petro commiſſurus Dominus, ter ab eo petebat, an ſe plus aliis Apoſtolis diligeret. Quaſi vellet illi dicere, quod non rem ſuam propriam, ſed ſuam ipſius Chriſti potius eſſet tractaturus. Propterea petiuit; An me (inquit Dominus) amas, diligis? quia rem meam tibi commendare volui, & à te tanquam meã, tractari: Quem ergo amorem in me profiteris, eundem erga eos exerce, ipſisq; exhibe; Paſce autem non te, ſicut illi faciebant paſtores, de quibus dicitur Ezech. 34. *Væ paſtoribus Iſraël qui ſeipſos paſcebant.* Ille enim ſeipſum paſcere dicitur, qui propriã vtilitatem, gloriam, & commodum, non ipſorum fidelium, quos gubernat, non Dei gloriam ex regimine, quærit. Vnde rectè Auguſt. tract. 123. *Si me,* inquit, *diligis,* *non*

Simile.

Epiſcopus erga Deum qualis eſſe debeat.

Petrus vnicus Chriſti paſtor, à Chriſto conſtitutus.

Seipſos quinam paſcant.

Digitized by Google

non te paſcere cogita, ſed oues meas: ſicut oues meas paſce, non ſicut tuas; gloriam meam in eis quære, non tuā; lucra mea, non tua. Hoc idem docuit ipſemet Petrus, 1. epiſt. cap. 5. *Paſcite*, inquit, *qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes, non coactè, ſed ſpontaneè, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè neque, vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.*

Quartò vult Chriſtianum præſulem aliis præferre fidei, & veritatis infallibilis facem, cum ait, *in fide*, quia *labia ſacerdotis cuſtodient*, ſiue cuſtodire debent (ſic enim ex Caldæo Hieronymus legit) *ſcientiam*, vt videlicet illam in tempore loquantur, *dentq; conſeruis cibum in tempore ſuo.* Eſſe enim debet os ſacerdotis, quædam arca ſeu penu ſalutaris doctrinæ, vnde omnes neceſſaria depromant, aut potius fons, iuxta illud Prouerb. 10. *Vena vitæ, os iuſti.* Ex eo namque ore, & non aliunde requiri debent, quæ ad Dei voluntatem, & beneplacitum exequendum ſpectant. Nomine *legis*, ait Cyrillus, contineri omnium, ad bene viuendum neceſſariorum cognitionem ac certam ſufficientemq; noticiam. *Fidei, & veritatis fax, aliis, à Paſtore præferenda.* *Os ſacerdotis, arca cōparatū.*

Hæc autem omnia, quæ ab Epiſcopo deſiderauit Apoſtolus, ad ſui imitationem, & in aliorum exemplum, vult fieri in *caſtitate*, hoc eſt in ſumma nitidiſſimaq; vitæ irreprehenſibilis puritate, eò quod maxime indecens ſit, miniſtri vitam à Domini vita diſcrepare, cum ſcriptum ſit, Eccleſiaſte cap. 10. *Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Chriſtus autem ſic caſtitatem dilexit*, ait D. Thomas, *vt etiam de virgine intemerata & puriſſima vellet naſci*, &c. *Caſtitas Epiſcopis, & Paſtoribus neceſſaria.*

Digitized by Google

XXII. *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.*

Sacrorum librorum lectio commendatur.

Quia ſcripturæ ſacræ continua lectio, ſiue meditatio, aliquem ita potentem legis præceptorem poteſt efficere, vt per doctrinam ſanam, grauiſſima hominum ſcelera redarguere, atque in legis obſeruantia Chriſtianum gregem fiat idoneus cõſeruare; monet hoc loco Timotheũ Paulus, cùm *E*uangelij Chriſti ſit prædicator, legisq; diuinæ *D*octor effectus, diligentiſſimè ſemper attendat, quam ſit ſibi aſſidua ſcripturæ lectio neceſſaria; cuius peritiſſimum eſſe oportet Epiſcopum. Quaſi diceret; vſque adeo hanc ſacram lectionem eſſe conducibilem, vt nec vno temporis momento, ab huius ſcripturæ conuerſatione eundem vellet diuerti. Qua propter inſtanter hoc loco petit, vt hoc exiguo temporis ſpatio, quo abſens eſſe ab eo compellitur, continuè eius lectioni non oſcitanter, ſed cum attentione & diligentia inſudet. Et hoc ideo; quod ſacra Scriptura pluribus difficultatibus inuoluta, ſimilis ſit theſauro abſcondito, gemmis referto ſummi pretij, ad quas peruenire nemo poteſt, niſi qui theſaurum illum ſcripturæ diligenter inquiſierit, inuentumque (iuxta Domini ſententiam, Ioann. 5. *ſcrutatus* fuerit. In hac autem monitione, ſicut & in aliis multis, magiſtrum ſuum Chriſtum diſcipulus Paulus videtur imitatus. Sicut enim Dominus, Luc. 19. & Matth 25. ſuos hortabatur, *vt negotiarentur, dum venio,* inquit: ita Timotheum Paulus ſerio admonet, vt, ſe abſente, attendat inprimis ſacrorum librorum lectioni, ſcriptu-

Scriptura ſacra intellectu difficilis.

Scriptura ſacra, theſaurus abſconditus.

Digitized by Google

pturarumque propheticarum inquiſitioni, *in quibus vita æterna continetur.* Ioan. 5. Quæ cauſa eſt, quod Machabæi, lib. 1. cap. 12. dicebant, *ſe ſolatio habere libros ſanctos.* Hoc ſignificatum docent Gregorius, 2. part. paſtor cap. vlt & Beda ſuper Exod. illo præcepto Moyſi dato, vt vectes illi, quibus arca Domini portabatur, ſemper in circulis arcæ aureis poſiti eſſent, Exod. 25. Per *arcam* enim Eccleſia deſignatur; *Cui,* inquit Gregorius, *quatuor circuli aurei,* id eſt, *quatuor Euangelia per quatuor angulos iubentur adiungi,* id eſt, *in quatuor mundi partibus prædicari: Vectes de lignis Setin, fortes ſunt perſeuerantesque Doctores: idcirco enim lignis Setin imputribilibus comparantur, qui inſtructiori ſacrorum voluminum ſemper inhærentes, Eccleſiæ vnitatem denuntiant, & quaſi intromiſſis circulis arcam portant. Vectibus namque arcam portare, eſt per bonos Doctores Eccleſiam ad rudes infidelium mentes prædicando deducere: qui auro iubentur operiri, vt dum ſermone aliis inſonant, ipſi etiam vitæ ſplendore fulgeſcant: de quibus rectè ſubiungitur: Qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam ab iis extrahentur; quia nimirum neceſſe eſt, vt qui ad officium prædicationis excubant, à ſacræ lectionis ſtudio non recedant: ad hoc namque vectes eſſe in circulis ſemper iubentur, vt cum portari arcam neceſſitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur: ſed circulis vectes inhæreant, vt Doctores ſemper in ſuis cordibus eloquia ſacra meditantes, teſtamenti arcam ſine mora eleuent, & quicquid neceſſe eſt, protinus doceant.* Hactenus Gregorius.

Scripturarum lectio, paſtoribus [illegible] eſſe neceſſaria.

Nec tamen *lectionis* vocabulo hoc loco, ſacrorum duntaxat librorum rimationẽ & reuolutionem

Lectionis nomẽ quod importet.

ſed

ſed humanam tum Philoſophorum, tum etiã Poëtarum & hiſtoricorum ſapientiam vult, ex SS. Patrum mente, Timotheo commendatam Apoſtolus. *Oportet enim*, ait Oecumenius, in cap. 7. Act. *paululum illis* (ſæcularis ſcientiæ libris) *adhærere eos, qui diuinæ ſcientiæ diuinitus inſpiratæ immorantur.* Sicut enim inter ſpinas eſt flos aliquis, quem legamus: & in amaris & auſteris herbulis, cui inſideamus, & apum more, dulcedinem hauriamus; & ſicut Deus ipſas quoque ſolitudines, & montes irrigat, quæ nihil etiam producunt, quod eſui & vſui mortalibus ſit: ita ſcientiæ, veræq; ſapientiæ donum fidelibus ac piis hominibus impertitur Deus, interdum autem Ethnicis & extra Eccleſiam poſitis, particulam pluuiæ veræq; ſcientiæ largitus eſt, ex qua vtilitatem aliquam capere poſſimus. Sic de ſapiente Eccleſiaſticus, cap. 39. dicit, quod *in terram alienigenarum Gentium pertranſiet: bona enim & mala in omnibus tentabit.* Quæ licet ita ſint, præcipuè tamen circa ſacræ ſcripturę, ac SS. Patrum lectionem, ſenſum, ſententias verſari & occupari debet, ex quibus veræ ſapientiæ ſupellectilem facile comparabit. In ſcriptura enim diuina docet Clemens Romanus, 1. Conſtit. cap. 6. nec hiſtoriam deſiderari, in libris Regum, nec Sophiſticam, id eſt, eam quæ argutè ad ſapientiam refertur, nec poëticam in Iob, Prophetis, prouerbiis, nec cantilenas, in Pſalmis, nec vetuſtatem originis rerum in Geneſi; nec leges in Deuteron. &c.

Etiam prophani authores, legendi.

Prophanorum authorum aliqua vtilitas.

Lectionis ſacræ ſcopus,

Lectionis autem ſiue meditationis & inquiſitionis ſcripturarum cum ſcopus ſit *exhortatio* & *doctrina*, vult itidem Paulus, vt eam, quam ex ſcripturarum lectione perceperit vtilitatem, ad aliorum eruditionẽ

&

& doctrinam ad honeſtas & ſalutares eorundem exhortationes impendat.

Eiuſmodi namq; paſtores per Ieremiam, cap. 3. promiſit Dominus, *qui iuxta cor ipſius, paſcerent populos ſcientia & doctrina.* Boni ſiquidem paſtoris eſt, non ore ſolùm & lingua, quæ recta ſunt & iuſta loqui; ſed intus etiam, in medio cordis, legem Dei ſui ſemper portare abſconditam: vt quicquid foris per linguam eloquitur, *de bono theſauro*, qui intus eſt, *proferat*; Nam qui Dei legem in corde iugiter geſtant abſconditam, illiq; attendunt, & cum illa confabulantur interius, non facilè poſſunt in lapſum præcipitari: neq; facilè vlla inimici vel violentia, vel fraudulentia à recto dimoueri. Hinc, qui legis diuinæ theſauri pretium conſiderant, à Domino comparantur *homini negotiatori, qui vendidit omnia ſua bona, vt agrum illum emeret, in quo talis theſaurus eſt abſconditus.* Hinc Apoſtoli, & iuſtiſſimi homines, hunc theſaurum empturi, cuncta, quæ poſſidebant, abiecerunt, vt illum lucrifacerent; quia, vt eſt in Prouerb. cap. 31. *Guſtarunt & viderunt, quia bona eſt negotiatio eius.* Vt enim eſt apud Euripidem in Cyclope. *Guſtus emptorem vocat:* qui huius negotiationis mella deguſtauerit, è nundinis non diſcedet donec fuerit negotiatus. Impij illi, Sapient. 15. *vitam noſtram, nundinationem quæſtuoſam eſſe putarunt:* Quod illi de terrena negotiatione aiebant, rectè nos ad cœleſtem transferemus: Verè enim vita hæc, eſt mercatus quidam, celeberrimæq; nundinæ, in quibus celeſtes merces venales proponũtur, quod Gregorius Nazianzenus docuit in ſententiis: *Mercatum*, inquit, *hanc vitam æſtima, ſi negotiatus fueris, quæ-*

Boni paſtoris officium.

Sacræ lectionis ſtudioſi negotiatoribus comparati.

Vita noſtra, nundinis, & mercatui ſimilis.

Digitized by Google

ſtũ facies, &c. Ad has nundinas mittit Dominus ſeruos, cum ait Luc. 19. *Negotiamini, dum venio.* Ad has, à Domino accepta talenta attulit ille, *qui quinq; accepit, operatusq; eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque*, alter quoq; qui duo accepit, *& lucratus eſt alia duo.* Ad has etiam nos mittit Ambroſius, ſerm. 30. dicens; *Emat ſibi quodammodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando peccatum*, &c.

XXIII. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij.*

Gratia & prophetia vocabula, quid hic ſignificetur.

Quia non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri, monet Timotheum Paulus, vt ita ſe in Epiſcopali dignitate gerat, ne *in vacuum Dei gratiam recepiſſe videri* poſſit 2. Corinth. 6. *Gratiæ* nomine, intelligunt hoc loco Chryſoſtomus & alij, doctrinam, ſiue docendi facultatem; per *prophetiam* vero idem, quod ſupra, in fine cap. 1. explanauimus, nempe diuini ſpiritus inſtinctum ac reuelationem. Quaſi diceret Apoſtolus: *Attende* ita *lectioni, exhortationi, & doctrinæ*; vt non *negligas gratiam*, ſiue docendi facultatem illam, quam modo habes, & *data eſt tibi*, quando *per impoſitionem manuum* Epiſcopalium, Epiſcopus ordinatus es, iuxta *prophetiam*, ſiue reuelationem de te mihi factam. Reuelante & iubente enim Deo, eum Epiſcopum ordinauit Paulus, ſicut cap. 1. dictum eſt; *Secundum præcedentes in te prophetias*, &c.

Presbyterium, quid hic.

Licet autem Presbyteri nomen, ſæpe tam Epiſcopo,

Digitized by Google

ſcopo, quam ſimplici ſacerdoti conueniat; hoc tamen loco *Presbyterium*, Epiſcoporum cœtum ſignificat. Hinc Chryſoſtomus, hic: *Non de Presbyteris hic loquitur, ſed de Epiſcopis: Neque enim profectò Presbyteri ipſum ordinarunt.* Ex quo ſufficienter probatur, munus ordinandi proprium eſſe Epiſcoporum, cum cap. 5. inſuper moneat Epiſcopum Apoſtolus: *Manus cito nemini impoſueris*, &c. *Presbyter* autem moderno Eccleſiæ Catholicæ vſu (ſi Græci idiomatis ſignificationem ſpectes, *ſeniorem* ſignificat, non ſolum propter ætatis maturitatem, quæ huic ordini maximè neceſſaria eſt, ſed multo magis propter morum grauitatem, doctrinam & prudentiam: Scriptum eſt enim Sap. 4. *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata: Cani enim ſunt hominum ſenſus, & ætas ſenectutis vita immaculata.*

Munus ordinandi, Epiſcopis proprium.

Presbyteri etymon.

Porro ij quibus *manus* ab Epiſcopis *imponuntur*, dicuntur à SS. Patribus *ordinari*. Licet enim *ordo* latiſſimam ſignificationem habeat, dignitatem tamen, & excellentiam miniſtrorum Dei indicat: Eſt enim propria eius nominis vis, & notio, ſuperiorum, & inferiorum rerum diſpoſitio, quæ inter ſe ita aptatæ & colligatæ ſunt, vt vna ad alteram referatur. Cum itaque in hoc miniſterio, multi ſint gradus, & variæ functiones, omnia verò certa ratione diſtributa ſint, & collocata; rectè & commodè *ordinis* nomen, poteſtati ſacra adminiſtrandi in Eccleſia, eſt impoſitum. Quod nomen tam in veteri Teſtamento, quàm nouo frequentius vſurpatum, & ad diſcriminationem laicorum adhibitum eſt: ſicut olim non tantum apud Iudæos,

Ordinari, qui dicantur.

Ordo, quid etymo ſit, & quem in ſcripturis vſum habeat.

Digitized by Google

Diſtinctio inter ſacra, & profana, quam vetus.

qui diuina lege regebantur, ſed apud Gentiles ipſos, inter ſacra atque profana, & inter ſacros, & non ſacros viros, diſtinctio eſt ſemper adhibita; ita & in Eccleſia Chriſti, idem naturali & diuino iure probatus vſus permanſit, Chriſti Domini noſtri inprimis authoritate firmatus, ac penitus ſtabilitus, dum è fideli populo Apoſtolos duodecim, & diſcipulos ſeptuaginta duos electos, eoſdem ſacris functionibus mancipauit. Quod & conſtat ab Apoſtolis eſſe factum, dum liquet, ab eis ordinatos Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos, ſicq; vt miniſteriorum, ita & nominum eſt facta diſtinctio: ac primum generalis illa laicorum & Clericorum.

Hominum diuini cultus procurationi præficiendorum neceſſitas.

Licet enim naturali inſtinctu homines agnoſcerent Deum eſſe colendum, conſequens tamen erat vt in quauis Repub. aliqui ſacrorum, & diuini cultus procurationi præficerentur, quorum poteſtas aliquo modo ſpiritualis diceretur. Qua etiam poteſtate populus Iſraëliticus non caruit, quæ tametſi diuinitate ſuperior fuit, quàm illa, qua in lege naturæ ſacerdotes præditi erant, longè tamen inferior, quàm legis Euangelicæ ſpiritualis poteſtas, exiſtimanda eſt, quemadmodum annotauit Chryſoſtomus lib. 3. de ſacerdotio. Hæc enim cœleſtis eſt, omnemq;, angelorum etiam virtutem ſuperat, neque à ſacerdotio Moſaico, ſed à Chriſto Domino, qui non ſecundum Aaron ſacerdos fuit, *ſed ſecundum ordinem Melchiſedech* ortum habet. Is enim, qui ſumma poteſtate gratiam tribuendi, & peccata remittendi præditus fuit, hanc poteſtatem, quamuis virtute definitam, & ſacramentis aſtrictam, Eccleſiæ ſuæ reliquit. Quocirca, ad eam exercendam, certi miniſtri inſtituti ſunt, & ſolenni ritu,

Sacerdotij dignitas in noua lege, veteri maior.

Digitized by Google

ritu, religioni conſecrati: quæ quidem cõſecratio *or-dinis ſacramentum*, vel *ſacra ordinatio* vocatur. Eſt enim gratiæ conferendæ inſtrumentum, manuum nempe impoſitio, quemadmodum poſter. ad Timotheum ſcriptæ epiſtolæ cap. 1. fit euidens, vbi eundem Timotheum admonet, *vt reſuſcitet gratiam, quæ*, inquit, *in te eſt, per impoſitionem manuum mearum*, volens ordinationi gratiam eſſe alligatã, inſinuare. Cum enim *ſacramentũ ſit rei ſacræ ſignũ*, id verò, quod hac cõſecratione extrinſecus fit, gratiã & poteſtatẽ ſignificet, quę illi tribuitur qui cõſecratur, omninò ſequi perſpicuũ eſt, *ordinẽ* verè ac propriè ſacramentum eſſe dicendũ. Quare Epiſcopus ei calicẽ cum vino & aqua, & patena, cum pane porrigens, qui ſacerdos ordinatur, inquit: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium*, &c. *Quibus verbis, ſemper docuit Eccleſia*, (ait Concilium Tridentinum, ſeſſ. 23. de ordine cap. 1. & 3.) *dum materia exhibetur, poteſtatem conſecrandæ Euchariſtiæ, charactere animo impreſſo, tradi, cui gratia adiuncta ſit ad illud munus ritè, & legitime obeundum*, quemadmodum Paulus, hoc loco, declarat.

Ordinis ſacramentum.

Ordinem eſſe verum ſacramentum.

Forma verborum in ordinatione ſacerdotu.

Propterea ex vetuſtiſſimo Eccleſiæ ritu, ab Apoſtolis orto, ſemper obſeruatum eſt, vt tam ordinans, quàm ordinatus, præſertim in ſacris ordinibus, ieiunus ad ordines accederet. Quod ipſum ſcriptura teſtatur, quæ refert, Actor. 13. Apoſtolos *ieiunantes & orantes, impoſuiſſe manus Paulo, & Barnabæ*, quos, ex pręcepto Spiritus ſancti, mittebant ad prædicandum Euangelium. Si autem in collatione ordinis nulla infunderetur gratia, non eſſet opus tanta præparatione: Sed quia certò credebant Apoſtoli, gratiam Spiritus ſancti conferri iis, quos ad ordines ſacros pro-

Ieiunium ante ſacrorum ordinum ſuſceptionem præmittendum.

In ordinatione gratiam conferri.

Digitized by Google

mouebant, ideò ieiunabant & orabant, vt vel ſic pararentur ad gratiam Spiritus ſancti recipiendam; quemadmodum olim, cum aduentum Spiritus ſancti expectarent, *perſeuerabant vnanimes in oratione*, Act. 2. Et hanc ieiunij cauſam aſſignans Leo Magnus, epiſt. ad Dioſcorum: *Nam præter authoritatem*, inquit, *conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra manifeſtat, quod cum Apoſtoli Paulum & Barnabam, ex præcepto Spiritus ſancti, ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus: vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandū ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum*, &c. Hæc Leo.

Ieiunium cur ſacra ordinationi præmittendum.

Manuum autem impoſitionem (quam Chryſoſt. χειροτονίαν vocat) ſacramenti ordinis eſſe eſſentiale elementum & ſacrum ritum, nemo dubitat, qui Paulum vti par eſt, interpretatur, docentem, per *manus impoſitionem dari gratiam*: Quod euidenti ſigno voluit Deus declarare, quando, vt narrat Metaphraſtes, in vita S. Chryſoſt. cum imponeret Chryſoſtomo manus Epiſcopus Antiochenus, vt eum crearet Presbyterum, cōtinuò deſcendit in eum viſibiliter Spiritus ſanctus in forma columbæ. Neque verò dubitandum eſt, quin ex Chriſti inſtitutione, & nūc Apoſtoli, & deinceps iidem, atque alij in ordinando adhibuerint ceremoniam iſtam eſſentialem impoſitionis manuū; quamuis non legamus Chriſtum ea vſum. Huius autem ritus myſticam cauſam aſſignat Amalarius 1. de Eccleſiaſt. officiis cap. 12. quoniam ita Spiritus ſancti deſignatur illapſus, quem ordinans precatur dari ordinando: Manus enim opera & digiti, dona Spiritus ſancti denotant. Et ex Dionyſio de Eccleſiaſti-

Manuum impoſitio, eſſentialis ordinationi.

Chryſoſtomus, presbyter ordinatus, viſo Spiritu ſancto, in columbæ ſpecie.

Impoſitionis manuum, cauſa & expoſitio myſtica.

ca

ca Hierarchia, indicatur hac ceremonia, protectio principis, & perfectoris Dei, qua internè illi ipſi, quibus manus imponitur, tanquam filij gubernantur, quæ virtutem, ac robur ipſis largitur, & aduerſarias poteſtates repellit.

Impoſitionis manuum vſus vetuſtiſsimus.

Impoſitionis manuum vſum, ſuper ordinandos etiam Epiſcopos, confirmat quoque Iſidorus lib. 2. offic. cap. 5. non exemplo tantum Ioſue Geneſ. 27. cum illum Moſes ducem populi inſtituit; ſed & Iacob, cùm ei Iſaac benedixit; & filiorum Ioſeph, Ephraim & Manaſſe, cum Iacob ipſis benè precatus eſt; Præterea Chriſti, qui aſcendens in cœlum, Luc. vlt. *eleuatis manibus, benedixit ſuis*; ac eorum, qui Act. 13. Antiochiæ Saulum & Barnabam ordinauerunt. Et licet manuum impoſitio, in baptiſmi, & confirmationis ſacramentis ſoleat adhiberi, huic tamen Sacramento eſt peculiaris. Hinc quadruplicem manuum impoſitionem diſtinguunt Scholaſtici, Conſecratoriam, ordinatoriam, reconciliatoriam & ſalutarem. Sed & hunc ritum impoſitionis manus Pontificum, olim Diabolus æmulus operum Dei, in idololatricæ ſuperſtitionis Pontifices tranſtulit, vt author eſt Liuius decad. 1. l. 1. qui agens de Numæ ordinatione, ſuper caput ab augure ſacerdote eſſe manus impoſitas tradit. Vnde iure queritur Tertullianus de præſcript. cap. 46. *multa, quæ ſunt in lege diuina ſtatuta, à Diabolo in ſuperſtitionis cultum eſſe transfuſa: Eaque enumerans ait: Huius ſunt partes inuertendi veritatem, qui ipſos quoque res ſacramentorum diuinorum in idolorum myſteriis æmulatur,* &c.

Manuum impoſitio, propria ordinis.

Manuum impoſitio duplex.

Impoſitio manuum, etiam Ethnicis vſitata.

Ex quibus, ea quæ hic Paulus adfert, de manuum impoſitione, & gratiæ collatione, ad ordinis ſacramétum pertinere ſat ſuperq; probatur, quod ieiunium,

Digitized by Google

nium, & oratio ſemper præcedunt, vt dignè recipiatur benedictio, quæ in tali ſacramento, confertur. Hinc Auguſtinus de Baptiſmo contra Donatiſtas, de eodem Baptiſmo & ordine loquens, ſic ait: *Vtrumq; enim ſacramentum eſt, & quadam conſecratione homini datum. Illud cum baptizatur, iſtud cum ordinatur, ideo non licet in Eccleſia Catholica vtrumque iterari.* Et paulò poſt: *Neutri ſacramento facienda eſt iniuria.* Et addit de ſacramento ordinis: *Sicut non rectè habet, qui ab vnitate recedit, & tamen dat.* Et rurſus ad vtrumque reuerſus ſubiungit: *Non ergo ideò non ſunt ſacramenta Chriſti, & Eccleſiæ, quia eis illicite vtuntur, non modò Hæretici, ſed etiam omnes impij: ſed illi corrigendi ſunt, & puniendi, illa autem ſunt agnoſcenda, & veneranda.*

Mali ſacramẽtorum miniſtri, vera nihilominus ſacramẽta dantes.

XXIV. *Hæc meditare, in his eſto: vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende tibi & doctrinæ: inſta in illis.*

Cura paſtoralis Epiſcopo neceſſaria.

Cùm, paſtoris officio Epiſcopi fungantur, tum memori mente ſemper debent tenere, ideò ſibi eſſe peruigilandum, quaſi rationem pro ſui gregis animabus ſint reddituri: Ideò frequenter ipſis eſſe cogitandum monet, quæ ſint ad curam ſui gregis neceſſaria. *Meditari, & in his eſſe*, hoc loco ſynonima ſunt; quæ non tam oris, quam cordis locutionem important. Hinc quaſi commutatis verbis, dicimus *corde loqui, lingua meditari*; vt patet Eſai 59. de corde: *Concepimus & locuti ſumus de corde verba mendacij*; id eſt, meditati ſumus in corde mendacia; concipimus enim corde verba, quæ poſtea excludamus ore. De lingua dicitur Pſal. 70. *Lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam*

Locutio cordis, meditatio linguæ.

Digitized by Google

tuam, id eſt, ſemper de tua iuſtitia loquetur. *Et* Pſal. *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Verbum namque *meditandi*, attentionem vel intentionem quandam animi, ſiue in verba, ſiue in rem eam, de qua ſermo fit, affert. Ex ſermone enim, qui meditationem ſequitur, facile vel prædicatoris vel Doctoris ſtudium & diligentiam ex lectione profectam, colligi poteſt, quemadmodum etiam hoc loco petit à Timotheo Apoſtolus, vt *hae*, id eſt, omnia quæ hactenus ſibi ſunt commendata, *meditando* & in hæc tota mente incumbendo, *profectus fiat omnibus manifeſtus*, hoc eſt, quilibet vel auditor, vel ſubditus colligat, quod non inaniter, & de ſuo tantum, quando docet & exhortaturd, epromat, ſed lectioni, doctrinæ, &c. operam dediſſe commonſtret, quemadmodum monuit Apoſtolorum princeps 1. Petr. 4. *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam (ſiue donum) in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores myſteriorum Dei. Si quis loquitur quaſi ſermonem Dei*, &c. Virtus autem illa à Deo ſuppeditata ad miniſterium verbi, eſt gratia, quam accipiunt diſpenſatores miniſteriorum Dei, vt in his quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, fideliter verbum pertractent. Vult autem idem Apoſtolus à ſe dicta meditatione exerceri, quod meditatio nihil aliud ſit, quam mentis ditatio, vtpote, *quæ*, vt ait Bernard. lib. 1. de conſid. *mentem purificat, regit affectus, dirigit actus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat, vera veſtigat, fucata explorat*, &c. Hæc Bernardus.

Meditari, quid?

Meditatio eſt mentis ditatio.

Attendendi item verbo vſus eſt, hoc loco Paulus quo ſemper vtitur ſcriptura, quando de magni momenti rebus aliquem monet. Hinc Dominus, Matt. 6. *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus*

Verbi. Attendendi, vſus in ſcriptura.

Digitized by Google

vt videamini ab eis; Vbi cauendam vanę gloriæ procellam voluit. Sic cap. 7. *Attendite à falſis prophetis*, volens inſinuare doctrinam orthodoxam, ab Hæreticis corrumpi. Eodem modo, Luc. 17. *Attendite vobis: ſi peccauerit in te frater tuus, increpa illum.* Vbi voluit ſignificare, fraternam proximi ſalutem, maximi eſſe faciendam: In his enim omnibus, diligenti attentione opus eſt, quoniam ſuperbia, ac hypocriſis lentè, ac ſenſim pios etiam occupat. Falſi prophetæ veſte ouina fallunt: Intemperantia neceſſitatem obtendit: metus ac reuerentia quædam facit, vt aliena peccata diſſimulemus. Verum *D*. Baſilius, Ephrem & ex Latinis Zeno annotat S. Paulum alluſiſſe hoc loco ad eam Moſis ſententiã, prout ab Interpretib. LXX. exprimitur: *Attende tibi ipſi, ne quando fiat verbum occultum in corde tuo, iniquitas.* Hoc enim verbo *attendendi* ſæpius repetito, vt ſubditorum intendat ſaluti, animiq; vires roboret, monet, vt animus ipſe, extra ſe non diuagetur. Nam tum ſibi prælatus attendit, quando iis, qui ſe proximè attingunt, ſuis nempe, ac domeſticis, vacat atque incumbit, vt inde grex reliquus, exemplar morum depromat.

Salus proximorum maximi facienda.

Prælatus, quãdo attendere dicatur.

Rectum porrò ordinem ſecutus eſt in hac admonitione, vt prius lectioni, ac ſibi attenderet, quàm alios exhortaretur, ac doceret; nam *qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit?* Eccleſiaſt. 14. Ideò ſemper à ſacerdotibus, non ſolùm eam cognitionem requiſiuit Eccleſia, quæ ad ſacramentorum vſum, & tractationem pertinet, ſed vt etiam in ſacrarum literarum ſcientia ita eſſent inſtructi, quò populo, Chriſtianæ fidei myſteria, & diuinæ legis præcepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitare, à vitiis ad virtutis cultum reuocare

Cognitio & ſcientia ſacerdotibus neceſſaria.

Digitized by Google

eare fideles poſſent. Sacerdotis enim duo ſunt munera: quorum alterum eſt, vt ſacramenta ritè conficiat, & adminiſtret; alterum, vt populum fidei ſuæ commiſſum, iis rebus, & inſtitutis, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, erudiat. Malachias enim cap. 8. ita teſtatur: *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt.* Vt igitur in horum altero, ſi mediocri cognitione ſit ornatus, præſtare quod debet poſſit; alterum certè non vulgarem, ſed exquiſitam potius doctrinam deſiderat; quamuis æque ab omnibus ſacerdotibus, ſumma reconditarum rerum ſcientia non exigatur, ſed quæ ad ſuſcepti officij & miniſterij functionem vnicuiq; ſatis eſſe poſſit.

Sacerdotis munera duo.

Paſtoris quippe nomen, admonet Prælatum, ferè eo ſe interuallo dictare à ſubditis debere, doctrina, & ſanctitate, propter poteſtatem, ac munus; quantum eſt inter hominem, & pecus, ſicut à Chryſoſtomo, primo de ſacerdot. notatum eſt. Quo ſanè Philo reſpexit (de legat. ad Caium) obſeruans, vt cœlos regunt angeli, cœli elementa; ſic regi beſtias ab homine, ab anima corpus, rem inferiorem omnem à ſuperiore.

Maior rerum ſcientia in Prælato, quã aliis neceſſaria.

Hinc Plato voluit, ſupra hominem eſſe debere homines recturum, perinde, vt beſtiis non beſtia datur, ſed ratione præditum animal, à quo regantur; Quia verò nihil aliud, niſi humanum, reperire poterat in homine, non ab homine, ſed à lege regi hominem exiſtimauit. At cum ratione homo hominem ſuperet, & gratiæ diuinæ, quam ignorabat Philoſophus, munere præcellat,

Digitized by Google

vnus alterum regere poterit, Paſtoris officio. *Paſtoris* præterea vox *paſcendiq́*, verbum admonet, quibus ratio præſidendi, regendi, gubernandi, &c. ſignificatur; munia cuncta paſtoris exequenda eſſe, quæ præ cæteris egregiè deſcribuntur ab *E*zechiele, cap. 34. Inter quæ officia, potiſſima ſunt tria, lupos, omnesq́ue feras arcere; arietes, ſi lædant gregem cornibus, prohibere, ne procedant; ſingulis ouibus conueniens pabulum diſpertiri, vel etiam medicinam. Triplex ad hæc clauis conducit, iuriſdictionis, ſcientiæ, ordinis. Ordinis enim clauis, ſiue poteſtas, ad verum Chriſti Domini corpus in ſacroſancta *E*ucharistia refertur. Iuriſdictionis verò, tota in Chriſti corpore myſtico verſatur: Ad eam enim ſpectat Chriſtianum populum gubernare, & moderari, & ad vitam, cœleſtemq́; beatitudinem dirigere.

Tria potiſſima Paſtoris officia.

Paſtorum clauis triplex.

XXV. *Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.*

Prædictarum admonitionum rationem tum ex dono ſuſcepto, tum ex præmio, quod expectat, aſſignans Paulus, ſubiicit, rogatq́; ne ampliſſimi ſui muneris, quo præditus eſt, rationem negligat & ſegniter, oſcitanterq́; tractet; Nam, quod iuueni adhuc exiſtens, paſtor eſſe meruerit, totum id gratiæ diuinę deberi. Negligit porrò ſibi creditum officium, qui talento à Deo liberaliter accepto, legitimè, & pro virili non vtitur, nec illud exercet, eoq́; ad menſam repoſito cum fœnore, & vſuris minime negotiatur, ſed potius in terram defoſſum & abſconditum, pigriter occultat. Paſtoribus autem ampliſſima eſſe promiſ-

Paſtoris ſeduli, præmium.

Paſtoris officij ſui negligentes, qui ſint.

Digitized by Google

ſa præmia, ſacræ paſſim literæ declarant. Nam imprimis à peccatis liberationem promittunt; *Qui conuerti fecerit peccatorem* (ait cap. 5. *D.* Iacobus) *ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam ſuam à morte.* Deinde præmij cœleſtis ſuper alios beatos maximam claritatem pollicentur: *Qui enim docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudierint multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*, prout ſcriptum eſt Danielis cap. 12. Quæ verba de iis accipienda ſunt, quorum intereſt alios docere: vt ſunt, Paſtores, Eccleſiæ Doctores, & concionatores. Splendore namque firmamenti, atque ſtellarum fulgore, eorum munus, & meritum ſignificatur, qui ſunt aliorum magiſtri, & doctores. De quo prophetæ loco audi Hieronymũ: *Magiſtri habebunt ſimilitudinem cæli: Et qui alios erudierunt, ſtellarum fulgori comparabuntur: Non enim ſufficit ſcire ſapientiam, niſi & alios erudias, tacitusq́; ſermo doctrinæ, alium non ædificans, mercedem operis recipere non poteſt*, iuxta illud ſapientis Eccleſ. cap. 41. *Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq;?* Sed hoc loco contra impios Lutheranos obſeruãdum eſt, quod Paulus Epiſcopum rectè ſuo munere fungentem, & ſuum ipſius, & aliorũ *ſaluatorem* vocet. Vnde conficitur, nos ab iiſdem impietatis immeritò redargui, cum B. Virginem, & alios ſanctos, vt nos ſaluent, noſtriq́; miſereantur, atque adiuuent, rogamus, precamur, & inuocamus. Inde etiam fit euidens (quod ſemper Eccleſiæ Catholicę infallibilis veritas docuit) noſtris nos actionibus ſalutem æternam poſſe mereri, vitamq́; æternam, bonis fidelium hominũ operibus, ſecundum quandã analogiam, & iuſtitiæ diſtributiuæ rationem, eſſe promiſſam.

Præmia, bonis Eccleſiæ paſtoribus promiſſa, quæ ſint.

1.

2.

Nota, contra Lutheranos, Sanctorum inuocatione.

Digitized by Google

CAPVT V.

1. SEniorem ne increpaueris, ſed
2. obſecra vt patrem: *iuuenes vt
fratres; anus vt matres: iuuen-
culas vt ſorores in omni caſti-
3. tate.* Viduas honora quæ verè viduæ ſunt.
4. *Si qua autem vidua filios aut nepotes ha-
bet, diſcat primum domum ſuam regere,
& mutuam vicem reddere parentibus; hoc
5. enim acceptum eſt coram Deo. *Quæ au-
tem vere vidua eſt & deſolata; ſperet in
Deum, & inſtet orationibus nocte & die.
6. *Nam quę in deliciis eſt, viuens mortua eſt.
Et hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint.
7. *Si quis autem ſuorum, & maximè dome-
ſticorum curam non habet, fidem negauit,
8. & eſt infideli deterior. * Vidua eligatur
non minus ſexaginta annorum, quæ fue-
9. rit vnius viri vxor, *in operibus bonis teſti-
monium habens, ſi filios educauit, ſi ho-
ſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi
tribulationem patientibus ſubminiſtrauit,

ſi o-

Digitized by Google

ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. * A- 10.
doleſcentiores autem viduas deuita. Cum
enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nu-
bere volunt: * habentes damnationem, 11.
quia primam fidem irritam fecerunt:
*ſimul autem & otioſæ diſcunt circuire 12.
domos: non ſolum otioſæ, ſed & verbo-
ſæ & curioſæ, loquentes quæ non opor-
tet. * Volo ergo iuniores nubere: filios 13.
procreare; * matresfamiliâs eſſe: nullam 14.
occaſionem dare aduerſario maledicti gra-
tia. *Iam enim quædam conuerſæ ſunt 15.
retro Sathanam. *Si quis fidelis habet vi- 16.
duas, ſubminiſtret illis, & non grauetur
Eccleſia: vt iis quæ verè viduæ ſunt ſuf-
ficiat. *Qui bene præſunt presbyteri, du- 17.
plici honore digni habeantur: maximè qui
laborant in verbo & doctrina. *Dicit e- 18.
nim ſcriptura: Non alligabis os boui tri-
turanti: *Et; dignus eſt operarius merce- 19.
de ſua. * Aduerſus presbyterum accuſa- 20.
tionem noli recipere, niſi ſub duobus aut
tribus teſtibus. *Peccantes corã omnibus 21.
argue, vt & cæteri timorem habeant. *Te- 22.
ſtor

Digitized by Google

ſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis
23. angelis eius, vt hæc cuſtodias, * & ſine præ-
iudicio, nihil faciens in alteram partem de-
24. clinando. * Manus citò nemini impo-
25. ſueris, neque communicaueris peccatis
26. alienis. * Teipſum caſtum cuſtodi. * Noli
adhuc aquam bibere: ſed modico vino
27. vtere propter ſtomachum tuum, & fre-
quentes tuas infirmitates. * Quorundam
hominum peccata manifeſta ſunt, præ-
28. cedentia ad iudicium: quoſdam au-
tem & ſubſequuntur. * Similiter &
facta bona manifeſta ſunt, & quę
aliter ſe habent, abſcondi
non poſſunt.

Digitized by Google

CAPVT V.

Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra patrem. I.

TRaditis quibuſdam orthodoxæ fidei dogmatibus, & morum, vitæque inſtituendæ forma Epiſcopo præſcripta, breuique exorituris ſanæ doctrinæ repugnantibus erroribus confutatis; qui ſe erga diuerſi ſtatus, ætatis, ſexus, & conditionis ſubditos, Antiſtes gerere debeat, poſteriùs exponit Apoſtolus. Hinc eſt, quod ſummam diſcretionem ab Epiſcopo tacitè exigat: Cum enim, vt ait lib. de moribus, Seneca, *educatio, & diſciplina mores faciat, & illud ſapiat vnuſquiſque, quod didicit*, tum qui aliis præeſt, vt proprias animi affectiones ante omnia cohibeat, docendus eſt, tum etiam in ſuis actionibus vt ſit circumſpectus, maximè eſt opus. Tradit ergò Timotheo præcepta, quæ non modò communi Eccleſiæ regimini, ſed ſingulis hominibus neceſſaria eſſe arbitratur; vnde ſic diſciplinatum habere vult Epiſcopum, qui morum, geſtuum, & verborum moderationem præ ſe irreprehenſibilem ferat. Eſt enim diſciplina, teſte Hugone, omniũ membrorum motus ordinatus, decensq́; accurata, elegans, & in omni actione, habituq́; compoſitio, quemadmodum

Argumentum capitis.

Epiſcopus qualis eſſe debeat ſecundum Paulum.

Digitized by Google

dum cap 3. inſinuat D. Iacobus: *Quis*, inquit, *ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.*

Per ſeniorem quid hic intelligatur.

Senectutis laus ab experientia, & ſapientia.

Senioris vocabulũ hoc loco, ætatis, non dignitatis eſt: Senes in honore haberi itaque vult Apoſtolus; quia ſenectus tantum ſapientiæ examinatæ, & experientiæ examen, & theſaurus eſt, vt vbi deſunt ſenes, nunquam ſana conſilia ad Reipub. ſalutem tum comparandam, tum conſeruandam adhibeantur. Vnde Philoſophus 3. Topicorum, prohibet in duces eligi iuniores, eò quod ſatis non conſtet, ſintnè prudentes: quæ cauſa fuit, vt nemo, niſi ſexagenarius, exercitum Alexandri quondam duceret. Vnde eſt, quod non propter ætatem decrepitam, ſed mẽtis canitiem, prudentiam & ſenſuum maturitatem dicantur Preſbyteri, diſt. 94. cap. Porrò. Hinc ciuitatis proſperitatem prædicens Dominus, Zachar. 8. *Adhuc habitabunt*, inquit, *ſenes, & anus in plateis Hieruſalem:* Quod enim ſenes, & anus habitent in plateis, in quibus ſcilicet multitudo ciuium verſatur, indicat, ſenes non ingratos futuros iuuenibus, ſed omnia illorum conſilio agenda, quod eſt magnæ fælicitatis in ciuitate. Quando enim ſenum prudentia non regitur ciuitas, omnia peſſum eunt, vt accidit in regno Roboam, 3. Reg. 12. Inde eſt Eccleſiaſte 10. *Væ tibi terra, cuius rex puer eſt.*

Iuuenes non eligendi in Duces.

Senes, in magiſtros & paſtores, ab Eccleſia ſemper electi.

Hæc in Ieruſalem fieri potuerunt, ſed facta eſſe quis probabit? In Eccleſia, probatione opus nõ eſt; ſemper enim habuit magiſtros ſenilis prudentiæ, & magni conſilij; quorum ſapientia gubernentur iuniores, ita, vt eis iuuenes, & acquieſcant libenter, & multum habeant honoris, vt in præſulibus Eccleſiæ, & ſacrarum religionũ, & in notæ ſanctitatis viris videre licet.

Quare

Senum carentia, magna infelicitas.

Quare meritò, vt infæliciſſimum quippiam, commi-natur Dominus. Iſai. cap. 3. *Ecce enim Dominus auferet à Ieruſalem, & à Iuda,* &c. *Iudicem & prophetam, & ariolum, & ſenem principem ſuper quinquaginta, & honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquij myſtici.* Quæ omnia vno ferè *ſenis* vocabulo complectuntur. Atque vbi hæc inueniuntur, neceſſe eſt, trãquillitatem, & ſalutem, & proſperitatem inueniri. Et licet multa ſenem circumueniant incommoda, propter hoc tamen non contemnendi, ſed ferendi ſunt; cum iſti defectus ſint, vel eſſe poſſint omnibus communes. Admonet proinde Eccleſiaſticus, cap. 8. *Ne ſpernas hominem in ſenectute ſua, etenim ex nobis ſeneſcunt.* Et Leuitici 19. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.*

Senum incommoda leniter ferenda.

Senes ab Epiſcopo quomodo increpandi.

Si quem eiuſmodi ſenum, in aliquod vitium ex humana fragilitate, labi contingat, ſumma præſulem vti diſcretione cupit, hoc eſt, ne publicè eum redarguat, reprehendat, & corrigat, ſed eidem potius ex pietate Chriſtiana compatiatur; Quia correctionem miſericordia ſemper debet comitari; *ſuperexaltat enim miſericordia iudicium*, quemadmodum cap. 2. docet Iacobus. Sicut enim, quamuis oſſa ſint exterius, intus tamen medulla affluunt; ſic Epiſcopi, qui ſunt oſſa ad corpus Eccleſiæ ſuſtinendum, quamuis exterius in apparentia ſint duri increpando; intus tamen conſcientia debent eſſe medulloſi, & miſericordes compatiendo, quia ſicut dicitur Iacob. cap. 2. *Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecit miſericordiam.*

Simile.

Seniores obſeruandi.

Propterea monet Paulus, ſeniores vt patres eſſe obſeruandos, quo pacto, Geneſ. 37. ſcriptum eſt,

Digitized by Google

Pater, nomen pietatis.

quod *Ioſephum increpabat pater ſuus*; Patris namque nomen, pietatis eſt: Vnde ætate grandæui, loco parentum nobis habendi ſunt, & ij maximè, qui Eleazarum imitantur, de quo 2. Machab. cap. 6 ſcribitur, quod *cœpit cogitare ætatis, atque ſenectutis eminentiam dignam, & ingenuam nobilitatis canitiem*, & mori potiùs, quàm inhoneſtè viuere prælegit. Eam ob cauſam videmus fere ſemper, adoleſcentium erga ſenes pietatis & obſeruantiæ legem in omni honeſta Republica ab ipſa quaſi natura impreſſam viſceribus, ſemper viguiſſe, vt adoleſcentes reuererentur ſeniores, non aliter quam parentes ſuos, tum aſſurgendo, cum aliquem prætereunt, tum etiam tacendo, cum loquuntur. Sicut enim *Patris* nomen, præceptoris eſt atque magiſtri: ita & *ſedere*, docentis eſt; è contrario vero *aſſurgere*, audientis cum attentione & ſilentio: Illa enim duo, verbis differunt, virtutis & ſenſus eiuſdem ſunt, aut certè coniunctiſſima. Eccleſiaſt. 32. *Vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.* Et Leuit. 18. *Coram cano capite conſurge.* Etenim ad magiſterium & doctrinam eum locum retuliſſe videntur Interpretes, legentes: *A facie eius qui doctus eſt in lege, ſurgas.* Hanc ſenioribus aſſurgendi legem adoleſcentes Spartiatæ religioſiſſimè ſemper ſeruarunt; cuius rei cauſam rationemque rogatus Telecrus, apud Plutarchum in Laconic. reſpondit: *Vt in iis* (inquit) *qui nihil attinent, honorandis, ita ſe gerentes magis honorent parentes.*

Eleazari ſenis virtus.

Reuerentia ſenioribus exhibenda.

Senes improbi, morumque puerilium.

Senum verò illorum mentionem hic nullam fieri ſciendum eſt; quibus pueriles ſunt mores, quos monens Seneca, *vt deſinant velle, quæ volebant pueri, vult, vt veteribus malis finem imponant*; quibus minas intentans Eſaias cap. 65 dicit, quod *puer centum annorum*

norum, maledictus erit. Sic Propheta Daniel, cuius prophetæ pueri iunioris ſpiritum ſuſcitauerat Dominus, mendacibus ſenibus maledixit, quorum vni: *Ecce angelus Domini*, ait, cap. 13. *accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium*, & alteri; *Manet enim angelus Domini gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos.* Quapropter ſic ferendam illam ſuam extremam ſenectutis moleſtiam nouerint ſenes, vt per eam, adepta virtute, *non fractæ, ſed laſſæ ætatis* (prout eſt apud Senecã) *nomen retineant.* Breuiter ergò non vult grandæuos ætate homines, aſperioribus, ſæuisq; verbis, quaſi plagis inflictis, à ſuperioribus, & in dignitate conſtitutis excipi, atque obiurgari, ſed potius manſuetè, & leniter moneri. Eam ob cauſam putat Rupertus in comment. cap. 1. Apocal. initio ſuarum Epiſtolarum eidem imprecatam ſingulariter miſericordiam, vt ſcilicet in omnibus ſuis actionibus, miſericordiæ memor eſſe vellet. Synodus Romana, ſub Syluestro Pontifice, Canone edito, de Epiſcopo hunc Pauli locum interpretata eſt: *Epiſcopum*, inquit, *canonicè electum, & conſecratum, neque clericus, neque populus perturbare debet; quia Epiſcopi, qui throni Dei vocantur non ſunt lacerandi, ſed magis portandi, & venerandi, de quibus ait B. Paulus; ſeniorem ne increpaueris, ſed vt patrem obſecra.* Legimus namque ipſo Domino dicente; *non eſſe diſcipulum ſuper magiſtrum:* hoc eſt, non ſibi debere quempiam ad iniuriam Doctorum, vindicare doctrinam: neque aliqua machinatione, Domini diſcipulis, id eſt, Apoſtolorum ſucceſſoribus detrahere, aut eos infamare, quia iniuria Doctorum ad Chriſtum pertinet.

Senum, Suſannæ ſe ei imponentium, pœna.

Senes leniter increpandi.

Synodi Romanæ expoſitio in hoc textum.

Digitized by Google

11. *Iuuenes, vt fratres; anus, vt matres; iuuen- culas, vt ſorores, in omni caſtitate:*

Pergit monere ſpiritualem paſtorem Apoſtolus, vt ſiue quempiam officij moneat, ſiue ad virtutem hortetur, ſiue quædam honeſta, & licita præcipiat, ſiue meliora conſulat, nõ modo in ſeniores (pro poſitiuo, non cõparatiuo poſitũ nomen) ſed & in puellas, & anus, nullum auſteritatis, aut duritiei argumentum adhibeat, nihil aut ſæuitiæ, aut contumaciæ, nihil iracundiæ, aut odij ſermo ipſius, aut correctionis forma, præ ſe ferat, ſed eos, qui correptione indigent, *in ſpiritu potius lenitatis*, ſuauiter officij moneat. Sic enim aliis ſuperiores imperare exterius debent, vt humilitatem interius reſeruantes, ſibi eos, quibus iubent, præponant. *Ex qua re colligitur*, ait S. Gregorius hom. 34. in Euangelia, poſt init. *quia vera iuſtitia compaſſionem habet; falſa verò dedignationem; quamuis & iuſti ſoleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt, quod agitur typho ſuperbiæ, aliud, quod zelo diſciplinæ: Dedignantur etenim, ſed non dedignantes: deſperant, ſed non deſperantes: perſecutionem commouent, ſed amantes: quia etſi foris increpationes per diſciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem ſeruant. Præponunt ſibi in animo ipſos plerumque, quos corrigunt: meliores æſtimant eos quoque, quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per diſciplinam ſubditos, & per humilitatem cuſtodiunt ſemetipſos: At contra ij, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt; & quò ſe peccatores eſſe non credunt, eò deterius peccatores fiunt.*

Humilitas in correctione aliorum, paſtori neceſſaria.

Iuſti quales ſint in corrigendis aliis.

Iniuſti, quales ſint in correctione aliorum.

Digitized by Google

Item Baſilius, lib. Mor. reg. 70. cap. 10. ex loco illo Ioan. 13. (*Exemplum de di vobis*) deducit, eum *qui alios docendi, munus ſuſcepit, ſeipſum exemplar reliquis, ad omnes res honeſtas præbere, præſtareq́; priùs ea, quæ alios docet, debere.* Et cap. 24. *Qui aliis*, inquit, *in Eccleſia docendis præeſt, data ſibi poteſtate nequaquam ad ſubditorum contumeliam abuti debet, neque ſe ſupra illos efferre, ſed potius gradum illum, tanquam materiam exercendæ erga eos humilitatis tenere: Neque enim maior eſt ſeruus Domino ſuo, neque Apoſtolus maior illo, qui miſit eum*, ait ex perſona Domini Ioannes, vt doceat non dedignari ſeruum, ſed debere facere, quod Dominus, & qui miſit, fecit: Beatos ſiquidem ſpe, & re futuros, qui ea fecerint. Dominus autem in mundum veniens, non *tam venit miniſtrari, quàm miniſtrare*. Quapropter vt diſcipulis ſuis humilitatem perſuaderet, & in cordibus eorum tenacius infigeret, qui de primatu cœperant diſputare, dixit eis, *Reges Gentium dominantur eorum; & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor; & qui præceſſor eſt, fiat ſicut miniſtrator: Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat, nonnè qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.* Hinc apud Sapientem ſcriptum eſt: *Rectorem te conſtituerunt? eſto ſicut vnus ex illis*. Eccleſiaſt. 32. cap.

Chriſti humilitas, paſtorib. in exemplum.

Congruum ergò eſt, vt Domini noſtri miniſtri, cum aliis præſunt, ne ſe aliis maiores, aut meliores eſſe reputent; ne Phariſæorum mores imitati, per ambitionem aut magiſtri, aut Domini, aut præceptores velint appellari, cum ad Deum comparati, omnes inter ſe ſint fratres, & ſorores:

Miniſtros Dei aliis ſeſe præferre non debere.

Quæ

Quæ cauſa eſt, quod *anus* (quæ maturioris ſunt ætatis) *vt matres; iuuenes, vt fratres; iuuenculas, vt ſorores*, ex charitatis amore, velit à paſtoribus haberi. Seuerè enim à Deo paſtores illi reprehenduntur, apud Ezechielem cap. 34. qui cum poteſtate, & potentia gregi imperabant: *Væ*, inquit, *paſtoribus Iſraël, qui ſeipſos paſcebant*: Ille enim dicitur ſeipſum paſcere, qui propriam gloriam, priuatam authoritatem, commodum & vtilitatem quærit: Quare monet Apoſtolorum princeps, 1. epiſt. cap. 5. *Paſcite*, inquiens, *qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* Et huiuſmodi paſtoribus congruit, quod Eccleſ. cap. 18. ſcriptum eſt: *Qui habet animam, docet & erudit ſicut paſtor gregem ſuum.*

Paſtores iniqui, reprehenſi.

Addens porrò Apoſtolus *in omni caſtitate*, ſpiritualem ad mulieres amorem vult eſſe prudentem, & circumſpectum, ne in carnalem & impudicum degeneret. Nec caſtitatis nomine, illiciti duntaxat concubitus flagitium vult fugiendum, ſed etiam omnem ſuſpicionis cauſam ſublatam cupit. Quod non tam Timothei (quem pudiciſſimum nouerat) quàm poſterorum ipſius cauſa addidiſſe videri debet: Qua de re inſignis eſt locus Hieron. ad Nepotianum, & Poſſidon. in vita S. Auguſtini, cap. 26. & 27.

Caſtitas quid hic importet.

III. *Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.*

Cùm pater pauperum ſit Epiſcopus, tum ei deſolatorum, & omni deſtitutorum auxilio, cura potiſſimum incumbit: Inter quos, cum viduæ, quæ omnino deſolatæ, ac deſtitutæ, & non viro tantùm, ſed & liberis orbatæ ſunt, nō vltimum obtineant locum; de

Epiſcopo pauperum cura habenda.

Digitized by Google

de iis ſubleuandis, verbo *honorandi* hoc loco, prolixè ſatis mentionem facit Apoſtolus. *Viduæ* nomen, frequenter cum *ſterili*, in ſcriptura iungitur, vt Iob. 24. *Pauit enim ſterilem, & quæ non parit, & viduæ non benefecit:* & hoc ideò, quia mulier viduitatis tempore debeat ſterileſcere, & omninò à voluptatibus abſtinere, non pariens. Secus, ſi aliter nimirum viuat, non viuet vita viduitatis; *Atque eſt quoddam*, vt ait Ambroſius, *impoſturæ genus, aliud agere, aliud profiteri.* Eſt ergò deliciis, imò & vitæ contraria viduitas, quæ pro morte quadam reputatur. Et illud peculiariùs ad mortem pertinet, quod vidua nomen habet, ab obmuteſcendo, & tacendo, quæ eſt etiam mortuorum circumlocutio. Illa enim eſt mortis in improbos imprecatio, Pſal. 30. *Muta fiant labia doloſa.* Nam *alam*, à quo dicitur *almanah*, vidua, ſignificat *colligare*, & deinde refertur ad vinculum linguæ, quod eſt obmuteſcere. Vidua igitur ſonat colligatam, & mutam, quorum vtrumque mortuis conuenit. His porro viduis, vult Paulus Epiſcopos benefacere, iisque ſubuenire, *quæ verè viduæ ſunt*, hoc eſt, quæ non ſolum viris carent, qui illas defendant, & tueantur, ſed etiam filios, aut nepotes, à quibus opis, & ſubſidij aut ſolatij aliquid poſſint ſperare, non habent; hoc enim ad naturam viduæ Eccleſiaſticæ pertinebat. Hunc viduas commendandi morem, videtur ab Hieremia cap. 22. mutuaſſe Paulus; vbi declaratur, qualis erga viduas, diuitum eſſe debeat miſericordia, *Viduam*, inquit, *nolite contriſtare.*

Viduæ nomenque ſterili coniunctum in ſcriptura.

Viduitas, mors quadam.

Vidua vnde dicta.

Quibus viduis ſubuenire velit Paulus.

Notat in cap. 22. verſ. 9. Pineda, Iobi non ſolum crimini dari, quod iniurius extiterit, & improbus in viduas, & in omni miſerorum genus; ſed etiam, quod

Digitized by Google

quodammodo ingratum, non naturæ, voluntatiſúe vitio; ſed egeſtatis neceſſitate; quamuis eum ægrè laudent, à quo ſunt beneficio affectæ (nam *furnus eſt paupertatis, viduitas*) eas nihilominus Iobi nomen cum laude, vſurpaſſe, Iob. cap. 29.

Verarum viduarum ſtatus in turture deſignatur, qui ſcilicet mortuo compare, nulli alij copulatur, ſed ſola incedendo, mortem comparis lamentatur: Deſignans vtiq; bonam viduam, & honeſtam, quæ mortuo viro, nullum alium quærit, ſed ſola ſine coniuge, in viduitate & caſtitate, Domino famulatur, & ſeruit; & propter mortem coniugis ſemper gemit; inquantum pro ipſo mortuo, Domino preces fundit, dicens illud, 2. Reg. 14. *Heu! mulier vidua ego ſum, mortuus eſt enim vir meus.* *Viduæ turturibus comparatæ.*

Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, diſcat primùm domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parētibus: Hoc enim acceptum eſt coram Deo. IV.

Viduarum diuerſos gradus conſtituere videtur Apoſtolus: Quaſdam enim *veras* vocat, quæ viri & liberorum, amicorumq́ue omni præſidio ſunt deſtitutæ; quales erant (ait Gagnæius) quæ ex Iudaiſmo & paganiſmo tranſibant ad Chriſtianiſmum, quarum etiam bona proſcribebantur, de quibus, ſuperiore textu ſat copioſè eſt dictum. Alias hoc loco ſubiungit, quæ licet præſenti coniugis, ſiue mariti defenſione ac præſidio ſint orbatæ, communibus tamen filiorum, & nepotum auxiliis non carent, quibus, vrgente neceſſitate, ad eoſdem refugientes, vti poſſint. Atque eiuſmodi vi- *Vera vidua quanam ſint.* *De quibus viduis ſermo ſit hoc loco.*

duarum munus, eſſe vult Apoſtolus, primùm, vt piã, ac religioſam vitam viuentes, familiam ſuam piè & religiosè in fide viuere doceant; deinde, vt ſicut à parentibus in iuuentute aliti ſunt ipſarum infantes; ita in ſenectute eos alant, *vicem* ſuis progenitoribus *mutuam reddentes*.

Aliorum expoſitio.

Alij ſenſum hunc faciunt; Quaſi à matre liberi diſcere debeant, & familiam ſuam piè regere, ac parentibus largiter ſubuenire. D. verò Ambroſius ſic explicat: Antequam vidua *E*ccleſiæ fiat, & priuſquã ab *E*ccleſia ſuſtentetur, & *E*ccleſiaſticæ incumbat diſciplinæ, diſcat familiam ſuam ad Chriſtum inſtituere, & mutuam reddere parentibus vicem. *Redduntur* autem *vices parentibus*, dum bene fit filiis, ac nepotibus, qui in timore Domini educantur. Hoc tamen vt melius intelligatur, annotauit Card. Baronius, tom. 1. Annal. Anno 57. ex prioris epiſtolæ ad Corinthios, capite ſeptimo, de triplici hominum ſtatu Apoſtolum in eadem epiſtola diſſeruiſſe, coniugatis videlicet, virginibus, atque viduis, quorum duos, ait, poſteriores, abſque aliqua controuerſia priori anteponendos iudicauit, ſuamq; de re tanta ſententiam, diuini ſpiritus teſtimonio ratam, obſignatamque, non tantum Corinthiorum, ſed & toti *E*ccleſiæ Catholicæ tradidit promulgandam, quàm olim Dominus, *E*uangeliſta Matthæo cap. 29. excipiente, dictauerat. Statim igitur, ait Baronius, vt ſancta Eccleſia, fertiliſſimus ager, ſanctum virginitatis, & continentiæ ſemen, Apoſtolis ferentibus, excepit, ſanctarum virginum, ac viduarum collegia, quæ nos monaſteria dicimus, cœperunt. Quod ipſum ex B. Ignatij, epiſt. 8. probat, in qua ſic loquitur: *Saluto collegium virginum, & cœtum viduarum*. Porrò eiuſmodi virgines erant, quæ per-

Vices parentib. reddere, quid ſit.

Triplex hominum ſtatus, & qui præſtantior.

Sanctarum virginum, atq. viduarũ collegia.

perpetuam Deo ſeruabant virginitatem, de quibus idem ad Smyrnenſes, epiſt. 10. ſcribens: *Saluto*, inquit, *& eas, quæ in perpetua degunt virginitate.*

Votum virginitatis.

Ad hæc, non tantum Ignatius, ſparſim diuerſis in locis, variis occaſionibus, ſic de virginibus Deo ſacratis meminit; ſed & qui iiſdem cum Apoſtolis vixit temporibus, Clemens Romanus (vt auctores ſunt Epiphanius, hæreſi 30. & Hieronymus, lib. 1. aduerſus Iouinianum) in ſuis Encyclicis epiſtolis, quæ in Eccleſiis legebantur, de ſancta virginitate plura conſcripſit: Sic enim ille habet: *Ipſe* (Clemens) *ipſos*, Ebionæos videlicet, *per omnia redarguit in epiſtolis, quas ſcripſit, Encyclicis, quæ in SS. Eccleſiis leguntur, quod habeant alium characterem fides ipſius Ebionis, & ſermo, ab his quæ ab illis, ſub nomine ipſius, in circuitionibus corrupta ſunt. Ipſe enim virginitatem docet, & illi non admittunt.* Et Hieronymus: *Ad has*, nempe virgines, *& Clemens ſucceſſor Apoſtoli Petri, cuius Paulus Apoſtolus meminit, ſcribit epiſtolas, omnemq́; penè ſermonem ſuum, de virginitatis puritate contexuit: ac deinceps multi Apoſtolici, & martyres, & illuſtres tam ſanctitate, quàm eloquentia viri, quos ex propriis ſcripturis noſſe perfacilè eſt.* Qui igitur virginitatis ſublimem in Eccleſia ſtatum impugnant, eos non Apoſtolorum, vel Apoſtolicorum virorum, ſed Ebionis, ac eius gregalium partes tenere, quis dubitat?

Clementis Romani, de virginitate ſententia.

Virginitatis hoſtes, quales ſint.

Vicem porrò *mutuam reddere parentibus* dicit *acceptum eſſe coram Deo*, quia in omni lege præceptum id fuiſſe tradunt ſacræ Literæ; declarantes honorem, quem parentibus debent liberi, ex amore atque intimo animi ſenſu debere proficiſci. Cum enim erga nos parentes ita ſint affecti, nullum vt laborem, nullam contentionem, nulla pericula noſtra cauſa defugiant,

Vicem parentibus reddere, Deo acceptum.

Parentum in filios amor.

Digitized by Google

à parentibus dicuntur, Geneſ. 4. *Poſſedi hominem per Deum.* Deuter. 32. *Ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te.* Vnde frequenter *patris*, & *Domini* nomina iunguntur, quaſi per expoſitionem, eò quod idem ſit, *Dominum eſſe*, quod *patrem*, Matth. 11. *Pater, ac Domine cæli & terræ.* Eccleſiaſt. 23. *Domine pater, & dominator vitæ meæ.* Cum igitur parentibus naſcantur filij, debent illis eſſe vtiles, adeò vt ipſos timere, & colere debeant. Leuit. 19. 3. Reg. 2. Debent etiam illos honorare, victus neceſſaria ſubminiſtrando. Geneſ. 7. Deuter. 5. Prouerb. 28. Eccleſ. 3. Matth. 15. *Operiunt etiam ignominiam illorum*, Geneſ. 9. *propulſant iniurias, & defendunt*, Pſal. 126. Et ſunt *fortitudo parentem* Gen. 46. Et *lætitia* Prouerb. 10. Gen. 21.

Patris & Domini nomẽ cur in ſcripturis paſſim coniunctim.

Filij quales in parẽtes eſſe debeant.

V.

Quæ autem verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte & die.

Eam verè viduam cenſeri debere anteà diximus, quæ omnium iniuriis expoſita, nihil aut parum humani auxilij ſperare poteſt, quam ideò Paulus rectè *deſolatam* appellat, ponendo ſcilicet, quid ſit *veram eſſe viduam.* D. Ambroſius indicandi modo legit, *ſperat in Deum, & inſtat* ſiue perſeuerat, &c. quæ lectio Græcorum eſt: Quaſi Apoſtolus non præcipiat, quid velit facere viduas, ſed explicet deſcriptionem, quas veras viduas eſſe dixerit. Quem ſenſum etiam ſequitur Chryſoſtom. Nomini vero *viduæ* reſpondet, quod *colligatam*, & *mutuam* ſignificat, quod vtrumque mortuis conuenit. Debent enim viduæ ad angulũ domus ita eſſe colligatæ, vt ſe inde mouere non

Verè vidua quæ ſit.

Alia lectio textus.

Viduis quæ virtutes commendata eſſe maximè debeant.

non poſſe videantur, neque domo egredi: deinde, quod ſilentium ita colere debeant, vt mutæ poſſint æſtimari. Id genus viduas, quæ caſtè ſperantur victuræ, cum neminem habeant, qui ſibi proſpiciat, in ſolo Deo ſpes ſuas omnes formare vult Apoſtolus, ita vt ipſis vnus Deus ſit omnium loco. Et eiuſmodi, dignam cenſet, quæ bonis, & oblationibus Eccleſiæ ſuſtentetur, quæ ſcilicet oſtendat ideò ſe nuptias ſecundas reſpuiſſe, quò facilius inſtare poſſit diſciplinæ Dominicæ, & vt nominis profeſſione ſignificet, ſpreto viro ſe Deum elegiſſe, cui tota vita eò liberius, ex tota mente, atq; animo velit ſeruire, ac pudicè viuere, ſicut Eſai, cap. 47. ſcriptum eſt: *Venerunt ſibi hæc duo ſimiliter ſterilitas, & viduitas:* Exemplo palmæ femellæ, quæ præciſa palma maſcula ſibi coniuncta, intra triduum ſterileſcit: denotans bonas viduas, quæ mortuo viro ſuo, fructui prolis, aut voluptatibus non dant operam, ſed continuam continentiam ſeruando, ſterileſcunt.

Palma femellæ ſterilitas, Viduæ comparata.

Earum porrò officium eſt, vt orationibus, & precibus vacantes, rerum cœleſtium meditationibus adyta penetrent, ſicut ab Anna vidua cap. 2. Lucas factum deſcribit. Eam enim à prima ſua pubertate nuptui datam refert, quam, poſteaquàm ſeptem annos cum viro ſuo vixit, vſque ad octogeſimum quartum permanſiſſe viduam narrat, vt eius caſtitatem commendet, quæ profectò valdè tam longo tempore, tamq; immatura ætate amiſſo viro probata eſt. Et rurſus eam adeò frequentem in templo fuiſſe dicit, quaſi ab eo nunquam diſceſſerit; quod pias mulieres, & maximè viduas decet: Et quod viduarum ſtatui maximè proprium eſſe debet, Deo dicitur etiam ieiuniis,

Anna Viduæ caſtitas, & orationis ſtudium.

Anna frequentiam templo.

iuniis, & obſecrationibus ſeruiſſe, quaſi Deo, corporis & membrorum iugi mortificatione, profuſis precibus, cultum religionis exhiberet, quibus (vt Cyprianus dicit lib. de orat. Dominica) Deum promeruit, vt teſtis aduentus Chriſti digna eſſe mereretur. *Anna* (ait Ambroſius lib. 1. de viduis) *viuida religione, & effata iam corpore, cui diuerſorium in templo fuit, colloquium in prece, vita in ieiunio.* Vtinam ſub lege noua, multos habeat imitatores legis veteris fœmina, nō mundo, ſed religione viuidos, *quorum diuerſorium,* vt cum Ambroſio loquar, *ſit in templo, colloquium ſit in precibus, vita in ieiunio.* Tales Chriſtus ſuæ gloriæ poſtulat teſtes, & enarratores; *cæli* enim, hoc eſt, excelſa vita præditi, *enarrant gloriam Dei.* Vnde Ambroſius in Lucam: *Anna*, inquit, *ſtipendiis viduitatis & moribus talis inducitur, vt digna planè fuiſſe credatur, quæ redemptorem omnium veniſſe, nuntiaret.* Viduarum ſiquidem proprium eſt, in iugi pœnitētia laborare, exemplo Iudith, de qua cap. 8. ſcriptum eſt: *Erat autem Iudith relicta vidua, & in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum,* ſcilicet, *in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & ſuper lumbos ſuos habens cilicium ieiunabat,* &c. Oratio ſiquidem, & ieiunium in afflictione poſito media ſunt oportuniſſima gratiæ à Deo impetrādæ. Vnde Tobiæ cap. 12. *bona* dicitur *oratio eſſe cum ieiunio & eleemoſyna coniuncta.*

Anna, aduentus Chriſti prænuncia.

Viduitas Iudith, laudata.

Nam quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt. VI.

Cur *pietatis* ſtudio iugiter vacare vera vidua debeat, rationem reddit, quia impoſſibile eſt, ait *D.* Thomas, vt hominis animus non occupetur circa aliquam

Vidua, cur pietatis eſſe debeat ſtudioſa.

Digitized by Google

dilectionem: *E*t cum otioſa mens vtilibus non occupetur, neceſſarium eſt, vt carnis vacet cupiditatibus, & deliciis: Ideò *viduam deſolatam*, vt orationi incumbat, eſt hortatus, eò quod hæc, ſi ſe non occupet, & præmuniat, periculis peccatorum carnalium ſe exponat, & ſic æternæ morti reddatur obnoxia. *E*am ob cauſam Dominus, volens Luc. cap. 18. docere, ſemper eſſe orandum, & vigilandum, ne imparati ab hoſtibus opprimamur, &, vt à Deo, ab omnibus impendentibus malis liberemur, de iniquo iudice à vidua interpellato, parabolam interpoſuit, vt huius perſonæ (cuius iugiter eſt Dominum interpellare) exemplo declararet, nobis, donec quod petimus, impetremus, nunquam deficiendum, ſed ſemper eſſe orandum, & nunquam etiam ex deſperatione deſiſtendum; quemadmodum faciebat illa vidua, quæ frequentiſſimè, idq; per longum tempus, ſe ab iniuria, quam ſibi aduerſarius inferebat, defendi, adminiſtrata iuſtitia, cupiebat. Quæ enim vidua ſancta eſt, pro mortua ſe debet gerere, & habere; ſic enim verè viuet: Secus ſi aliter, nimirum in deliciis, viuat, non viuet vita viduitatis; atque ita viuens, non viuet, quia *eſt quoddam*, vt Ambroſius ait, *impoſturæ genus, aliud agere, aliud profiteri, non obſequia & deuotionem Dei, ſed honorem viduæ volentes habere; cum nominis ipſius profeſſio hoc indicet, quia ſpreto viro Deum elegit, cui ſeruiat totamente propter vitam promiſſam.*

Chriſti ad ſemper orandũ admonitio.

Cyprianns lib. 3. Quirin. cap. 74. legit: *Quæ autem delicata eſt, viuens mortua eſt.* Illud *delicata*, proprium earum videtur eſſe, quæ viros habent; vt conſtat ex illo Eſaiæ, cap. 47. *Audi hæc delicata, &c. quæ dicis in corde tuo, &c. non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilita-*

utilitatem. Ergò deliciis, imò & vitæ contraria eſt viduitas, quæ pro morte quadam reputatur, iuxta id, quod Apocal. cap. 3. ſcriptum eſt: *Nomen habes, quod viuas, & mortuus es.* Et *Eſai.* 38. *Viuens* (ſcilicet inferius) *viuens* (ſcilicet exterius) *ipſe confitebitur tibi.* Licet verò omnibus hominibus deliciæ periculi plenæ ſint, mulieribus tamen ſingulariter periculoſæ ſunt, ob earum animi, ad malum, & malitiam, procliuitatem. *Vidua* igitur, quæ neglecta communi, & vera viduarum bene viuẽdi ratione (quæ in obſecrationibus & orationibus Deo ſæpiſſimè fundendis conſiſtit) in deliciis & corporis voluptatibus viuit hoc modo viuens, ait Apoſtolus, non viuit. *Ventri quippe ſolummodo* (ait Chryſoſtomus, homil. 13. in hanc epiſt.) *viuit, cæteris ſenſibus mortua. Neque enim aſpicit aſpicienda, neque audit, quæ neceſſariò audire conuenit, neque loquitur quæ loqui oportet. Quemadmodum mortuus quiſpiam in lecto iacens, compl oſis palpebris, clauſisq; luminibus, nullum omnino ſenſum habet, ita & hic. Imò longe deterius hic, quam ille affectus eſt. Ille enim bona æque atque mala non ſentit; hic autem malorum tantum admittit ſenſum, nihilq; boni penitus ſentit. Nihil illum ex his quæ in vita futura ſeruantur, mouet, ſed ad omnia perſtat immobilis, & quaſi in tenebris inſtar mortuorum degit.* Hæc Chryſoſtomus.

Viduitas deliciis contraria.

Deliciæ mulieribus præſertim periculoſæ.

Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. VII.

Hunc etiam ſermonem ad viduas pertinere admonent Græca ſcholia: *Suos* aũt dicit, qui eam genere cõ-

 tin-

Digitized by Google

tingunt; & quia contingit *ſuos* eſſe, puta amicos, non autem domeſticos etiam, idcirco addit; *maximè autem domeſticorum.* *Cura* vocabulo, prouidentia & continua ſollicitudo intelligenda eſt, tum illa, quæ circa animum eſt, tum illa quæ eſt circa corpus. Fidei porrò negationem, intelligit ſcriptura, criminis atrocis deſignationem, ex qua Dei aperta blaſphemia poteſt oriri, quæ cum ad Dei abnegationem inuitet, iure Dei abnegatio vocatur, de qua 2. Petr. 2. *Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur.* Et 2. Reg. 12. *Veruntamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini: propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur:* Sicut è contra confitetur is facto Deum, qui ita viuit, vt eius exemplo, bonorumq; operum exercitatione, alij trahantur ad gloriæ diuinæ prædicationem, Matt. 5. *Sic luceant opera veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.*

Cura vocabulo quid hic denotetur.

Fidei negatio, quid hic.

Loqui dicitur Apoſtolus à Chryſoſtomo, & aliis interpretibus, de iis qui fidem negare dicuntur, quoniam non viuunt, vt fides viuendum docet, *qui* (vt idem Apoſtolus ait, ad Tit. 1.) *confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Dicuntur autẽ infidelibus ij Chriſtiani eſſe deteriores, (in eo ſcilicet facto) eò quod infideles naturalem affectum retineant erga ſuos, in quo naturæ legem non violant, Non enim quoad omnia, ſed quoad impietatem in ſuos. Nam ſingularem ſuorum curam gerunt infideles. Quaſi improbi fidem quidem negent, non corde, vel ore; ſed opere: De quibus ſcribit S. Gregor. homil. 29. in Euangel. eos non veraciter credere, & non habere fidem, qui non bene operantur. Significat enim eos non verè oſtendere ex operibus fidem ſuam, ac per hoc

De quibus hic loquatur Apoſtolus.

Domeſticorum ſuorum curam non gerentes, cur infidelibus deteriores.

non habere veram fidem in oſtenſione operum: Alioqui enim idem Gregorius, homil. 38. apertiſſimè docet, multos in Eccleſiam intrare, quia fidem habent, & tamen veſte nuptiali carere, quia charitatem non habent.

Malè viuentes quomodo fidem non habere, dicantur.

Ex quibus fit euidens, optimi patrisfamilias eſſe, ſicut & principis, immo & Iudicis, vt domeſticorum & familiæ, ſicut ſubditorum atque popularium ſingularem curam prouidenter gerant; qua in re paternam quoque Dei gubernationem imitantes, cui propoſitum eſt, vt in gentibus beneficiis mortales omnes demereatur. Quare inter diuinas virtutes illud eſt, quod ad ſuos Reges transtulerunt Ægyptij: Nam ſacerdos, qui coram populo preces & vota pro rege faciebat, illud ſolebat de rege prædicare, ad populi gratiam conciliandam; leuiores infligere pœnas, maiores verò reponere gratias, quàm pro delictorum, aut beneficiorum meritis. Vnde ſapienter quidam Pythagoricus dixit; Verum regem eadem amicitia ſubditis eſſe ſociatum debere, qua Deus mundo. Vnde verè regia illa Theodorici Regis vox, apud Caſſidorum, lib. 3. Variarum, cap. 20. *Inter glorioſas Reipub. curas, quas perpeti cogitatione (Deo auxiliante) reuoluimus, cordi noſtro eſt leuamen humilium, vt contra potentiam ſuperborum noſtræ pietatis erigamus obſtaculum; nec liceat quicquam apud nos audaciæ, cuius eſt propoſiti ſuperba calcare.* Qua de re à ſe diligenter præſtita gloriatur Iob cap. 29. cum dicit: *Oculus videns teſtimonium reddebat mihi, eò quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor.* Quibus verbis, tres miſerorum ordines, principis tuitione, iudicis miſericordia, & æquitate indigentes exprimit; eò, quod maximè

Munus Patrisfamilias, principis, Iudicis, &c. quodnam ſit.

Regum Ægypti beneficentia in ſubditos.

Dictum philoſophi cuiuſdã.

Dictum regium Theodorici Regis.

Beneficentia Iobi.

 mè

Digitized by Google

mè iniurias oporteat eſſe in *D*eum, præcipientem miſeris benefacere, eos qui aliis præſunt: Nam eo ipſo, quod ſubditis non benefaciunt, fidei, iuriq́; humanitatis renunciare dicuntur.

VIII. *Vidua diligatur, non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.*

Viduarum curam ab Eccleſia, ſemper ſemper habitam.

Maximam viduarum curam ſemper ab Eccleſia fuiſſe habitam, docent paſſim *D.* Pauli epiſtolæ, ſicut & Apoſtolorum acta, conſtitutionesq́; à Clemente collectæ. Quam eandem curam, Deum in antiqua lege; Exod. 22. Deut. 10. 14. & 16. *E*ſai. 1. libri, magnopere commendatam habuiſſe teſtantur. Vnde eſt quod Iacobus Apoſtolus, non poſtremam religionis mundæ ac veræ partem, *viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorũ*, poſuerit cap. Iacob. 1. Quid, quod Deus ipſe (Pſal. 67. & 145.) *iudex, ac ſuſceptor viduarum* à Regio vate prædicatur?

Viduæ menſis miniſtrare ſolita aliaq́; earũ munia.

Viduas, menſis miniſtraſſe, teſtatur Lucas, cap. *6.* Actuum; quas ab hoc miniſterio remotas, dicit ibidem Ioannes Lorinus, aliis functionibus fuiſſe mancipatas, nempe cuſtodiendis veſtibulis ſacris (quemadmodum epiſt. 12. loquitur Ignatius) hoc eſt, vt portas, quæ mulieribus tantum patebant, quò per eas ingrederentur in deſtinatam ſibi templi partem, à viris diſtinctam cuſtodirent. D. Clémens lib. 3. Conſt. cap. 8. eaſdem aliquando mitti ſolitas ad mulierum domus refert, cum ire non poſſet Diaconus, propter infideles, &c. de quibus ſupra vberiùs, cap. 3.

Quas hic viduas intelligat Paulus.

*E*as porrò viduas, quas vetat Paulus, hoc loco eligi *minores annis ſexaginta*, & non niſi moribus probatas, aliqui fuiſſe Diaconiſſas exiſtimãt, quas in 4. ſent. diſt.

Digitized by Google

diſt. 25. à iure vocari diaconiſſas dicit S. Thomas, non quod habeant aliquem ordinem, ſed propter aliquod miniſterium Eccleſiæ, ſicut in Græco dicitur Diaconus, quilibet miniſter, Fortè pertinuit ad eaſdem, homilias inter mulieres ſimul priuatim congregatas legere; Cuius rei Paulus commendat Phæben, quæ erat in miniſterio Eccleſiæ Cenchris; de quibus Diaconiſſis, multa cap. 3. ſunt dicta.

Diaconiſſa, quanam vocentur.

Inter cæteras autem huiuſmodi viduarum, ſiue Diaconiſſarum conditiones præſcribit Apoſtolus ætatem *ſexaginta annorum:* quia ætas illa plurimum improbis carnis ſolicitationibus caret; & ideò aptior eſt ad caſtitatẽ ſeruandam. Quam etiam ob cauſam præcipit paulò pòſt, iuuenculas viduas nõ eſſe eligendas, quia ætas illa feruet ad libidinem, præſertim in illis, quæ carnis delicias ſunt ſemel expertæ. Et hinc euenit, vt carne nimiũ ſtimulante, facile luxuriẽtur: quod vbi contigerit, demũ nubere volunt, vt carni placeãt, quemadmodum paulò pòſt latiùs exprimetur.

Iuuencula vidua cur non eligenda.

Nullam ergò viduarum catalogo vult aſcribi Paulus, niſi quæ poſt legitimam ætatem, propriis ſibi manibus ſuccurrere amplius non poſſit; & quæ matrimonio ſuo non repitito, (hoc enim ſignificat fuiſſe *vnius viri* vxorem) Eccleſiam Chriſti repræſentarit: eò quod ſecundæ nuptiæ careant honore ſignificationis, quam primæ habent; in quibus eſt vna vnius; ſicut in Chriſto eſt, & in Eccleſia. Tertullianus de velandis virginibus, & lib. ad vxorem. Et inde fit, quod huius defectu, ſecundæ nuptiæ in Eccleſia non benedicantur. Vnde colligit D. Thomas, 3. part. quæſt. 63. artic. 1. ad 2. & artic. 2. ad 3. Viduarum diuerſos fuiſſe gradus, in quorum primo conſtituebantur, quæ fuiſſent vniuiræ, *quæ cum poſſent,* (in-

Secũdæ nuptiæ, honore ſignificationis carentes; & cur in Eccleſia non benedicantur.

Viduarum diuerſi gradus.

(inquit Ambroſius, lib. de viduis, in principio Leuit. cap. 22.) *nubere, vt meliores eſſent, & digna Deo, ſecundas nuptias reſpuerunt, ſcientes ſemel benedici coniugium, æmulæ ſanctiſſima Anna.*

Lutheranorum hæreſis, & malitia hoc loco.

Malitioſè proinde negant Lutherani, à Paulo maiorem hoc loco ſanctitatem tribui viduitati, quam coniugio; cum vbique SS. Patres, eundem Paulum non vno loco ſecuti, ſemper contrarium aſſeruerint, nempe vniuiras iis, quæ multos habuiſſent maritos, præferentes. Sed mirum non eſt, primi gradus viduas, debita laude ſpoliari à Lutheranis, qui virginitati coniugium præferre non erubeſcunt, imò coniugatos Monachis, & continentibus, cõtra rationem, pluribus à Deo donis, & conſolationibus ſpiritualibus donari affirmẽt. Quæ hæreſis, ex putido Iouiniani puteo à Lutheranis hauſta, iamdudum à *D.* Hieronymo, & multis aliis, pluribus argumentis eſt refutata. Sed hæc progeniei Lutheranæ conſuetudo propria eſt, quæ vt patris apoſtatę irritam fidem excuſare poſſit, pro venerabilis coniugij præſtantia, contra virginitatis pudicitiæque gloriam ſemper pugnet, Paulumque ſciens & prudens diſſimulet, ad ſuæ ipſius continentiæ (1. Cor. 7. cap.) æmulationem omnes & ſingulos, ſi fieri poſſet, inuitantem.

Contra Lutheranos, matrimonium virginitati aſtute præferre volentes.

IX. *In bonis operibus teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio ſuſcepit, ſi ſanctorũ pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.*

Conditiones aliæ in eligendis

Certas alias eligendarum viduarum conditiones Timo-

Timotheo præſcribere pergit Apoſtolus, non quod in aliquo Eccleſiaſtico ſtatu propriè dicerentur eæ conſtitui, niſi in quantum caſtitatem voto & ſolennitate aliqua, ſeu actione externa confirmarent, ſicut aperte colligitur ex Concilio Toletano 4. cap. 54. Tantę enim molis erat, rei Eccleſiaſticæ quantumuis exili paruoq; miniſterio, cuiuſcumque ſexus eſſent homines, præficere, vt niſi prius iuſto temporis ſpatio eligendorum fides, vita & probitas fuiſſent paſſim ſpectata, nullus ad illud facile poſſet admitti. Et quia, vt ait Hieronymus, in epiſt. ad Eſiciam, mos erat Gentilibus, vt in ſacris Deorum nulla præeſſet, quæ duos viros haberet: eodem modo voluit Apoſtolus, vt quæ ſumptibus Eccleſiæ forent alendæ, non modo eſſent caſtæ (ſicut cap. 15. lib. Iudic. de Iudith ſcriptum eſt: *Eo quod caſtitatem amaueris, & poſt virum tuũ alterum neſcieris*) ſed etiam viuis virtutum, bonarumque actionum exercitiis eſſent omnium teſtimonio illuſtres; hoc enim eſt *in bonis operibus teſtimonium habere.* Familiare eſt autem admodum Paulo, bonorum operum exercitia ſacris vſibus & miniſteriis Eccleſiaſticis adiungere: memor eius fortaſſe commendationis, qua deuotum piæ mulieris officium dilaudans Dominus: *Bonum*, inquit, *opus operata eſt* (Magdalena) *in me: Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium, dicetur, quod hæc fecit in memoriam eius*, Matth. 26. Quaſi diceret; huius mulieris memoriam & laudem, vbicumque locorum fuerit prædicata Euangelica hiſtoria, eſſe adeo concelebrandam, vt omnes eius egregium factum ſint collaudaturi. *Memoria ſiquidem iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet*, Prouerb. 10.

Vidui requirenda.

Rerum ſacrarum in primitiua Eccleſia acura maxima.

Pium & hoſpitale officium Magdalenæ.

Digitized by Google

Filiorum educatio.

Bonorum autem operum principium, ab eleganti & ſalutari filiorum educatione capit Apoſtolus; quæ educatio, non tam in victus, veſtitusq́; diſtributione, quam in recta ad pietatem, & religionis ſtudiũ inſtitutione conſiſtit. Eiuſmodi ſiquidem mulierem, in Eccleſiæ viduam adſciſci videtur velle Apoſtolus, quæ minimè ſit vel mollis, tenera, & delicata; ſed quæ circa frequens miniſterium cum Martha ſatagens, talem liberorum ſuorum curam geſſerit, vt iis, cum lacte victuq́ue quotidiano, Catholicę religionis, morumq́; præcepta tradiderit. Eiuſmodi enim mulierem commendat Salomon Prouerb. 3. *Surgentes eius filiæ beatiſſimam prædicant, & vir eius eãdem dilaudat*; de qua Sapiens proinde ſubiungit; *Ridebit in die nouiſſimo.* Quæ enim operatrix ſtrenua eſt, vigilantia operibusq́; ſuis diuitias cõgregat maximas, cœleſteſq́ue theſauros: quantoq́; operibus & ſanctitate; tanto cœleſtibus opibus eſt præcellentior aliis. Propterea de ea illud Pſal. 125. dici poteſt: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beata es, & bene tibi erit.* De qua etiam Prouerb. 31. Salomon prædicat, quod tantum abeſt, vt *panem otioſa comederit*, quin potius *accinxerit fortitudine lumbos ſuos, & brachium ſuum roborauerit*, nimirum ad operandum alacriter, atque ſtrenuè laborandum.

Sedula mulieris deſcriptio.

Hoſpitalitas viduæ neceſſaria.

Alteram particularem conditionem viduę legimè admittendæ, vult eſſe hoſpitalitatis officium erga peregrinos, Chriſtianæ fidei cauſa exulantes; cuius exercitio, celebris fuit Patriarcha Abraham Gen. 18. quam Chriſtus etiam Matth. 25. commendans: *Hoſpes*, inquit, *eram & collegiſtis me.* Quare laudatur illa vidua, cui Eliam prophetã 3. Reg. 17. Dominus com-

men

mendans: *Vade in Sarepth a Sidoniorum*, ait, *præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te*. In his autem viduarum admittendarum conditionibus percenſendis, paucas charitatis exercendæ ſpecies pro toto genere, exempli loco ponit Apoſtolus. *E*t has quidem bonorum operum ſpecies potius, quam alias exprimit, quia nihil nobis magis commendatum eſſe voluit, quam eam charitatem, quæ erga proximos eſſet; quæ ipſa, quantumuis multas habeat ſpecies, in his tamen potiſſimum obſeruatur, ſi & eſurientes pauperes aluerit, hoſpitio exceptis viatoribus, laſſitudine, fame, ſitiq; fatigatis, peroptata atque vtilia lubens officia exhibuerit. *Sanctorum*, id eſt, Chriſtianorum ſingulariter meminit, quod rapinam bonorum ſuorum frequenter patientes, eo tempore ſolum vertere coacti, pauperem vitam in externa extremaq; egeſtate hinc inde incertis ſedibus vagantes, tranſigere deberent. *E*am autem ob cauſam, Chriſtiani (quos *fratres* & *fideles* vocabat etiam antiquitas) *Sancti* ſunt dicti, quòd ſcelerum ſordibus regenerationis lauacro abluti, terreniſq; principiorum generibus extinctis, quaſimodo geniti infantes, ſanctitate & iuſtitia eſſent præditi; virtutis & iuſtitiæ officiis operam darent, &c. Hoc autem viduarum inter cętera erat etiam munus haud poſtremum, vt pedum lotionem ad tergendas ex terreſtri itinere ſordes, ſimulq; ad refouendos pedes, leuandamq; corporis laſſitudinem adhiberent, vt Domini miniſterium, per ſummam animi demiſſionem, imitarentur, qui lauandi pedes diſcipulorum ſuorum, opus ita exercere decreuerat; vt non ſolum lauare, quod miniſterij erat, ſed etiam miniſtrantis habitum induere, linteo præcinctus voluiſſet.

Charitatem in proximos, cur tãtopere cõmendet Apoſtolus.

Chriſtiani, cur ſancti dicãtur.

Pedum lotio.

Chriſti in lauandis diſcipulorum pedibus humilitas.

Digitized by Google

Chriſtiani veteres Chriſti humilitatem imitabantur.

Quod quidem, præter miræ charitatis erga proximum, etiam profundæ humilitatis exemplũ, quod in hominum redemptione ipſa fecerat, & adhuc facturus erat, non obſcurè ſignificabat. Huius autem facti memores olim *ſancti*, ſiue Chriſtiani, (quod Dominus poſtea ſubiunxit: *Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes: Exemplum enim dedi vobis*, &c.) in more habuerunt, vt, ſicut olim viatoribus Abraham, & diſcipulis mitis Dominus; ita Chriſtianis aduenis pedes, ob cauſas ſupra dictas, lauando reficerent. Si enim Dominus lauit pedes, profectò ad viliora obligabitur ſeruus, non ad paria; vt quanto ſuperat maior minorem, tanto inferius & humilius ſit minoris officium & miniſterium: At Dominus hoc non voluit, *ſed ſatis*, inquit, *eſt, ſi quod ego feci, id etiam vos inuicem faciatis*. Sic enim in animi præparatione ſui cultores eſſe ſemper voluit Dominus diſpoſitos, vt ſi opus eſſet, illa proximis impendentes, non dedignarétur etiam opus ſeruile pro ſalute animarum ſubire. Quo facto, ſic in Eccleſia ſuperiores exterius imperare docuit, vt interius humilitatem reſeruantes, ſibi eos quibus iubent præponerent.

Viduarum in diſtribuendis Eccleſiæ bonis diligentia.

Conſiderandum item proponit Apoſtolus in vidua Eccleſiæ alumna futura, num *tribulationem patientibus ſubminiſtrauerit*, id eſt, num fratribus exilium, egeſtatem, neceſſitatem, carceres, &c. patientibus, aliquid ſolatij & refocillationis extrinſecè ſuppeditauerit, iuueritq́; cõſilio, ædificatione, prudenti admonitione & ſpirituali auxilio, vt cũ Eccleſiaſtico, ca. 24. de ſe dicere poſſit: *In habitatione ſancta corã ipſo miniſtraui: manum nempe ſuã aperiendo inopi, & palmas ſuas extendendo ad*

Digitized by Google

do ad pauperem. Prou. cap. 31. Perſecutionũ namq; temporib⁹, bona ſibi commmiſſa, afflictis & indigis debebant ſum̃a fide, diligentia & ęquitate diſtribuere, quę in Eccleſiaſticarum viduarũ fuiſſent numerum aſſeriptæ. Et hoc quidem non ſine magna ſperandi fructus bertate. Si enim verum eſt, quod Matth. 25. ait *Dominus*, officium, quod minimo eius membro miniſtratur, ſibi tanquam capiti fieri; quæſtum inde maximum expectare poteſt, quicumq; proximo neceſſitatem patienti ſuccurrerit.

Requirit denique Paulus in viduis, vt *omne opus bonum ſubſecuta ſit*, id eſt, vt in omni boni operis genere aſſidua & intenta reperta fuerit. Aduertendum eſt autem, verbum *ſubſequi*, Græco verbo ἀκολȣθεῖν reſpõdens, proprium eſſe famulorum, qui Dominum pone comitantur & ſequuntur. Oportet enim dum in hoc mundo viuimus; vt ipſa bona opera tanquam famuli ſubſequamur, vt ea apprehendamus, vt eadem tanquam noſtros in hac vita dominos honoremus: poſt mortem vero, bona opera tanquam famuli ſequentur nos, quaſi vicem honorariam rependendo. Sicut enim modo iuſti, cum bona opera exercent, ea cenſentur quodammodo honorare, & magni eſſe facienda omnibus oſtendere; ita eadem opera eoſdem iuſtos poſt mortem honorabunt; *Opera enim illorum*, ait Ioannes, Apocal. cap. 14 *ſequentur illos*, iuſtos ſcilicet, qui dum vixerunt, eadem opera ſunt ſecuti. Quæ cum ita ſint, ſummo ſtudio enitendum eſt, vt huiuſmodi famulos pulcherrimo virtutum omnium ornatu veſtiamus, quò pro dignitate nos in ſuprema illa curia, ante regem gloriæ comitentur & decorent. Quare curandum, vt hi famuli boni ſint, nobiles, ele-

Subſequi, quid.

Opera bona in hac vita ſequẽda, vt poſt mortem nos ſequãtur.

Opera bona in hoc ſæculo honoranda, vt in altero nos honorent.

Digitized by Google

gantiq́ue forma, hoc eſt, vt bona opera ſint præclara & illuſtria. Eſſe enim opera aliqua pinguia & pulchra, alia exilia & deformia, docet D. Ambroſius, lib. 2. de Cain & Abel; cap. 5. expendens, quomodo Abel de primogenitis & adipibus obtulerit; afferenſq́ue illud Pſal. 19. *Sacrificium tuum pingue fiat:* Et illud Pſalm. 62. *Sicut adipe & pinguitudine repleatur anima mea,* docet; ſignificari acceptabile eſſe illud ſacrificium, quod pingue; quod nitidum, & quodam pabulo fidei ac deuotionis ſaginatum eſt. Quemadmodum verò, quantum quiſque diues ſit ac nobilis, ex famulorum tum numero, tum ornatu cognoſcitur; ita ſanctorum nobilitatem & affluentiam meritorum, ex bonorum operum multitudine & præſtantia poſt mortem intelligitur. Ex quibus veſana Lutheranorum doctrina quam ſacris literis ſit conſentanea, colligi poteſt, cum operum bonorum exercitia nullam manere mercedem nequiter mentiuntur, vt à virtutum & totius æquitatis ſtudiis hominum animos auocent.

Opera bona poſt mortem iuſtorum famuli.

X. *Adoleſcentiores autem viduas deuita: cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt.*

Vox *adoleſcentiores*, poſitiuè pro adoleſcentulis ſiue iuuenculis ſumpta à Hieronymo, in epiſt. ad Geruntiam, de monogamia, magis ſequentibus congruit, quam ſi per comparationem exponeretur. Vult enim Paulus, eas in viduarum contubernium non eſſe recipiendas, aut in eodem, communibus Eccleſiæ expenſis alendas, quæ iuſtam ætatis maturitatem

Viduæ adoleſcentiores vitandæ; & qua de cauſa.

Digitized by Google

tatem non fuerint aſſecutæ. Legitimam autem æ-ætatem paulo ante aſſignauit, cum dixit ſexagenaria minorem non eſſe admittendam; eo quod ætas, illa voluptatum illecebris vacua, ſit aptior ad caſtitatem & pudicitiam ſeruandam. Iuuenilis enim ætas improbis carnis ſtimulis obnoxia eſt, idq́ue in libidinem magis propendens; atque in iis maximè, quæ matrimonij vſu ſæpius repetito, facili negotio præteritorum complexuum atq; actuum coniugalium recordantur. Vnde facillimè contingit, vt carne præteritas voluptates refricante laſciuiant, equorumq́ue bene paſtorum, & cæterorum iumentorum inſtar (quæ cum pabulo ferociunt, abruptisq́ue habenis ſuapte fruuntur arbitrio) in Chriſti maximam iniuriam, quem in ſponſum, & in maritum ſibi delegerant, *luxuriari* incipiant.

Iuuenilis ætatis ad libidinẽ proclivitas.

Illud verò, quod additur, *in Chriſto*, dilucidius, ait Sasbout, verſum fuiſſet *in Chriſtum*, id eſt, contra vel aduerſus Chriſtum; Quaſi vellet Apoſtolus, iuniores viduas *deuitandas*, id eſt, ab Eccleſiaſticarum viduarum catalogo penitus excludendas; eò quod eæ, *cùm luxuriatæ fuerint*, id eſt, poſtquam Eccleſiaſtico ſubſidio abutentes, otio ſe dare (quod libidinis eſt mater & nutrix) cœperint, paulatim ipſum ſtatus ſui propoſitum mutare deſiderant, contra Chriſtum ſuum ſponſum & maritum volentes nubere, & à propoſito viduitatis reſilire: Quod propoſitum, ſeu votum firmum & ſtabile, quia contrario nubendi propoſito violant, directè & propriè primam fidem datam irritam faciunt, ideoq́ue *damnationem habent*, vt ſubiungit Apoſtolus.

Verus ſententiæ Paulinæ ſenſus.

Haben-

XI. *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.*

Per primam fidem, quid hic intelligatur.

Primam fidem, Chryſoſt. Theophyl. Oecumenius, pactum interpretantur; *E*piphanius, promiſſionem; Ambroſius, profeſſionem; Auguſtinus porrò, continentiæ votum; Nam cum dicat Apoſtolus, eas, *primam fidem facere irritam*, neceſſariò colligitur, ei ſermonem eſſe de fide ſeruandæ continentiæ, quæ cum promiſſione ac voto facta, per nuptias, imo per ſolam nubendi voluntatem violatur. Non enim ipſi luxuriationi in Chriſto, ſed illi peruerſæ voluntati, quod poſt promiſſum & votum volunt nubere, tribuit Apoſtolus damnationis cauſam. Ipſa enim luxuria votum ipſum & pactum conſeruandæ viduitatis, quatenus tale, non violat, ſed ſolum voluntas aliqua praua, huic voto directè contraria, qualis eſt velle nubere, & ſtatum ipſum atq; propoſitum mutare: Quemadmodum fidem & obedientiæ vinculum Principi datum aut debitum, non quæuis legum eius principis tranſgreſſio, ſed ſola rebellionis intentio, vel actus, violatæ fidei & læſæ maieſtatis reum facit. *E*t licet *fidei* nomine, Sectarij hoc loco eam interpretentur, quam primum viduæ in baptiſmo (quæ ſcilicet, ad Chriſtianæ religionis profeſſionem, qua creditur *E*uangelio, ſpectat) acceperunt; communis tamen SS. Patrum ac totius antiquitatis, authoritas, contrarium tenet; idq; etiam ratio euincit; Nam fides data in baptiſmo, de non nubendo promiſſio non fuit; ſed de obſeruatione mandatorum *Dei*, inter quæ nullum eſt de viduali caſtitate perpetuò ſeruanda: Vnde ſequitur, viduas illas non *feciſſe irritam fidem* in baptiſmo datam,

Quid ſectarij, per fidem hic intelligant.

Refutantur.

Digitized by Google

datam, propterea quod nupſerunt; ſed potius, quod illæ viduæ nubentes, illam fidem violauerint, quàm de ſeruanda caſtitate viduali, Deo vouendo dederāt; quemadmodum Auguſtinus, in expoſ. Pſalm. 75. interpretrans illa verba: *Vouete & reddite Domino Deo veſtro*, eſt author; vbi hæc ait. *Si quis, quod vouere voluerit, voueat: illud attendat, vt quod vouerit, reddat vnuſquiſque Deo. Quod vouet, ſi reſpicit retrorſum malum eſt. Neſcio, quæ caſtimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo qualibet. Quid voluit? Quod & mater ipſius. Aliquid malè voluit? Malè plane. Quare? Quia iam vouerat Domino Deo ſuo; Quid enim dixit de talibus Apoſtolus Paulus, cum dicat viduas adoleſcentulas nubere, ſi velint? ſed tamen ait* 1. Cor. 7. *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, non tamen damnandam, ſi nubere voluerit. Quid autem ait de quibuſdam, quæ vouerunt, & non reddiderunt? Habentes*, inquit, *damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid eſt, primam fidem irritam fecerunt! Vouerunt, & non reddiderunt.* Et paucis interiectis, ſubdit: *Vidua, quæ iam ſic permanere voluerat, voluit nubere. Hoc voluit, quod licuit ei, quæ nupſit; ſed illi non licuit, quia de loco ſuo retrò reſpexit.* Hæc Auguſtinus.

Auguſtini expoſitio.

Ex cuius verbis conſtat, *primam fidem*, de qua hoc loco Paulus, non eſſe promiſſionem in baptiſmo factam (vt interpretantur Lutherani) ſed votum continentiæ, contra quod agunt, non ſolum viduæ, quæ poſt tale votum nubunt, ſed etiam quæ nubere volunt. Cui Auguſtino conſentit in ea re Primaſius cum Iſidoro: Imò & Hieronymus illis vetuſtior, qui lib. 1. contra Iouinian. interpretans illa verba Pauli 1. Cor. 7. *Si nupſerit virgo, non peccat*, hæc ait: *Non illa virgo, quæ ſemel Dei cultui dedicauit. Harum enim, ſi qua nupſerit,*

Fides, hoc loco pro voto continentiæ accepta.

Epiphanius, hæreſ. 48.) *damnationem habent: quæ vero non promiſerunt, ſed coniunctæ ſunt*, (in ſecũdis nuptiis) propter debilitatem, damnationem nõ habent. Hinc conſtitutiones Apoſtolicæ à Clemente conſcriptæ, Paulinam hanc de viduis, vel admittendis, vel repellendis conſtitutionem repetentes, hæc Pauli verba quaſi paraphraſticè hoc modo exponunt lib. 3. cap. 1. *Si iuniorem in viduali ſtatu conſtitueritis, & illa non ferens in iuuentute viduitatem nupſerit; dedecorabit gloriam vidualis gradus, & rationem Deo reddet: non quoniam ſecundas nuptias ſecuta eſt, ſed quoniam ſuam profeſſionem non ſeruauit, luxuriata Chriſto. Quare oportet non temerè facere profeſſionem, ſed cum conſilio & conſideratione. Præſtat enim eam non vouere, & non reddere.* Et hanc conſtitutionem Apoſtolicam à D. Paulo etiam conſcriptam recte intelligentes Patres Concilij Carthaginenſis 4. can. 104. inter quos erat Auguſtinus, ſic definitum reliquerunt: *Si qua vidua, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſita & matura ætate à viro relicta, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio Epiſcopi & Eccleſiæ, religioſo habitu apparuerint; poſtea vero ad nuptias ſæculares tranſierunt, ſecundum Apoſtolum, damnationem habebunt; quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt.* Hæc illi Patres.

Nec falſæ ſectariorum interpretationi fauent ea verba quæ ſubiicit Paulus, quibus viduas dicit *abiiſſe poſt Sathanam:* Nam *abire poſt Sathanam*, non ſolum contingit per apoſtaſiam, ſed per omne peccatum mortale; *luxuriari* autem *contra Chriſtum*, non poteſt ſignificare defectionem à CHRISTI fide, ſed ſcortari in iniuriam CHRISTI; cum *Abire poſt Sathanam, quid ſit.*

Apoſtolus dicit, eas viduas prius luxuriari in Chriſtum; & poſtea nubere velle. Verum de eorum numero ſunt Sectarij qui (vt ait Tertullianus, in præſcript. de hæreticis) *conuinci poſſunt, perſuaderi non poſſunt.*

XII. *Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.*

Otium viduæ taxatum. Inter cæteros incontinentium viduarum mores, *otioſas* eſſe dicit Apoſtolus. Otium autem, inquietudinis, curioſitatis, & loquacitatis originem facit: *Multam* enim *malitiam docet otioſitas*, ait Eccleſiaſt. 33. *Otij qualitates quæ ſint.* quæ, vt author eſt, in ſerm. quodam, Bernardus, *mater nugarum, nouerca virtutum, virium ſuffocatrix, ſuperbiæ nutrix, gehennæ eſt procuratrix.* Cum enim, Iobo authore, cap. 5. *homo ſit natus ad laborem*, tum piger, & negligens, à virtutis ſtudio, per deſidiam & torporem diſſueſcens, non ſolum mentis ſtupore laboret *Otium, parens vitiorum.* oportet; ſed vt in omne vitiorum genus abeat, neceſſe eſt. Sicut enim ferrum, & æramenta vſu clare- *Simile.* ſcunt, quæ per quietem æruginant, & obſcurantur: Ita humana ingenia, recta exercitatione, & honeſtis operibus plurimum ſplendent, & refulgent, quæ inerti otio hebetãtur, & iacent. Inde eſt, quod à rerum tam diuinarum, quàm humanarũ ſtudiis plurimum abhorreant, eò quod timeant ea ſibi factu impoſſibilia, quæ Dei, & hominum leges præſcribunt. Ex infirmitate namque ſua de aliorum virtute ſententiam ferunt: *Non putant*, ait Seneca, epiſt. 72. *deſidioſi, ab aliis poſſe fieri, quod ipſi facere non poſſunt.* Quæ cauſa eſt,

Digitized by Google

eſt, ſicut idem in Prouerbio loquitur, *vt in mille furias mens otioſa diſcurrat.* Vt enim inculta terra, lolium infœlix; ſic multitudinem vitiorum, deſes animus producit. Hinc *Eccleſ.* 33. cap. *Mitte ſeruum in operationem, ne vacet; multam enim malitiam docuit otioſitas.* Et Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, abundantia panis, & otium.* Parit etiam ſterilitatem, & inopiam, ſicut Prouerb. 28. dicitur: *Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate.* Quare rectè vocauit Seneca *otium, ſine literis mortem, & viui hominis ſepulturam.*

Otium parens inopia.

Dicit ergò Paulus, neceſſarium eſſe, mulieres otio deditas, ad diuerſa ferri, & diffluere: inſtabiles enim efficiuntur, quantum ad locum, quod eſt contra nominis *viduæ* etymon, ſignificans eſſe alligatam in domo, quia vt eſt in Prouerb. cap. 7. *Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidiantur.* Et, vt eſt apud Ieremiam cap. 14. *Diligunt mouere pedes ſuos, & non quieſcunt, & Domino non placent.* Et quia circa honeſta neceſſariaq́;, & vtilia non occupantur eiuſmodi viduæ, tum circumeunt domos, verbaq́; verbis accumulant, nunc compoſita, ſicut eſt apud Iob, cap. 16. *Nunquid finem habebunt verba ventoſa?* Et, vt eſt in Pſal. *Verba oris earum iniquitas, & dolus;* blandam eadem verba, ſæpe falſitatem, & aſſentatoriam duplicitatem continent, de quibus Prouerb. 16. ſcriptum eſt, quòd *fauus mellis, verba compoſita:* Et Prouerb. 18. *Verba bilinguis, quaſi ſimplicia.* Prauis enim mulieribus proprium eſt, vt multa loquacitate, dicacitateq́; abundent; de quibus Prouerb. 14. dicitur, *vbi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.* Et Eccleſiaſt. 20. quod, *qui multis vtitur verbis, lædit animam ſuam.* Sicut etiam de detractoriis, & mordacibus verbis Prouerb. 6. di-

Vidua circumforanea, ſeprehenſa.

Loquacitas mulierum.

Digitized by Google

cit Sapiens, quod *verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris.* Cum enim de omnium factis iudicium faciant id genus viduæ, impoſſibile eſt, quin *earum colloquia quaſi ignis exardeſcant,* ſicut cap. 9. Eccleſiaſt. eſt ſcriptum.

XIII. *Volo ergò iuniores nubere, filios procreare.*

Quomodo Paulus, iuniores nubere volit.

Voluntas Apoſtoli abſoluta non eſt, qua iuniores omnes viduas præcipiat ſine delectu nupturire, ſed eius præceptum comparatiuè eſt intelligendum, quemadmodum author eſt D. Hieronymus, in epiſt. ad Gerontiam; Quaſi diceret: Viduæ iuniores nuptui potius tradantur, quàm voueant continentiam, ſi ſe conſtanter non poſſe continere ſentiant. Nam & eiuſmodi incontinentiam multa alia conſequuntur incommoda, ſpirituale nempe adulterium, otioſitas, domuum circumcurſationes, dicacitas, detractiones, animorum diſſenſiones, & aliorum ſpiritualium damnorum occaſiones mille; quibus aliis nocendi, Diabolo ſeges & materia ſubminiſtrantur. *Iſtud,* inquit Chryſoſtomus in comment. huius loci, *dicit, non quod adoleſcentulas viduas eſſe nolit, ſed quod adulteras eſſe vetet, nolens eſſe otioſas, & loqui, quæ non decent; ea cauſa ſublata, non prohibet iuniores viduas.*

Incontinentia damna.

Ad eundem modum, Græcorum ſcholia hunc locum interpretantur, & addunt: Volo iuniores viduas nubere, ſcilicet ante votum. Se ipſas Chriſto non deſpondeant, inquiunt, & ita nubant: hoc enim peccato vacat; illud autem impium eſt, & ſceleſtum. His conſentiens Auguſtinus, lib. de bon. viduit.

duit. cap. 13. & 14. ſicut & D. Hieronymus, loco citato, propter has, aiunt, quæ fornicatæ ſunt, in iniuriam viri ſui Chriſti, vult Apoſtolus alterũ matrimonium; præferens bigamiam fornicationi, ſecundum indulgentiam duntaxat, non ſecundum imperium.

Caluini ſuggillatio in vitam monaſticam, & moniales.

Ex quibus fit perſpicuum, quàm malitioſè Caluinus, Eccleſiæ inſtituta in hanc Pauli legem peccare mentiatur, quibus ad diſciplinæ cœleſtis collegia (quæ monaſteria vocamus,) caſtimoniæ, & puritatis votum probatas adoleſcentulas admittit; quia hoc Apoſtoli decretum de reiiciendis iunioribus viduis, atque etiam virginibus, ex certa cauſa pronuntiatum eſt, vt dictum; qua ſublata vim habet nullam. Quod pulchrè explicat Ambroſius, in lib. 3. de virginibus: *Aiunt*, inquit, *plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas: neque ego abnuo ſacerdotalis eſſe cautionis debere, vt non temerè puella veletur. Spectet plane, ſpectet ætatem ſacerdos; ſed fidei vel pudoris: ſpectet & maturitatem verecundiæ: Examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animos caſtitatis. Tum deinde ſi matris tuta cuſtodia, comitum ſobria ſedulitas: Si hæc præſto ſunt, non deeſt virgini longæua canities. Si deſunt, differatur puella moribus quam annis adoleſcentior. Non ergo ætas reiicitur florentior, ſed animus examinatur. Et certè Teclam nõ ſenectus, ſed virtus probauit.* Et paulo infra. *Nec mirere in adoleſcentulis profeſſionem, cum legeris in paruulis paſſionem: ſcriptum eſt enim* (Pſalm. 8.) *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. An dubitamus ſi eum vſque ad continentiam ſequatur adoleſcentia, quem vſque ad mortem confitetur infantia? Et quaſi incredibile putamus, ſi puellæ nubiles Chriſtum ſequantur ad regnum, quem etiam pueri ſequebantur in deſertum*, &c.

(Matth.

(Matth. 14.) Hæc Ambroſius, qui tum allatam Caluini calumniam, tum etiam impium Lutheranorum dogma apertis verbis refellit ac refutat, dum docet, virgines etiam iuniores laudabiliter Deo, emiſſo prius perpetuæ ſeruandæ cõtinentiæ voto, dicari, ac velari; quod tamen monaſticæ vitæ oſores & calumniatores Lutherani, contra apertam ſcripturæ & SS. Patrũ ſententiam, non licere mentiuntur.

Nec huic ſententiæ quicquam officit, quod ſcribit Cyprianus, in epiſt. ad Pomponium, de virginibus Deo dicatis, quæ cum maſculis dormiſſe fuerant deprehenſæ: *Quod ſi ſe*, inquit, *ex fide Chriſto dicauerunt, pudicè & caſtè ſine vlla fabula perſeuerent: Si autem perſeuerare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt vt nubant, quàm vt in ignem deliciis ſuis cadant: Melius eſt enim nubere, quam vri*: Non enim eſt ſermo, B. Martyri de virginibus poſt editum votum; ſed hoc dicit, cum virgines Deo caſtitatem ſpondent, ſi eo animo ſpondent, vt in ſancto propoſito perſeuerare velint, reſiſtant fortiter libidini: Sin autem non eſt eis animus perſeuerandi, vt nubant: *Non enim*, inquit, *vetabuntur nubere, ſi ſe continere non poterunt.*

Virgines, edito caſtitatis voto, matrimonij incapaces.

Simile eſt, quod Gelaſius ait; *vti viduæ, ſi fortè continere non poterunt, nullatenus nubere vetabuntur; ſic habita ſecum deliberatione, promiſſam Deo pudicitiæ fidem debent cuſtodire.* Apoſtolica ſiquidem traditione à Clemente Romano lib. 3. Apoſtolic. Conſtit. de huiuſmodi viduis dicitur, *ſi iterum nubere, poſt promiſſionem velint, eſſe ſceleratum, non propter ipſum coniugium, ſed propter mendacium.* Legatur ea de re, quem ſupra in medium protulimus, Concilij quarti Carthaginenſis 4. Canon.

Legi-

Legitimum porrò matrimonij vſum expreſſit, adiungendo, *ſe velle, vt filios iuniores viduæ procreent.* Inter alia namque, quæ matrimonium exornant, proles eſt, quemadmodum lib. 9. ſuper Geneſ. ad literam cap. 7. inſinuat Auguſtinus: *Quod bonum habent*, inquit, *nuptiæ, peccatum eſſe nunquam poteſt. Hoc autem tripartitum eſt; Fides, proles, ſacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera, vel altero concumbatur? In prole autem, vt amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religiosè educetur: In ſacramento verò, vt coniugium non ſeparetur, & dimiſſus, aut dimiſſa, ne cauſa quidem prolis, alteri coniungatur. Hæc eſt*, ſubiungit, *tanquam regula nuptiarum, qua vel naturæ decoratur fœcunditas, vel incontinentiæ regitur prauitas.* Hæc Auguſtinus.

Matrimonij legitimus vſus, qui ſit.

Bona matrimonij tria.

Quod autem proles, bonum ſit ex ſe maximum, inde fit euidens, quod illius procreatione, humana ſocietas tùm augeatur, tùm conſeruetur: Quæ cauſa fuit, quod Hadrianus Imp. feratur dixiſſe, malle ſe imperium ampliari hominum adiectione, quàm pecuniarum copia; quemadmodum Paulus IureConſultus teſtatur in L. vltima §. Fraudis. ff. de bonis damnatorum. Refert etiam Ariſtoteles, lib. 2. Politic. cap. 7. eum, qui Spartiatarum Rempub. legibus conſtituit, Spartiatas propoſitis præmiis adhortatum eſſe, vt quàm poſſent plurimos filios procrearent, quò numerus Ciuium illius Reipub. magis augeretur. Accedit etiam, quod ex matrimonij lege ſuſcepti liberi, legitimi, hoc eſt, ad publicas dignitates, & officia, quæ honeſtatem requirunt, in Repub. reddantur idonei. Quid? quod veræ fidei, & religionis cultores educētur? quod olim ſanctis illis Patriarchis, cum vxores

Proles, quantũ matrimonij bonum.

Hadriani Imp. dictum.

Spartiatarum in procreanda prole ſtudium.

Hhh duce-

Digitized by Google

ducerent, propoſitum fuiſſe, ex ſacris literis ſatis apparet. Quare Angelus, cum Tobiam cap. 6. admoneret, quo pacto mali *Dæmonis* vim poſſet repellere: *Oſtendam*, inquit, *tibi, qui ſunt, quibus præualere poteſt Dæmonium: Hi namque, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus; habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos.* Deinde ſubiecit: *Accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis conſequaris.* Quod quidem tanti fecit Apoſtolus, ſuprà cap. 2. vt diceret; *Saluabitur mulier per filiorum generationem:* quod tamen non de procreatione ſolum, ſed de educatione & diſciplina, qua filij ad pietatem erudiuntur, intelligendum eſſe, patet ex iis, quæ (ſecundum aliquorum lectionem) in eum locum cōmentantes diximus ſicut ſtatim ſubdit Apoſtolus: *ſi in fide* (filij) *permanſerint.* Monet enim Eccleſiaſtes, cap. 27. *Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.*

Matrimonium quo ſine ſuſcipiendum.

Filiorum liberalis educatio.

XIV. *Matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.*

Eſſe matremfamilias, iuxta Pauli mentem idem eſt, ac, rite prudenterq; familiā adminiſtrare. Senſus ergo eſt: Iuuéculis viduis veritum volo, ne domatim hinc inde diuagantes diſcurrant, ſed earum quælibet potius ſingularem familiæ curam gerant, Oeconomiā diligenter curent, quæ domi gerenda ſunt diſpiciant; vt & ſibi, & domeſticis ita præſint, ne cui ſint vel offendiculo; vel maledicendi ſeu calumniandi Chriſtianis, infideli cuiquā anſam præbeant. Ea ſiquidem pro-

Matremfamilias eſſe, quid Paulo.

probitate & innocentia, cultorum Chriſti vita relucere, in primitiua Eccleſia, debebat, vt ex ea tanquam ex ſpeculo, poſſent alij ſumere occaſionem glorificandi patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. *Voluntas* enim *Dei eſt*, ait Apoſtolorum princeps, 1. Petr. 2. *vt benefacientes, obmuteſcere faciamus imprudentium hominum ignorantiam.* Et paulò antè: *Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam, conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam: vt in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis:* Nam vt peregrinos ab omnibus abſtinere oportet, quæ nimium grauant, ita nos orbis huius incolas & peregrinos, qui meliorem patriam, & manentem ciuitatem inquirimus, à carnalibus deſideriis, quæ animam grauant, & aduerſus illam militant, abſtinere oportet.

Chriſtianorum exemplaris vita, in primitiua Eccleſia.

Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro Sathanam. XV.

Dicuntur eæ viduæ *conuerſæ retro Sathanam*, quæ caſtitatis voto neglecto, Diaboli veſtigiis, per Apoſtaſiam, inſiſtentes, *primam fidem*, ſicut antè dixerat Apoſtolus, *fecêre irritam:* Sicut enim Sathanas in veritate, in qua à Deo conditus fuerat, nec ſtetit, nec perſeuerauit; ſed ad mendacia, & dolos conuerſus, à gratia diuina excidit; ita promiſſi Deo facti, oblitæ illæ viduæ, carnales delitias & voluptates, quibus valedixerunt, rurſus ſectando, à vitæ æternæ tramite deflexerant.

Viduæ retrò Sathanam conuerſæ, quæ ſint.

Vox *Sathanas*, aduerſarium ſignificat, 1. Petr. 5. ſiue

Sathanas quid ſignificet.

Digitized by Google

Aduerſarius quis ſit.

etiam *calumniatorem* aut *criminatorem*. Aduerſarius porrò, ex proprietate latini ſermonis, non ſolum is eſt, qui quoquo modo alteri aduerſatur, aut repugnat, ſed etiam, qui in iudicio aduerſus nos contendit, qui nobis litem intendit, & noſtræ cauſæ contradicit; quæ nominis proprietas ex illo conſtare poteſt Matth. 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat aduerſarius te iudici.* Eadem autem eſt vis, & ſignificatio calumniatoris, Diaboli, & malitioſi criminatoris. Cum ergò non tam viribus ad nocendum, quàm malitia ac mendacio, & fraude ad decipiendũ valeat Dæmon, non tam hominibus aduerſatur viribus, quàm calumniis, & criminationibus falſis. Atque in eo peculiariter, mendacij & falſæ criminationis verus author & pater eſſe cognoſcitur, quod cum viduis ad peccandum author ſit ad primam fidem irritandam; deinde peccati, ad quod ipſas incitauit, reas agit; veri quidem peccati, falſus tamen, & malitioſus criminator. Vbi namque angeli conueniunt, acturi de rebus hominum procurandis & promouendis, ille adeſt continuò pro ſuo Sathanæ munere, vt aduerſetur & obſiſtat; Cum ſubſellia, & iudicium aperiuntur & parantur, adeſt aduerſarius pro ſuo Diaboli officio, &c.

Diabolus, mendacij, falſæq; criminationis pater.

Diabolus humanæ ſalutis aduerſarius.

Ex quibus conſtat, quomodo viduæ illæ *poſt Sathanam abierint, quæ in delitiis manent, & viuentes mortuæ ſunt*, de quibus apud Lucam, cap. 9. loquens Dominus: *Nemo*, inquit, *mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei*: Super quæ verba Gregorius, homil. 3. in Ezech. *Manum*, inquit, *ad aratrum mittere, eſt quaſi per quendam compunctionis vomerem, ad proferendos fructus, terram ſui cordis aperire: ſed retrò*

Manum ad aratrum mittere, quid?

retrò poſt aratrum reſpicit, qui poſt exordia boni operis, ad mala reuertitur, quæ reliquit. In quam etiam ſententiam, apud eundem Lucam cap. 17. idem Dominus: *Memores*, ait, *eſtote vxoris Loth*; Nam (vt ait Rupertus in Geneſ.) vxor Loth, in ſtatuam verſa eſt, non marmoream, ſed ſalis, vt exemplum fieret & condimentum, vnde alij ſalirentur. Reſpexit illa retrò, verſaq; eſt in ſtatuam. Caue ne retro reſpicias; id ſi facias, hominis potius ſtatua, quàm homo eris: Statua ſtat, nec mouetur vlterius; ſic is, qui retro reſpicit, in cœli conſiſtit via, nec currit. Nos autem vult Paulus 1. Cor. 9 currere: *Sic currite, vt comprehendatis.* Qui currit, retrò minime reſpicit; ſi curris vt cœleſte præmium complectaris, ne retrò ad mundana faciem conuertas: ad diuina potius, & cœleſtia animum intende, teq; ipſum extende. iuxta illud Pauli ad Philip. cap. 3. *Vnum autem (quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ priora ſunt extendens meipſum) ad deſtinatum perſequor*, &c. Pauli namque oculi, vt ad cœleſtia bona erant directi, ita à terrenis viſionibus arctati, eò quod terrenarum rerum viſionibus animi ineſcentur, vt author eſt Clemens Alexandr. lib. 2. Stromat. cap. 2. *Dæmones*, inquit, *& pulchritudines, & glorias, & voluptates, & eiuſmodi ineſcantes viſiones, iis, quæ facile ſeduci poſſunt, animabus protendunt. quemadmodum qui pecora abigunt, eis frondes porrigunt. Oſtenſis frondibus trahuntur pecora; oſtenſis terrenis rebus, honore, gloria, pulchritudine, diuitiis, atque voluptatibus, trahuntur ad peccatum Chriſti ciues. Ramum viridem oſtendis oui*, ait Auguſtinus, tract. 26. in Ioan. *& trahis illam. Eundem in modum terrena ſi aſpicias, iiſq; oblecteris, traheris: trahit enim ſua quemque voluptas.*

Retrò reſpicere quid ſit.

Vxor Loth, in ſtatuam ſalis conuerſa.

Terrenorũ viſa ad ineſcandos hominum animos.

Simile.

viduas; quæ nos imitari par eſt. Solius viduæ Sarepthanæ filium ſuſcitauit Elias 3. Reg. 17. Elizæus viduæ illi, de qua liber 4. Regum cap. 4. inopiam miraculo olei multiplicati ſubleuauit. D. Petrus, Act. 9. precibus viduarum flexus, puellam Dorcadem vitæ reſtituit. Legantur Deuteronomij præcepta de iuuandis viduis. Sanè Paulus, verarum viduarum cauſa, videtur paſſim etiam propriis manibus laboraſſe, collectas inſtituiſſe ad commune omnium ſubſidium, &c.

Exempla miſericordiæ in viduas.

XVII.

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt; maximè qui laborant in verbo, & doctrina.

Presbyteri nomen, quid hic.

Presbyter hoc loco, ordinis & dignitatis; non ætatis vox eſt, quemadmodum ex adiuncto verbo (*præſunt*) colligitur. Vt enim, ſenes & longæui, aliis prudentiores, communi hominum opinione, exiſtimantur; ita qui ad *E*ccleſiæ gubernandæ clauum adhibentur, cum ſingulari prudentia itidem pollere debeant, rectè vocantur *ſeniores*; ſicut & Actor. cap. 20. maiores natu *E*ccleſiæ; multo nempe rerum multarum vſu, atque experientia exercitati. Rectè ſiquidem dixit Iob, cap. 12. *in antiquis eſſe ſapiētiam, & in multo tempore prudentiam*, rerum ſcilicet diuinarum, atque humanarum ſcientiam, ſiue acutam, acremq́ue quandam cognitionem, qua res quæque intimè cognoſcuntur cuiuſmodi ſint, & quantum ab aliis differant; quæ omnia in diuinam cognitionem perfectiſſimè conueniunt.

Eccleſiæ Rectores, rectè ſeniores vocari.

Nec ſola Presbyterorum experientia contentus

eſt

Digitized by Google

Fides & diligentia in preſbytero neceſſaria.

eſt Paulus, ſed fidem etiam ſingularem, & diligẽtiam ab iiſdem exigit: ideò adiunxit; *qui bene præſunt*, vt ſcilicet rectè & fideliter ſingula dirigant, & adminiſtrent; Deì nempe honorem, & populi ſalutem, atque vtilitatem, non proprium quæſtum, & vtilitatem (1. Theſſal. 1. 1. Cor. 16) priuatam ſpectantes, ne ſeipſos potiùs, quàm gregem paſcere videantur. de quibus Hieremias cap. 13. *Ezechiel*, cap. 34. & Paulus Epheſ. cap. 4. *E*iuſmodi ergò Presbyteros cenſet Paulus duplici, hoc eſt, magno, abundãti, & plurimo honore, id eſt, præmio, & mercede dignos. Cum enim vox *duplex*, phraſi ſcripturæ variè obuia ſit, hic pro affluenti, & copioſo ſumitur, ſicut de Iob, cap. 42. ſcriptum eſt, quod eius tribulationibus & calamitatibus exitu terminatis, *addiderit Dominus omnia, quæ ipſius fuerant duplicia.* Et *E*ccleſ. 20. de largitorib. eleemoſynarum: *Eſt datum, cuius retributio duplex.* Et Deuter. 21. *Quod ipſi* (primogeniti) *dabunt de bonis patris ſui, cuncta duplicia.*

Duplici honore dignum eſſe, quid ſit.

Honor in quo conſiſtat, & quid honorare, in ſcripturis.

Vocabulum *honor*, ſcripturæ loquendi modo, non in ſalutationibus, officiisq́; deferendis, & reuerentiæ exhibitione, ſed vel in eleemoſynis, & neceſſariis ſubſidiis ſuppeditandis maximè conſiſtit. Neque enim verbum *honorare*, amorem, obſeruantiam, cultum, & obedientiam duntaxat complectitur, ſed & eorum, quæ victus ſunt, ſubminiſtrationem comprehendit, vt Prouerb. 3. *Honora Dominum de tua ſubſtãtia*; Quod Chriſti teſtimonio cõprobatur, qui Phariſæorum impietatem redarguens; *Quare & vos*, inquit, *transgredimini mandatum Domini propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit: Honora patrem, & matrẽ:* Et: *qui maledixerit patri & matri, morte moriatur: vos*

autem

autem dicitis; Quicumque dixerit patri, vel matri; munus, quodcumque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram, Matth. 15. Vult ergò, bonis & ſolertibus Eccleſiæ prælatis Apoſtolus, abundanter neceſſaria ſubminiſtrari, quo liberè munus illud ritè exequi poſſint, ad quod ex Dei vocatione, Eccleſiæq; ordinatione ſunt vocati.

Eccleſia Rectoribus neceſſaria ſubminiſtranda.

Mandat autem Paulus, non tituli aut dignitatis, aut gradus duntaxat ratione, Eccleſiaſtica ſtipendia, indifferenter erogari, ſed attenta potius laboris, officij & vigilantiæ conditione: Quaſi luculenta iis demum ſtipendia, præmiaque deberi decerneret, qui populum ſcientia, & doctrina paſcunt. Eam enim ob cauſam *alios dedit Dominus Apoſtolos, alios prophetas, alios paſtores, & doctores,* qui verbum vitæ annuntiarent, *ne circumferremur, tanquam paruuli fluctuantes, omni vento doctrinæ,* ſed firmo fidei fundamẽto adhærentes *coædificaremur in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto,* Epheſ. 4. 2. Petr. 1.

Ex quibus fit euidens, quanti momenti in ſe onus ſuſcipiant, qui aliis in Eccleſia præeſſe volunt; illis nempe in populi Chriſtiani inſtitutione ante omnia obſeruanda ſunt, audientium ætas, ingenium, mores, conditio, vt omnibus omnia efficiantur ij, qui docendi munus exercent, vt & *omnes Chriſto lucrifaciant, & ſeipſos fideles miniſtros, & diſpenſatores probare poſſint, ac veluti ſerui boni, ac fideles,* digni ſint, *qui ſuper multa conſtituantur à Domino,* 1. Corinth. 9. 2. Corinth. cap. 4. Matth. 25. Quod ipſum Apoſtolus in ſeipſo omnibus obſeruandum indicauit, cum ad Rom. cap. 1. dixit, ſe *Græcis & barbaris, ſapientibus, & inſipientibus,*

Qui Eccleſiæ Rectores eſſe volunt, quantum in ſe recipiant oneris.

Habentium curam animarũ doctrina qualis eſſe debeat.

debitorem eſſe, vt videlicet intelligerent, qui ad hoc miniſterium vocati ſunt, ita in tradendis fidei myſteriis, ac vitæ præceptis, doctrinam ad audientium ſenſum, atque intelligentiam accommodari oportere, vt cum eorum animos, qui exercitatos habent ſenſus, ſpirituali cibo expleuerint, interim paruulos fame perire nõ patiantur, panemq; petentibus in neceſſitate filiis frangere non deſiſtant. Meminiſſe itaque Presbyteros, & eos maxime oportet, qui animarum curæ præpoſiti ſunt, ad ſe pertinere hanc Pauli, & cap. 4. admonitionem; *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ*, de qua ſupra cap. 4. *Eſt enim teſte Apoſtolo*, 1. Timoth. 3. cap. *omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Eis enim præcipuè honor debetur, qui laborant in verbo prædicationis, *lucentq; in medio nationis prauæ, & peruerſæ ſicut luminaria in mundo, verbũ vitæ continentes in diem Chriſti.* Philip. 2. hoc eſt, quibus ſtudio eſt res iſta, vt puram doctrinam Euangelicam aliis tradant, eoſq; erudiant, ſicut & Coloſſ. cap. 3. ſcriptum eſt: *Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docentes*, &c. Hoc eſt autem, quod cap. 3. per Hieremiam prædixit Dominus, ſe *daturum paſtores iuxta cor ſuum, qui paſcent vos*, inquit, *ſcientia, & doctrina*; quod in noua lege ad Epiſcopos, & paſtores præcipue ſpectat.

Honor, Verbi diuini prædicatoribus exhibendus.

XVIII. *Dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti.*

Doctrina diuinitus reuelata, & quicquid Spiritu ſancto dictãte ſcriptis traditum eſt, generali *ſcripturæ* nomi-

nomine intelligitur; ſic dicta, quod ſola ea, quæ ſunt huiuſmodi, ſcriptione digna ſint & lectione. Huius verò nominis origo deduci poſſe videtur, à tabulis illis legis, quas proprio ſuo digito Deus ſcripſit Exod. 32. vt quemadmodum dicitur lex ipſa *Dei ſcriptura*, omniſq; ſcriptor ſacer *eſt veluti calamus Dei ipſius ſcribæ velociter ſcribentis*, Pſal. 44.: ita etiam quæcumque eodem ſpiritu ac fine ſcripta ſunt, abſolutum tale nomē mereantur; quaſi alia omnia, quæ fere ſcatent vel erroribus, vel ſunt de rebus inanibus, ſcribi, vt extènt ad poſterorum memoriam non debuerint. Ampliſſimi igitur honoris dignitate & corporali ſuſtētatione dignos eſſe Præſules, & Presbyteros, probat ex ſcripturę, *Deut.* cap. 25. authoritate: Vbi Moyſes præcipiebat, vt boues circumacti, ad ſegetes in area poſitas cōterendas, ore libero, & non frænato, ſeu obligato, in quo laborabant, licenter comederent; ad morem Paleſtinorum alludens, qui circumacto iumento, triturabant. In quo quidem præcipiendo, aliud Moyſes intendebat, quemadmodum, 1. Corinth. 9. idem noſter Paulus explicat; non quia Deo boues curæ non ſint, cum eius prouidentiæ, cuncta ſubiaceant (*qui enim dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum* etiam boues curabit) ſed quia Deo tanta cura non eſt de iumentis, quanta de hominibus vtiliter & fructuosè laborantibus. Nec eſt ſcripturæ inſolens, *boum* nomine, verbi diuini prædicatores intelligere, quemadmodum author eſt D. Gregorius, in illa verba Iob, cap. 1. ſcribens: *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur.* Non abs re enim bobus Presbyteri, Doctores, paſtoreſq; circa frequēs Eccleſię miniſteriū ſatagentes, comparātur. *Quid.* n. inquit Cicero, lib. 2. de Natur. *de bobus loquar, quorū ceruices*

Quid ſit ſcriptura.

Scriptura nominis origo.

Quo ſenſu dixerit Moyſes, Os bouis triturantis non eſſe alligandum.

Prædicatores, boum nomine in ſacris literis deſignati.

Digitized by Google

documentis, ſubditi nutriuntur, impinguantur, & paſcuntur: In quem ſenſum ab Ezechiele dictum eſt, quod *oues paſcantur à paſtoribus*; *Vbi* namque *non ſunt boues, præſape vacuum eſt,* ait Sapiens, Prouerb. 14. De bobus igitur lex hoc loco in medium adducta, per Metaphoram & ſimilitudinem, figurat hominem in officio laborantem non prohibendum, quin inde viuat. Vnde conficitur, Doctoribus, paſtoribus & prædicatoribus (qui per aſſiduas rerum ſacrarum meditationes, lucubrationes, ab operibus manuum exterioribus prohibentur) non eſſe neganda ad honeſtam vitæ ſuſtentationem neceſſaria; ſed partim à publico Eccleſiæ ærario, partim ab iis, pro quorum ſalute operantur, iis eſſe eroganda, quæ ſtatui ipſorum & dignitati conueniunt. Qua de re legatur Auguſtinus, lib. 2. de doctr. Chriſtian. cap. 10. & in Pſal. 145. & Hieronymus in illud Eſaię cap. 30. *Taurus & boues.* Ambroſius in hunc locum. Obſerua tamen diligenter quod ſicut bos, ore minimè alligato triturat; ſed cibi parum carptim ſumit; ſic bos euangelicus, multò plus laboris, quam cibi debeat ſumere, &c.

Doctoribus & prædicatoribus cibus ſuppeditandus.

Et; dignus eſt operarius mercede ſua. XIX.

Græci omnes, & pleriq; Latini, ex Matthæi, & Lucæ Euangeliis hoc teſtimonium eſſe ſumptum exiſtimant; cuius ſenſus eſt idem, qui ſententiæ ſuperioris, nempe Doctorem & prædicatorem ab his, quibus inſtituendis ipſe operatur, ſibi ad vitam neceſſaria recipere debere. Viderint proinde non laborantes, an iuſtè ſuſtentationem à ſubditis exigant, cum 2. Theſſ. 3. ſcriptum ſit: *Qui non laborat, non manducet*, cum è contrà Dominus Ioan. 4. dicat *eum, qui*

Doctores & prædicatores ſuſtentatione digni.

Digitized by Google

Prædicatores meſſoribus, cõparati; quæ illorum ſeges, area, horreum.

metit, mercedem accipere. Meſſores dicuntur, qui animarum ſegetes in aream, horreumque Chriſti deferunt. Area, Eccleſia eſt, in quam per baptiſmum homines importantur: horreum verò eſt cœlum: In area tentationibus triturantur, in horrea à palea, id eſt, improbis hominibus ſeparati probi, ſempiterna quiete, ac beatitudine perfruuntur. Sed quæ horum meſſorum merces eſt? Duplex quidem. Vna temporalis victus, de qua Dominus Luc. 10. & hoc loco Apoſtolus. Et B. Gregor. Iob, 29. *A bonis*, inquit, *prædicatoribus, non cauſa victus prædicatio impenditur, ſed cauſa prædicationis accipitur victus.* Vnde Paulus, 1. Corinth. 9. *Si nos*, inquit, *vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Iuſtum autem eſſe, hanc reddi mercedem operarijs, probat Paulus ſimilitudine militis, paſtoris, & illius qui vineam plãtat. *Quis*, inquit, *militat ſuis ſtipendiis vnquam; quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat?* Vt enim miles ſtipendio; paſtor ouium, lacte; qui vineam plantat, vineæ fructu; ſic meſſor, & operarius Euangelicus ſua mercede paſcitur. Obſerua tamen quod Chryſoſt. in hũc locum ſcribens obſeruauit. *Neceſſarium*, inquit, *quærit Paulus tantum, non ſuperfluum. Non enim dixit. Quis militat & non diteſcit; ſed: Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Neque dixit; Quis plantat vineam, & non colligit aurum, aut totum fructum vindemiat? ſed, de fructu eius non edit? Neque dixit: Quis paſcit gregem, & non vendit agnos? ſed: Et de lacte gregis non manducat.* Rectè quidem non de agnis, ſed de lacte locutus eſt, vt oſtenderet paruo lucro magiſtrum contentum eſſe oportere, & ſolo victu neceſſario. Vnde Auguſtinus

Prædicatorum merces duplex. Prima. Temporalis.

Mercedem temporalem Prædicatoribus ex iuſtitia deberi.

ſeim

ſerm. de paſtoribus cap. 2. *Accipiant*, inquit, *paſtores ſuſtentationem neceſsitatis à populo, mercedem diſpenſationis à Domino. Non enim idoneus eſt populus reddere mercedem illis, qui ſibi in charitate Euangelij ſeruiunt. Non expectent illi mercedem, niſi vnde & iſti ſalutem.* Licet autem ipſe Paulus 1. Cor. 9. miniſtrorum legis veteris exemplo, probet dignos eſſe operarios Euangelicos ſua mercede: (*Neſcitis*, ait, *quoniam, qui in ſacrario*, id eſt, templo, *operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? & qui altari deſeruiunt, cum altari participant?* quia ſcilicet ex ſacrificiis pars miniſtris cedebat in edulium, qua de re legatur Leuit. cap. 6. & 7. & Deuteron. cap. 18.) veruntamen hac mercede Paulus frui noluit, quemadmodum ex eodem 9. cap. patet.

Altera Eccleſiaſticorum miniſtrorum merces, non temporalis eſt, ſed æterna; nimirum ſumma in cœlo gloria: Matth. 5. *Qui fecerit, & docuerit*, ait Dominus, *hic magnus vocabitur in regno cœlorum*. Magnus inquam, quia magna gloriæ mercede donabitur. Et Daniel. cap. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Inde eſt, quod *gaudium ſuum coronamq; ſuam* vocet Apoſtolus Philippenſes, in epiſtola, quam ad illos ſcripſit, 4. cap. eò, quod tum gaudiũ, tum coronam cœleſtem omni pretioſo lapide exornatam, labor in culturam ipſorum impenſus ipſi attulerat. Atq; hanc mercedem potiſſimum ſpectant veri Eccleſiæ paſtores: Neq; enim prædicator, vel doctor temporalibus bonis ſuum laborem commutare debet: cum, gratis annuntiãdo Euangelium, à Deo mercedem expectet. Hinc Gregorius, in ſeq. verba Iob, 21. *Conſilium impiorum longè ſit à me: Quod eſt*, inquit, *ini-*

2. Merces prædicatorum, ſpiritualis.

Merces æterna Doctori attendenda.

Digitized by Google

tis paſtoribus, & iis, qui nihil faciunt, nihil debeat dari: ſed quicquid datum eſt, vel legatum pauperibus, vel religioſis ac ſacerdotibus, ſpe quidem orationis, non autem intentione obligandi eos ad orationem, hoc totum eorum eſt, etſi non orent: Nec poſſunt laici ad libitum ſuum, etiam indignis, decimas Eccleſiaſticas ſubtrahere (quia ipſorum legitimi iudices non ſunt) ſed vbi hoc legitimè ſuperioribus conſtaret, tunc poſſent ſubtrahi iuxta 18. articulum Wicleffij in Concil. Conſtant. ſub Martino V. damnatum.

Paſtoribus, etſi cantis, & nihil facientibus, decima nō ſubtrahenda, &c.

Aduerſus Presbyterum, accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. XX.

Æquum erat, vt cum Paulus egiſſet de multiplici Presbyteroum bonorum honore, hic etiam de malorum correctione aliquid adiungeret: Neque enim ætatis eſſe vocem *Presbyteri*, prout plerique Græci exiſtimant, arbitramur; ſed ordinationis, prout ſentiunt Latini, & ex Græcis aliqui, cenſemus. Pauli igitur mens eſt, vt id honoris ordini Epiſcoporum ac Presbyterorum deferre velit Timotheus, ne pro tribunali ſedens, contra eos accuſationem admittat ad cauſam audiendam, niſi hac conditione, vt teſtes ex conditione, natura, vita cōſiderentur an ſint idonei, quemadmodum ex Iſidoro addit Anſelmus. Licet verò aliorum inferiorum accuſationem, non pauciorum teſtimonio videatur admittere vtraque Dei lex; (Daniel. 17. 19. Matth. 18. Ioan. 8. 2. Cor. 13. Hebr. 10.) videri poterat Paulo, id de ſacris miniſtris non

De malorum Presbyterorum accuſatione.

Digitized by Google

ſufficere: ſed *conſiderandum eſt*, inquit D. Thomas, *aliud eſſe accuſationem recipere, aliud accuſatum condemnare*: hoc Iudex non debet, niſi reum teſtibus conuictum, aut ſponte confeſſum, quemuis etiam hominem. In ſacerdotem verò, nec accuſationem quidem, niſi ſit euidens, debet audire. Hinc tantus olim teſtium delectus, & numerus in Cardinalium & S. R. E. Presbyterorum accuſatione eſt habitus, nempe propter eiuſdem Eccleſiæ dignitatem, tum quia tales Presbyteros inſtituere debeat, quorũ ſanctitati plus debeatur, quàm multis teſtibus; tum etiam, quòd alios iudicaturi, multos habeant aduerſarios; tum denique quia ex eorum condemnatione, de illius Eccleſiæ tum authoritate, tum dignitate, hominum opinioni derogaretur. Quod periculoſius eſt, quàm aliquem tolerare peccantem, niſi valdè publicum manifeſtum, & ſcandaloſum. D. Thomas 22. quæſt. 70. art. 2. ad 3. Panormitanus, Cap. *Licet vniuerſis*, de Teſtibus & atteſt. lib. 2. Decret. Gratianus cauſa 2. quæſt. 4. ad 7.

Cur tantus teſtium delectus Romæ habitus in accuſatione Cardinalium, aut presbyterorum.

Quæ diximus, Caluino & Magdeburgenſibus, Orthodoxos ſubſannantibus (quod Papatus multis ſuum Clerum priuilegiis muniuerit, vt liberius poſſent viuere) hæc non fauent. Quæ enim ipſi in medium proferunt decreta, vel nullius planè ſunt ponderis, vel ab homnibus Hæreticis non intelliguntur. Quæramus (inquit Turrianus lib. 3. contra Magdeburg. pro epiſt. Pontif. cap. 13.) quid eos (Hæreticos) interdictio maleuolæ obtrectationis, & iniquæ accuſationis Epiſcoporum tantopere vrat? Scilicet hæc eſt cauſa, quia cum ipſi ſemper contra Pontificem loquantur, nec illud putent metuendum, quod Domi-

Hæreticorum odium in priuilegia Clericorum.

Hæreticorum erga Pontificẽ odium.

Dominus Numer. 12. dixit: *Quare non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi?* ſtudent, vt omnes idem faciant: & ſi quid contrà à noſtris caueri vident, reprehendunt cautiones & decreta; imò nihil eſt apud iſtos ſanctius, maledicentia & obtrectatione noſtrorũ ſacerdotum. Vt cum cæteris omnibus, quæ propria ſunt Hæreticorum, quæ SS. Apoſtoli in epiſtolis ſuis notarunt, hoc quoque iſtis maximè conueniat, quod Apoſtolus 2. Tim. 3. illis Hæreticis tribuit, qui *nouiſſimis temporibus futuri erant, qui iam exierunt, eſſe* ſcilicet *criminatores.*

Quare cautum ſit, ne ſubditi paſtores facile in iudiciũ deferant.

Cauſa autem, cur tam diligẽter cauerint poſt Apoſtolos, SS. Pontifices, ne ab cuibus paſtores accuſarentur, erat, quòd illius temporis Epiſcopis ſanctiſſimis, eorumq́; ſimilibus, aduerſus improborum hominum criminationes iniquas, & ex propria temeritate proficiſcentes, cauebant; inter cæteros verò Fabianus Papa, & martyr ſtatuit, vt Epiſcopi, aut nunquam accuſarentur, aut difficillime accuſari permitterentur, nam S. Eutychianus Papa & martyr teſtatur, ſi accuſatio Epiſcoporum tam facile, & paſſim admitteretur, perpauci nimis inuenirentur, qui pro tempore Epiſcopatum non fugerent, cum quotidianam mortem ex perſecutione timerent, neq; tamen improborum accuſationem declinare poſſent.

Sectariorum odium in Pontificem.

Sed ea impiorum ſectariorum in Pontificem eſt inuidia, id odium, & maleuolentia, vt cum tempora diſtinguere nolunt, iura concordare non poſſint, vel nolint, ſicut ante octingentos, & plures annos diſtinxit Hincmarus Epiſcopus Rhemenſis, qui tempore pacis, aliquid de illa difficultate accuſationis, ſiue damnationis Epiſcoporũ non incongruè remiſſũ dicit:

Digitized by Google

tius, quæ peccantur ſecretius, vt vbi malũ contigit, ibi moriatur: corripiẽda corã omnibus, quæ corã omnib. peccantur, &c.

Ex quibus videre eſt, Eccleſiaſticas cauſas, (quarum cognitio, nõ à legibus ciuilibus, ſed ab Euãgelio, vel à Canonib. Pontificũ, aut Conciliorũ dependent) ad Pontificis, & Epiſcoporũ tribunalia eſſe reuocandas, nec vlla ratione à politicis magiſtratibus eſſe diiudicandas; cùm iuxta ſcripturas, & hunc Pauli locũ, tota regendi Eccleſiam authoritas, à Chriſto commiſſa ſit Apoſtolis, & præcipuè Petro. Apoſtoli namque Eccleſias gubernarũt, quo tempore, nulli erant principes Chriſtiani. Quæ cauſa fuit, quod ad eos Eccleſiæ cauſas iudicandas nunquã detulerint, quemadmodum 1. Cor. 6. exemplo eſt S. Paulus, iubens, lites etiam ciuiles Chriſtianorum, non deferri ad iudicium Ethnicorum.

Cauſa Eccleſiaſtica non niſi ab Eccleſiaſticis tribunalibꝰ decidendæ.

Etiam lites ciuiles ab Eccleſia eſſe iudicatas.

Notum eſt, quod lib. 2. ſacræ Hiſtor. refert Seuerus Sulpitius, S. Martinum aliquando exclamaſſe; nouum eſſe, & inauditum nefas, vt cauſam Eccleſiæ, iudex ſæculi iudicaret. Item S. Ambroſius in epiſt. 78. ad Theophylum. Et S. Auguſtinus, in epiſt. 162. reprehendunt eos, qui cauſas Eccleſiæ, terrenis iudicib. iudicandas exponunt.

S. Martinus.

Eſt autem magna cautione, & prudentia opus Epiſcopo, vt peccantem arguat, & ſciat tum ſeueritatem, cum opus fuerit, tum etiam vel maximè lenitatem adhibere, quemadmodum Galatis ſcribens cap. 6. præcipit idem Apoſtolus: *Et, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, ait, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Conſiderandum namque eſt, ait Gregorius, 3. part. Paſtor. cap. 18. *quod elatos plerumque vtilius*

Cautio adhibenda in correptione aliorum.

lius corripimus, ſi eorum correptionibus quadam laudum fomenta miſceamus. Inferenda namque ſunt illis aut talia bona, quæ in ipſis ſunt, aut dicendum certè quæ poterant eſſe, ſi non ſunt, & tunc demum reſecanda ſunt mala, quæ nobis diſplicent, cum prius ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint,&c.

Punitio peccati facienda in terrorem aliorum.

Addidit porro *vt cæteri timorem habeant*, quaſi diceret, ſe non ita velle vt ordini Epiſcoporum quos cõſtiterit peccaſſe, ignoſci debeat, vt non puniantur; Timore enim pœnæ peccatis aliorum inflictæ, cæteri continentur in officio, ita vt virtutis ſtudium amplectantur. Origenes hom. 7. in Ioſue & in cap. 19. Leuit. Hinc eſt, quod Deus ſæpe multos homines, & ciuitates in medium productas puniebat, vt eiuſmodi exemplis mortales vel continerent, vel ſe corrigerent Gen. 19. Ioſue 7. Iud. 1. 2. Ex his, maximo apud omnes eſſe loco oportere Presbyteros & Epiſcopos, fit euidens, cum omnibus eos eſſe timori vult Apoſtolus, quemadmodum reipſa ſæpe commonſtrauit ipſe Paulus, cum iam inceſtuoſum Corinthium, iam Philetum, iam Hymenæum, & Alexandrum tradidit Sathanæ. *Peſtilente autem* ait Salomon Prouerb. 19. *flagellato, ſtultus ſapientior erit.*

XXII. *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis, vt hæc cuſtodias.*

Gemina loci expoſitio, & altera melior;

Licet S. Ambroſius, ad generalem politiæ Eccleſiaſticæ formam, & totam Eccleſiæ, Clericorum, viduarumq; ordinationem, hanc ſententiam referat; veriſimilior tamen aliorum eſt interpretatio, qui duntaxat ad iudicia hæc pertinere arbitrantur, hoc ſenſu: Obteſtor te, interpoſito non ſolum nomine

patris,

Digitized by Google

patris, & filij, ſed & ſanctorũ Angelorum, in quorum conſpectu conſiſtimus, vt hęc quæ in præcedenti ſententia dixi, cuſtodias. Traditis enim à Paulo Antiſtitibus præceptis, quibus ſe, tanquam iudices, erga omnes omnium hominum ſtatus gerere deberent; de iudiciorum vi, & legum grauitate verba facturus, diuina, cœleſti, terroriſque plena obteſtatione, Timotheum ad eorum obſeruationem inuitatum adiurat: Quaſi, ſecundum Chryſoſtomum in hunc locum, diceret: Teſtis eſt mihi Deus, quod iſta tibi præcipio; vocatq;, inquit, eorum quæ dicta ſunt, patrem, & filium in teſtes, quod in extremo illo examine, rationem ſit de illis redditurus, ſi quid præter debitum fieret, eò quod omnibus, quæ ad muneris ſui rationem ſpectant, diligentiſſimè inculcatis, nihil intermiſerit, quod ad ſe pertineat: quo pacto Samuel morti vicinus, muneris ſui rationem Hebræo populo reddens 1. Reg. 12. *Teſtis*, inquit, *& Dominus aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius, in die hac, quia non inuenietis in manu mea quippiam. Conuerſatus ſum coram vobis*, inquit, *ab adoleſcentia mea, vſque ad hanc diem, ecce præſto ſum. Loquimini de me coram Domino*, &c. *Eodem modo*, Paulus Act. 20. *Conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium: Non enim ſubterfugi, quin annuntiarem omne conſilium Dei vobis.*

Samu. Hebræo populo, muneris ſui rationẽ reddens.

Iudicem ergo monet, vt non ſecundum faciem iudicet, perſonas nõ accipiat, ſed cauſa examinata, diligenter quid ius, quid ęquitas exigant, inueſtiget. Quam iudiciorum formã præſcribebat Iethro Moyſi, Exod. 18. dicens: *Prouide viros potentes, & timentes Deũ, in quib. ſit veritas, & qui oderunt auaritiã*, &c. *qui iudicent populũ.* In iudice namq; requiritur, ne ſecundũ faciem

iudi-

poteſt, ſalutem & incolumitatem proponere debet, vt eius videant diligentiam; *cuius* vt Seneca dixit, *curam excubare pro ſalute ſingulorum, atque vniuerſorum quotidie experiuntur.* Cum verò ait Iob, *molas contritas, & contractas*, acutè obſeruauit idem Chryſoſtomus, ſignificari: *eorum qui, ſuapte natura, ſolent mordere, potentiam eneruatam, ita vt potentes ipſi à noua iniuria arcerentur omninò.*

Iudicum & eorum, qui aliis præſunt, quàm ſit operoſum officium.

Ex quibus fit euidens, quàm difficilem prouinciam ſubeāt, qui veri magiſtratus, iudicisue, aut quod idem eſt, paſtoris boni, ſiue Epiſcopi officio fungi velint. Pugnandum enim eſt illis ſæpe cum leonibus, & lupis, & confligendum cum potentiſſimis tyrannis, homicidis, laniatoribus pauperum, quod eleganter Cicero pro Pub. Sextio in hæc verba dixit; *ſudandū eſt his, qui magiſtratū gerunt pro communibus commodis; adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæpe pro Republica tempeſtates: cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum*; imo, vt verus paſtor dixit, Ioan. 10. *ponenda* etiam *anima*, & committenda luporum dentibus, *pro ouibus ſuis.*

Magiſtratuū quæ ſubeunda pericula.

Paſtores vigilantiſſimi cur dicti.

Nomen enim illud, optimi iudicis aut gubernatoris, *vigilantiſſimus*, paſtorem ſuper gregem ſuum nocturnas agentem excubias ſignificat; quæ profectò gregi ſecuritatem aliquam afferre poſſit. Eiuſmodi paſtorem alibi commendat Dominus, qui ita vigilat, vt redeunti à nuptiis & pulſanti ianuam cito aperiat. Eam ob cauſam, & iudicem, & paſtorem, & magiſtratum, interpoſitis Dei, & angelorum nominibus, adiurat Paulus, vt ita memor officij eſſe velit, quaſi ſeueram eiuſdem aliquando ſit, & exactam redditurus rationem.

Digitized by Google

Iuramentum religionis actus.

Ex hoc etiam loco fit perſpicuum, iurandi actum ad religionis cultum pertinere. Dei namque nomen honore proſequimur, cùm fidei faciendę cauſa, teſtamur Deum, iuxta id quod Pſal. 62 ſcriptum eſt: *Laudebuntur omnes, qui iurant in eo.* Stupidos, hebetes, & ignaros, hoc loco, probat eſſe Lutheri ſequaces Apoſtolus, qui veteres à Rebuspub. & à politicis etiam principibus approbatas iuramentorum formulas infirmare conãtur, in quib. ſancti, & tota paradiſi curia in teſtes cum Deo Opt. Max. vocari ſolent: Quod ſi enim electos Dei Angelos conteſtatur hoc loco Paulus, cur cæteros ſanctos, iurando, ſibi ducunt religioni homines Hæretici, inuocandos qui iam in verbo tanquã in ſpeculo noſtras actiones, colloquia, mentes, conſilia intentionesq; noſtras clarè intuentur?

Lutheranorũ contra iurandi formulas, &c. ſtolida ſententia.

XXIII. *Et ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.*

Iubet Apoſtolus Timotheo, & in eo, omnibus Epiſcopis, vt ea, de quibus præceperat, quæ ad iudicandum pertinent, cuſtodiat *ſine præiudicio*: id eſt, vt nihil temerè, & inconſideratè, ac ſine præmeditatione conſilij faciat. Hoc enim ſignificat πρόκριμα, vt D. Cyrillus in interpret. quorund. verborum Pauli notauit. quod verbum, latinus interpres *præiudicium* interpretatus eſt: vt dictum ſit *cuſtodire ſine præiudicio*, quaſi diceretur, ſine inconſideratione. *Eſt* enim in Prouerbio, Prouerb. 11. 13. 24. *nihil ſine conſilio, & iudicio faciendum eſſe*, graue, *vt poſt factum non pœniteat, ſalus enim vbi conſilia multa.* Quocirca temeritatẽ ab Epiſcopo longe abeſſe, deſiderat Apoſtolus, vt cõmunem, & æquum his, qui iudicandi ſunt, ſe præbere poſſit,

Sine præiudicio agere, quid ſit.

Temeritas ab Epiſcopo aliena.

poſſit, ſeq; à nemine anticipari, prenſari, aut decipi, ius dicendo patiatur. Ipſum propterea monendo, ad bilancem alludit, quæ indifferens vtrinque eſſe ſolet. Cum enim Epiſcopus iudex ſit, tum inprimis erga pauperum inopiam ſubleuandam, eo affectu eſſe debet, vt de calumniis eorum & iniuriis in iudicio propulſandis, contra potentiorum violentiam ſemper cogitet: Nam & *patris* nomen, pro patrono non rarò vſurpatur; quemadmodum patet Eccleſiaſtici, cap. 4. vbi dicitur: *Tu iudicando, eſto pupillis miſericors vt pater; & pro viro, matri illorum; & eris tu velut filius Altiſsimi obediens, & miſerebitur tui magis, quàm mater.* Quod familiare ſibi fuiſſe, narrat ipſe de ſe Iobus cap. 29. *Pater eram,* inquit, *pauperum: & cauſam, quam neſciebam, diligentiſsimè inueſtigabam.* Iudicis ſiquidem integerrimi, & optimi magiſtratus officium efflagitat, vt temerè non ſuſcipiantur cauſæ & delationes ciuium, neque de re non bene, ſatisq; cognita, ſententia feratur. Inde eſt, quod toties perfectam cauſæ cognitionem, præcipiant iudici ſacræ literæ, Deuteron. 21. *Proſpicere,* Prouerb. 28. *cogitare iudicium, & aduertere omnia,* Deuteron. 17. *diligentiſsime perſcrutari, quod difficile, & ambiguum eſt.* Exod. 23. *In iudicio ferendo non ſequi, turbam, nec plurimorum acquieſcere ſententiæ.* Atque hanc eſſe exiſtimat veritatem Ioannes Pineda, in prędictum locum Iob, quam ſæpe Deus requirit à iudicibus, videlicet, vt veritatem cauſarum, ſiue iudicij veritatem inquirant, Exod. 18. Deuteron. 17. Exod. 23. Daniel, 13. *Daniel, cum ſtaret in medio eorum, ait; ſic fatui filij Iſraël non iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël.* Niſi enim veritatem cauſarum, omni via, & ratione iudex habeat perſpectam, in iudicio ſæpe errabit.

Patris nomen pro Patrono ſumptum.

Iob pater pauperum.

Cauſa diligens inueſtigatio, Iudici neceſſaria.

Veritas à iudice in ſcripturis requiſita, quæ ſit.

Digitized by Google

Inde eſt, quod à *Deo* frequenter illuminari indigeat, ne præpoſterè iudicet. Ideo monet Apoſtolus hoc loco Epiſcopos, qui bene criminum cauſas cognoſcere volunt, vt non citò, neque temerè iudicent, hoc eſt, non irati, neque vt aliquis dixit, *animo calenti*, ſed ſalutariter, & vtiliter cunctando. Nam, vt ſapienter admonuit Seneca, lib. 2. de ira. *Dandum eſt ſemper tempus, veritatem enim dies aperit: poteſt pœna dilata exigi, non poteſt exacta reuocari.* Spectat etiam ad Epiſcopum, non ſolùm delatas cauſas, & quas vocant denuntiationes diligenter excutere & explorare, ſed etiam de ſuo grege ita eſſe ſolicitum, vt ſponte ſua perquirat, quid rei, maliue in eo ſit, cui ſua induſtria, & conſilio citò poſſit ſuccurrere.

Sententia præpropere non ferenda.

Modum autem inueſtigandi & ſcrutandi ſingula Pſal. 138. tradit Regius vates conformem ei, quem Deum obſeruare deſcribit cum ait: *Domine probaſti me*, (& ſecundum Hieronymum, inueſtigaſti me) *tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam; intellexiſti cogitationes meas de longè, ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti; & omnes vias meas præuidiſti.* Veri namque iudicis eſt, veſtigia, actiones omnes, greſſus, diuerticula, verba obſeruare, conferre antiqua & præterita, cum præſentibus; ex quibus ſincera rei veritas conſtare poſſit.

Modus in inueſtigādis cauſis neceſſarius, quis ſit.

XXIV. *Manus nemini citò impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis.*

Manunm impoſitionem, variè in ſcriptura adhiberi, annotauit Barradius in cap. 18. Luc. moré aqud Iudæos fuiſſe dicens, vt *manus impoſitione*, paruulis benedictio impertiretur, ſicuti apud nos eſt moris, ma-

Impoſitionis manuum, varia acceptio in ſacris literis.

Digitized by Google

nu, benedictionem crucis, in aëre ſigno efformato, dare. Hinc Geneſ. 48. *Extendens Iacob manum dextram poſuit ſuper Ephraim, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe.* Luc. 4. *Manus ſingulis imponens Dominus, curabat eos.* Marc. vlt. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Vidit* Paulus Act. 9. *Ananiam imponentem ſibi manus, vt viſum reciperet. Imponuntur* etiam *manus* ad conferendum cõfirmationis ſacramentum, de quo cap. 6. ad Hebr. ſcriptum eſt. *Non rurſus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptiſmum doctrinæ impoſitionis quoque manuum*; de cuius impoſitionis ſacramento, illud intelligendum eſt, quod Act. 8. ſcriptum eſt. *Imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Legitur & alia manuum impoſitio in antiquo illo templo, ſuper victimis facta, de qua Leuit. cap. 1. dictum eſt. *Ponet manum ſuper caput hoſtiæ*, &c.

Hoc porrò loco, manuum impoſitio, ſacrorum ordinum collationem ſignificat: Monet enim Timotheum, vt nemini ſacrum ordinem, abſque præuia & diligenti probatione conferat. *Quid ſibi vult citò* (ait Chryſoſtomus) *Non ex prima ſtatim probatione, nec ſecunda, nec tertia. Sed vbi conſideratio diuturna præceſſit, exactiſſimaq́; diſcuſſio; tunc imponito manus.* Et quia Timotheo, ſacrum ordinem contulerat Paulus per manuum impoſitionem; ideò poſterioris ad eundem cap. 1. ipſum admonet, *vt reſuſcitet gratiam Dei, quæ eſt in te,* ait, *per impoſitionem manuum mearum.* *Manuum impoſitio quid hic.*

Pulchrè hunc locum explicat D. Leo lib. 1. epiſt. 4. vel 68. *Citò manus imponere*, inquit, *eſt ante ætatis maturitatem, ante meritum obedientiæ, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem dignita-* *Citò manus imponere, quid ſit.*

 tem

Digitized by Google

tem conferre non probatis, & communicare peccatis alienis; eſt talem effici ordinantem, qualis eſt ille, qui non meruit ordinari. Hæc Leo. Eſt quidem hoc tempore, prout cap. 3. dictum eſt conſuetum, vt de ordinandis ſolenniter, ac publicè teſtimonium exigatur ab Epiſcopo, quod omnium nomine redditur ab Archidiacono, qui mos innuitur Romæ ſeruatus ab Hieronymo epiſt. 86. & ab Auguſtino lib. quæſt. vtriuſque Teſtamenti q. 101. Atq; hoc eſt, *manus cito nemini imponere,* (vt cauet hoc loco Apoſtolus) *ne communicet,* qui imponit, *peccatis alienis,* examen ordinandi præcedere, vt qui probitate morum, & Eccleſiaſtico labore ſit commendatior; probatus iudicio, non fauore; ſuſceptus veritate, non gratia: *Apoſtolico ordine fretus, non præcipiti voluntate,* vt loquitur Papa Syricius, epiſt. 3. Communicabit aliàs peccatis alienis, inquit Apoſtolus, qui citò, id eſt, temerè, & ſine delectu, manus imponit; quam ad rem valdè facit exemplum Leonis, Papæ primi, recitatum in prato ſpirituali, cap. 149. Illi enim S. Petrus, poſtquam dies quadraginta perſeuerans ad ſepulchrum eius, petiiſſet ſibi, ipſo interceſſore, peccata dimitti, reſpondit: Oraui pro te, & dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua præterquam impoſitionis manuum: hoc ſolum abs te requiretur, ſiue bene, ſiue fortaſſe male egeris. Id nempe intelligitur, non de dimidiata culparum remiſſione, ſed de pœnæ ſatisfactione. Nil ergo mirum, ſi tam ſeuerus Leo in corrigendis aliorum electionibus fuerit, vt epiſt. 87. cap. 1. Eius tranſtulit, eadem de re verba faciens, ſermonem contra Imperatorem Michaëlem, & contra Photium agens, Nicolaus primus, nec non aliorum Pontificum, in pluribus epiſtolis.

Ordinandorũ publicum, ac ſolenne teſtimonium.

Exemplum de S. Leone, ad B. Petri ſepulchrum orante.

Huc

Huc ſpectat *Scrutinium*, de quo Anacletus epiſt. 2. qui propterea ciuium conſenſum requirit, de quo ſuperius ſatis cap. 3. & quod Zepherinus imperat, epiſt. 2. vt ordinatio fiat multis coram aſtantibus; & literæ teſtimoniales, ab ordinandis exigantur; de quibus exactiſſime præcipiunt Oecumenici Tridentini Cōcilij patres ſeſſ. 23. Decret. de Reformat. cap. 8. & 11. *Neque eos, qui elegerint*, ait Chryſoſtomus, homil. 1. ad Titum, & homil. 1. ad populum, *ſubleuare quicquam poterit, ſi dixerint, ignoraſſe ſe eum quem elegère; verùm vel ex hoc ipſo crimen grauius efficitur, quod quem ignorare, perduxerint; aut certè, quæ illis videtur excuſatio, accuſatio eſt*, & quæ ſequuntur.

Scrutinium, in ordinationibus adhiberi ſolitū.

Litteræ teſtimoniales ordinādorum.

Teipſum caſtum cuſtodi. XXIV.

Licet aliqui, cum Ambroſio & Auguſtino, *caſti* vocabulum hoc loco, pro abſtinentia ab omni, ſaltem grauioris delicti, macula accipientes, à Paulo monitum Timotheum velint, vt ſe purum ac mundum ab omnibus culpæ & reprehenſionum ſordibus cuſtodiret; Chryſoſtomus tamen, Theophylactus, & alij, rectiùs de ſpeciali illa, temperantiæ circa delectationes venereas, virtute intelligunt. Hanc autem vnicam caſtitatis virtutem, ideò toties caſtiſſimo Timotheo inculcatam volunt, quod is, & in iuuenilibus adhuc annis poſitus, turpis libidinis ac voluptatis periculis plurimùm videretur expoſitus. *Adoleſcentium* enim *vitam in libidine & perturbatione conſumi, atque ad fœdum amorē eſſe propenſos*, vel ipſe teſtatur Philoſoph⁹, 8. Ethic. c. 6. Tum etiā, quòd hæc vnica virtus maximè laudabilē ac venerandā reddat, Epiſcoporū præcipuè & ſacerdotū vitam, quemadmodū teſtis eſt Bernard⁹,

Prima caſti nominis acceptio.

Alia ſignificatio.

Adoleſcentia ad libidinem procliuis.

Caſtitas vitam laudabilem reddit.

cùm

Digitized by Google

cùm epiſt. 42. dicit; *tantæ pulchritudinis ornamentum*, (caſtitatem intelligit) *ſacerdotium honorare*; (honorabilem reddere) *quod dilectum Deo & hominibus faciat ſacerdotem, reddatq́; ſimilem in gloria ſanctorum, in hac licet adhuc regione diſsimilitudinis conſtitutum. Quid enim caſtitate decorius*, ait ibidem Bernardus, *quæ mundum, de immundo conceptum ſemine; de hoſte domeſticum; angelum de homine facit. Differunt quidem inter ſe homo pudicus & angelus, ſed fælicitate non virtute: & ſi illius caſtitas fælicior; huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis & loco, & tempore, ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat.* Hæc Bernardus.

Caſtitatis laudes.

Quare, ſi Apoſtolo teſte, 1. Corinth. 6. Chriſtianorum *corpora templa ſunt Spiritus ſancti, qui habitat in illis*; Presbyterorum profectò & Antiſtitum corpora, peculiari ratione ſacris & diuinis vſibus deputata; *templa Dei ſunt, illato in illos & conſecrato ſpiritu ſancto; cuius templi æditũus & antiſtes*, ait Tertullianus, lib. de cultu fœm. *pudicitia eſt, quæ nihil immundũ, nec profanum inferri ſinat, ne Deus ille, qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus derelinquat.*

Presbyteri, peculiari modo templa Spiritus ſancti.

Inde fit, quod aliquando *fornicationem* caſtimoniæ contrariam, cum *profano* coniungat Apoſtolus, quemadmodum in cap. 31. Iob, ſcribens, annotat Doctiſſimus Pineda; Cuius vtriuſq; imaginem repræſentaſſe Eſau, dicit cap. 12. ad Hebr. idem Apoſtolus: *Ne quis*, inquit, *fornicator aut profanus, vt Eſau, qui propter eſcam vendidit primitiua ſua.* Nam ſicut Eſau, propter vilem breuemq́; eſcæ & palati voluptatem, ſacrum illud primogenij ius, quod ad ſacerdotium pertinebat, quaſi profanauit, cum vendidit; ita etiam fornicator, ſuum corpus, quod Deo ſanctum eſſe deberet, tanquam illius pars & hæreditas, pro vili eſca volu-

Cur fornicationem, cum profano coniungat Apoſtolus.

Eſau, Voluptuariorum typus.

Quare, cùm huiuſmodi, carnis ſpurcitiis conſpurcatur, & ipſi Deo volenti habitare in corpore mundo, *&* [illegible] vt ait Apoſtolus, Hebr. 10. cum è contra, per caſtitatem & ſanctimonium, *glorificet & portet Deum in corpore ſuo*, vt idem 1. Corinth. 6. loquitur. Quando [illegible] contingit hominis animæ ſupremum [illegible] nibus defœdari, totus homo fœdus, turpis, [illegible] efficiatur, [illegible] à Deo [illegible] Deus, cor quidem hominis [illegible] purum & mundum. [illegible] *in corpore ſubdito peccatis* [illegible] *ſtabit ſub intellectu.* Sap. 1. Videlicet [illegible] pretioni irrationalium pecudum. [illegible] duntaxat habere vult Deus purum [illegible] ſuam partem & hæreditatem dici [illegible] rinth. 6. Apoſtolus: *Corpus*, inquiens, [illegible] *ei, ſed domino, & Dominus corpori.* Id eſt, [illegible] homini corpus, quod Deus [illegible] bus occupatum [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] & [illegible] quando redda- tur.

[illegible]

[illegible] ad conſtituendum [illegible] opus.

[illegible]

communis, tota eſſet oculis diſtincta, imo ex oculis quodammodo intexta; niſi vt indicaret, [illegible] ſacerdotum virtutem caſtitatem, [illegible] linea [illegible] propter candorem, ſymbolum erat, [illegible] eſſe vndequaque oculis circumſeptam, [illegible] cet aſſiduam vigilantiam, quæ ad hanc virtutem cuſtodiendam exigitur. Quia namque omni ex parte à Dæmone obſidetur [illegible], omni ex parte oculata, & circumſpecta eſſe debet. Hanc item ſeruandæ caſtitatis vigilantiam [illegible] commendat Ambroſ. lib. [illegible] de Virgin. quod caſtitas *lilium ſit inter ſpinas*, hoc eſt, multis vndique periculis & difficultatib. circumſepta; [illegible] dorem eſſe decerpere; [illegible] ſpinarum [illegible] plurimi. [illegible] quam vt [illegible] conditionibus caſtitatem [illegible] poſſe: *Sobrietate* ſcilicet, de quo Rom. 13. [illegible] dixiſſet: *Non in comeſſationibus & ebrietatibus*: ſtatim ſubiungit: *Non in cubilibus & impudicitiis.* [illegible] Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas* [illegible] *ſaturitas panis & abundantia* [illegible] 13. *Miſit illum* [illegible] *multitudinem* [illegible] de quo Num. [illegible] ſcribitur, [illegible] Moab [illegible] ſe elegantes mulieres [illegible] Iſrael ad ſuum amorem poſſent pertrahere. [illegible] de quo Prou. 4. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.* Et Eccl. 26. *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur.*

Caſtitas, lilium inter ſpinas.

[illegible]

1.

2.

3.

4.

Digitized by Google

Vnde & Dauid incautè videndo cecidit 2. Reg. 11. & Dina propter curioſitatem virginitaté perdidit, &c. Geneſ. 34. *Raritate ſermonum*; de qua Eccleſiaſt. cap.
5. 22. *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ignaculum certum.* Et 1. Corinth. 14. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*; ſiue, vt alij transferunt, *confabulationes peſſimæ.*
6. *Occaſionum euitatione*; de qua Gen. 19. vbi ad Loth dicitur; *Salua animam tuam; noli reſpicere poſt tergum tuum, nec ſtes in omni circa regione.* Quibus verbis, non ſolum iubetur Sodomam, ſed omnem etiam circum circa regionem deſerere, quia videlicet omnes peccandi occaſiones deuitandæ ſunt. Quam conditionem, plurimum commendatam voluit Timotheo Apoſtolus, cùm hoc 5. cap. præcepit, vt *adoleſcentiores viduas deuitaret.*

Caſtitatis ſumma difficultas.

Ex quibus fit euidens, hanc vnicam virtutem non absre toties à Paulo commendatam; propter ſcilicet ipſius virtutis ſummam difficultatem; quam 3. Reg 7. ingentibus columnis æreis, à Salomone ante veſtibulum tẽpli collocatis, & nihil aliud, præter lilia in ſummitate ſuſtinentibus indicatã; non ineleganter quidam oſtendit. Caſtitas enim per lilium expreſſa, difficillima eſt, ingentisq́; ponderis, cui ne faciles vires humanæ ſuccumbant, opus eſt columnis æreis fortiſſimis, id eſt, magnæ gratiæ præſidiis, quæ ſatis ſint tanto oneri ſuſtinendo. Vnam autem ex his columnis, dictam fuiſſe *Iachin*, alterã *Booz*; dicitur eodẽ c. 7. 3. Reg. quã vtramq; vocẽ *fortitudinem* ſignificare, annotant Hebraicæ linguæ periti; Quia ſcilicet, duplex fortitudo req̃ritur, ad ſuſtinẽda illa caſtitatis lilia, gratiç videlicet præſidiũ, & hominis, non quælibet, ſed ſtrenua, animoſaq́; cũ diuina gratia cõoperatio: cum

Columnæ Salomonis, lilia ſuſtinentes.

Duplex fortitudo, ad ſeruandam caſtitati, requiritur.

fit

ſit veriſſimum illud, quod ait Auguſtinus, ſerm. 250. de temp. *Inter omnia Chriſtianorum certamina, ſola duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna, & rara victoria: grauem caſtitas ſortita eſt inimicum, qui quotidie vincitur, & tamen timetur.*

Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates. XXVI.

Quia non aliter, quam continua carnis maceratione, & quadam naturæ violentia acquiritur & conſeruatur caſtitas, ne tot ad caſtitatem exhortationes ſcrupulo eſſent Timotheo [illegible] quo in hactenus, [illegible] ad eandem conſeruandam, [illegible] Paulus, [illegible] ſtomachi [illegible] tur. [illegible] caſtitatis [illegible] dat [illegible] vini potatio, quæ ſicut aqua ignem, ita rationẽ extinguit, (*Mentis* enim *lumine per ebrietatem te priuans, inter beſtias ratione carentes adnumerari potes, ſimilisq́; ei videris*, ait Baſilius) nihilominus tamẽ modici vini vſum (non abuſum) indulget Timotheo Apoſtolus; idq́; non ſine cauſa; ſed [illegible] *frequentes* [illegible]; ſed medelam & remedium corporis [illegible] permitteret. Eſt enim *vinum moderate potatum* [illegible] *animæ & corpori*, iuxta Eccleſiaſt. [illegible] dictum, quod *vinum lætificet* [illegible] Quare quia ad Ephesios ſcribens, cap. 5. dixit: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*: hic ſibi non contradicere putan-

Caſtitas [illegible] acquiritur & conſeruatur.

Vinum caſtitatis hoſtis, & [illegible].

Vini vſus cur Timotheo indultus.

Digitized by Google

tandus eſt, cum ad caſtitatem exhortans, vt ab aquæ potu impoſterum abſtineat, modicoq; vino vtatur, præcipit. Neque enim ignarus erat eius, quod poſtea Hieronymus, lib. 2. contra Iouinian. ca. [illegible] dicit: *Eſum carnium, & potũ vini, ventrisq; ſaturitatem, ſeminarium eſſe libidinũ.* Si namque Timotheum robuſto & bene valente ſtomacho fuiſſet, eundem potius dilaudaſſet Paulus, quod aquam biberet, præſertim cum eſſet adoleſcens, & iuberetur eſſe caſtus, [illegible] dixerit Comicus: *ſine Cerere & Libero friget Venus.*

Vini immoderatus potus, libidinis ſeminarium.

Timotheus cur a Paulo curatione non ſanatus.

Cur autem Coadiutorem ſuum charissimum [illegible] peregrinationis ſuæ comitem dilectiſſimum [illegible] frequentibus ſtomachi infirmitatibus, non [illegible] ſed communibus medicinæ legibus ſanatum voluerit Apoſtolus: cum tamen vel infideles [illegible] rimis & grauioribus infirmitatibus ſanauerit [illegible] Interpretes adferunt rationes. *Cum etiam [illegible] tuos ſuſcitabant,* ait Chryſoſtomus, *[illegible] potuit oratione [illegible].*

Prima ratio Beda, &c.

Ad hoc enim, poſt veneꝛ ab. Bedam, [illegible] plerique, ideo ſanatos infideles à Paulo, [illegible] Timotheum, quia illi per miraculum [illegible] qui fidem non videbant: hoc autem nõ indigebat Timotheus, [illegible] Quod ipſum etiam [illegible] loco admonet Gregorius, [illegible] ponunt [illegible] miracula: [illegible] Pſal. [illegible] *& in gratiam infidelium,* 1. Corinth. 14. [illegible] lib. 27. Moral. cap. [illegible] [illegible] *ſeq.* [illegible]

[illegible] *febribus* [illegible] *agro-*

ægrotanti Timotheo præcepit [illegible] alter pro-pter ſtomachum ſuum, & [illegible]. Quid eſt Paule, quod ægrum infidelem miraculo ad ſalutem reuocas, & tantum coadiutorem Euangelij more Medici per alimenta curas? Niſi quod [illegible] miracula, [illegible] tes ad interna [illegible], quatenus per hoc, quod mirum viſibiliter oſtenditur, ea quæ [illegible] inuiſibilia credantur. Signa quippe [illegible] fue-rat, vt mente reuiuiſceret [illegible] rediret. Timotheo autem [illegible] non erat, qui iam [illegible] viuebat. Sic Gregorius. — Cur miracula fiant.

Aliter ad propoſitum dubium reſpondet Chry-ſoſt. ideo hunc [illegible] fuiſſe [illegible] magnos [illegible]. — Alia Chryſoſtomi reſponſio.

[illegible] Pauli [illegible] populum [illegible] [illegible] [illegible] re exerceri, [illegible] — Cur in hac vita ſancti laboribus exerceantur variæ rationes.

Primo, ut [illegible] extollantur, propter me-ritorum & miraculorum magnitudinem: iuxta illud Pſal. 118. *Bonum mihi, quia humiliaſti me.* Et 2. Corint. 12. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,* &c. Secundo, ne cæteri maiora de iis cogitent, quam humana [illegible], & [illegible] quid diuinitatis [illegible] *Parco autem, ne quis me [illegible] in me.* Tertio, vt [illegible] Dei [illegible] operantis, [illegible] — Primaratio. 2. 3. 4.

[illegible] Quar-to, [illegible] virtus & patientia [illegible] di [illegible] Dei [illegible], declaretur, vt patet in Iobi exemplo, Iob. cap. 1. quem Deus à Sathana bonis

omni-

Digitized by Google

omnibus ſpoliari permiſit, vt oſtenderet contra
Sathanæ calumniam, eundem non mercedis alicuius
5. gratia virtutem colere. Quinto; vt de futura reſur-
rectione cogitemus. Dum enim Deus dilectos ſuos
in hac vita affligi patitur, planè ſignificat, expectan-
dam eſſe alteram, in qua digna eorum laboribus præ-
6. mia tribuantur; de qua re Paulus, 1. Corint. 15. Sex-
to, vt alij exemplo ſanctorum, ad patientiam exci-
tentur, iuxta illud Tob. cap. 2. *Hanc tentationem ideo*
permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum
patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Et Matth. 5. *Beati eſtis,*
cũ maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, &c.
Sic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Se-
7. ptimo; *ne quando exhortamur vos*, inquit Chryſoſto-
mus, *ad illorum virtutem, alterius ipſos naturæ* [illegible]
tantes, ob geſtorum magnitudinem torpeatis. [illegible]
mento etiã vſus eſt Iacobus cap. 5. ſuæ ep[illegible] cùm
8. dixit: *Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.* Octauo;
vt ſciamus, quos beatos, quos miſeros putare debea-
9. mus. Nono, & poſtremo, vt corona illorum illuſtre-
tur, iuxta illud 2. Corinth. 4. *Id quod in præſenti eſt mo-*
mentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in
ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vbi
innuit Paulus, magnitudinem gloriæ ſuperare ma-
gnitudinem laborum huius vitæ, ſi ſecundum ſe ſpe-
ctentur, maximo quodam exceſſu, & maximè hyper-
bolico interuallo.

Abſtinentia à carnibus [illegible] *laudabilis.*

Contra Lutheranos.

Ex dictis [illegible] perſpicuum, eſſe etiam Chriſtiano
[illegible] Euangelij hæreditatem pertinens, ſi quis
[illegible] poſſit abſtinere, hoc à vino,
[illegible] vti, quibus corpus [illegible]
ad naturæ neceſſitatem alatur; citra tamen vale[illegible]

nis

nis iniuriam ita caſtigetur, vt à ſeruitute corruptionis & concupiſcentiæ liberetur. Cur enim liceat medico cibum corporis interdicere ægroto; & medicis animorum ad animæ curationem, non liceat aliquãdo & cibo, & potu interdicere? Quod licet ab Eccleſiæ præpoſitis, prudenter & optimo fine fiat; continuo tamen, contra libertatem Euangelij id fieri clamitant impij Lutherani; de quibus, & aliis ſimilibus epulonibus, videtur Iudas Apoſtolus ſcripſiſſe, quòd *Domini noſtri gratiam in luxuriam tranſtulerint.*

Lutheranorũ odia in abſtinentias, ieiunia, &c.

Notant porro circa hunc Pauli locum, D. Hieronymus & Chryſoſtomus, contra aliquos, Timotheũ non fuiſſe natura abſtemium, ſed imitatum Rechabitas; quos ore Hieremiæ, ob abſtinentiam à vino & variis cibis laudatos, dicunt alibi à Paulo iure reprehendi Lutherani: *Et* hoc, vt ebrietatis, incontinentiæ, laſciuiæq́; partes, cum ſuo magiſtro Epulone, Luthero ſcilicet, defendendas ſuſcipiant. *E*ſt quidem verum, quod D. Ambroſij commentarius habet; Deũ velle ſibi prudenter ſeruiri, ne nimietate debiles efficiantur homines, & poſtea medicorum ſuffragia ſit neceſſe requirere; quo Rom. 12. videtur reſpexiſſe Paulus: Attamen *E*ccleſia, id genus abſtinentias ſine ratione non exigit à quoquam; ſed moderatione ſumma in iis iniungendis vtitur, vt *rationabile ſit ſuorum apud Deum obſequium.* Quo pacto 1. Corinth. cap. 9. *corpus ſuum caſtigabat* Apoſtolus, vt *in ſeruitutem* illud *redigeret, ne cùm aliis prædicaſſet, ipſe reprobus efficeretur.* *E*odem modo Regius vates: *Cùm*, inquit, *mihi moleſti* (inimici) *eſſent, induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam.* Sic Chriſti præcurſor, ob ſingularem abſtinentiam, dictus eſt à *D*omino *neque manducans,*

Timotheus, natura non abſtemius.

Lutherani epulones, & corporaliſta.

Nimia abſtinentia, prohibita.

N n n *neque*

Digitized by Google

Abſtinentiarũ & ieiuniorum ſcopus.

neque bibens. In quem vero finem? vt portio ſuperior, imperium ſupra inferiorem conſtans retineret; ac ſic *caro* officij memor, deſineret *aduerſus ſpiritum* acrius *concupiſcere*, & deprimere ſenſum multa cogitantem. Quare ieiunia, certorum ciborum delectum, & corporis afflictiones, ad emendationem & caſtigationem, non mortem inferendam præſcribit Eccleſia; Iis interim parcens, & compatiens, qui id genus abſtinentias ferre non ſunt apti; cuiuſmodi fuit Timotheus, eiuſque ſimiles ægri & afflicti homines.

XXVI. *Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium; quoſdam autem & ſubſequuntur.*

Interruptus ſcripturæ dicẽdi modus.

Ad maiorem SS. Literarum intelligentiam, notandũ, quod lib. 13. Moral. in Iob. cap. 29. ſcribit Gregorius: *Sacræ ſcripturæ conſuetudo eſt*, ait, *vt cum aliquid narrat, interpoſita alterius cauſa ſententia, ad ſuperiora protinus redeat.* Ordo namque dicendi in ſcripturis ſæpiſſimè eſt ita interruptus, & aliquando etiam planè præpoſterus, vt nõ niſi difficulter & cum ſudore, nec niſi à perito tractatore, qui ſenſus habet exercitatos, extundi poſſit. Exemplo ſit vnicus Iobi locus, quem inter cæteros valde illuſtres, affert ibidem Gregorius: Dixerat Iob de reprobis cap. 5. *Nullus eſt qui intelligat, in æternum peribunt*: Subiungit de electis; *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis*; ſtatimque adiungit, quod non iam electis, ſed reprobis conuenit: *Morientur & non in ſapientia.* Eundem quoque prophetarum fuiſſe morem, notat item Gregorius. hom.

hom. 7. in *Ezech.* *Conſuetudo*, inquit, *prophetiæ eſt, nunc iſta, nunc illa conſpicere; & ab aliis in aliud, ſubito verba deriuare.* Hoc ſæpe reperitur apud Regium Vatem, præcipuè tamen Pſal. 7. vbi, cum de Domino loqueretur, dixit: *Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens*, &c. vſque ad *ſagittas ſuas ardentibus effecit*; repentè ſubiungit: *Concepit dolorem & peperit iniquitatem, lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.* Ecce cum Domini narrat iuſtitiam, quaſi non mutata voce, peccatoris intulit culpam. Hoc item dicendi, & ita ſenſim, ac veluti furtim ex alia materia in aliam ſerpendi modo, adeo ſæpe vtitur Paulus, vt difficillimum ſit, propter occurrentia hyperbata, & anatapodota, animaduertere, quæ quibus cohæreant, vel quando aliam materiam inchoet, quemadmodum in his præcedentibus ſententiis eſt videre. Quid enim ad illud pertinet, quod ab infirmo aquam bibi prohibuit, hoc, quod de peccatis quorundam hominum, hoc loco ſubiungit; niſi quòd interpoſita de eius infirmitate ſententia, & interrupto dicendi ordine, ad hoc in extremo redit, quod ſuperius dixerat: *Nemini cito manus impoſueris?* Quaſi diceret Apoſtolus: Monui te ô Timothee, ne cuiquam *cito*, id eſt, temerè & abſque iudicio, *manus imponeres*, id eſt, ordinis ſacramentum conferres. Verũ vt ſcias, quod in multitudine ordinandorum ſit faciẽdum; (ob quam cauſam hæc adiecta putat Chryſoſt.) addo, quorundam adeò manifeſta eſſe peccata, vt ad dignoſcendũ iudicij examinatione, vel temporalis, vel externi, nõ indigeant; quos facile cauere poteris: quorundã verò peccata *ſubſequũtur* iudiciũ, quæ non niſi iudicij examinatione caueri poſſunt. Et de his diligentẽ inquiſitionem habendam

Hyperbata apud Paulum frequentia.

Senſus Apoſtoli.

Diligētia circa ordinandos olim ſemper habita.

cupit Apoſtolus; quam ab *Eccleſia*, maxima diligentia ſemper adhibitam circa eiuſmodi ordinationes, argumento eſſe poteſt, quod nō niſi ſtatis diebus, quib. etiā ſolennia ieiunia ex veteri inſtituto indicūtur, fiant; quo ſcilicet populus Chriſtianus, eiuſmodi ſacrarum rerum miniſtros, piis & ſanctis precationibus à *Deo* impetrent, qui ad tanti miniſterij poteſtatem rectè, & cum Eccleſiæ vtilitate gerendam, aptiores fiant. Hinc ſapienter Gregorius, part. 1. curæ paſtoral. cap. 11. ea corporis vitia, quæ in veteri lege ex Domini præſcriptione, aliquem ab altaris miniſterio excludebant, in *Euangelica* ad animi vitia, prę-

Sacerdotis munera duo.

cipuè tranſtulit. Cum enim ſacerdotis duo ſint munera; quorum alterum eſt, vt ſacramenta ritè conficiat & adminiſtret: alterum, vt populum fidei ſuæ commiſſum, iis rebus, quę ad ſalutem neceſſarię ſunt, erudiat; cuiuſmodi tum vita, tum moribus, tum natalibus, tum officiis, fuerint ordinandi, ſingularis ab Eccleſia delectus ſemper eſt habitus.

Qualitates ordinandorum.

Hinc ante legitimam ipſorum ordinationem, certæ conditiones, regulæ ac leges de more pręleguntur, ne ſcilicet, vel furioſi, vel amentes, vel ſerui, vel ſpurij, &c. ad huius officij dignitatem accedere præſumant; eò quod diuino cultui dedicari minime debeant, qui nō ſui iuris, & aliqua inſigni grauioris peccati macula notati ſunt: cuiuſmodi ſunt, viri ſanguinum, & homicidę, vſurarij, & id genus reliqui, qui publica atrocioris delicti labe ſunt conſpicui. Ij namque qui ſacris addicuntur, in ſe nihil habere debent, quo ab aliis meritò vel contemni, vel deſpici poſſe videantur. Inde etiam eſt, quod qui aliquo inſigni corporis vitio, vel deformis, vel mancus fuerit repertus,

Corpori vitiati non ordinandi.

ab

Digitized by Google

ab huius ordinis conſortio repellatur. Eiuſmodi ſiquidem corporis fœditas & debilitatio, præterquam quod offenſionem habet, ſacramentorum adminiſtrationem poſſet impedire. Quæ ergò Epiſcopi ſunt oculis obiecta, dicit Paulus examine non indigere: in dubiis verò, quæ iudicium præcedunt, nec ſine diſcuſſione manifeſtantur, diligentiam, & prudentiam adhibendam cupit: Scriptum eſt enim, Prouerb. 27. *Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.*

Similiter & facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt, XXVII.

Vult Apoſtolus dicere, eam bonorum operum indolem eſſe & naturam, vt latere facile non poſſint; ſed lumen ex ſe ſemper requirant: Vel enim inuita ſeſe virtus ſolet prodere: quemadmodũ cap. 3. Ioan. inſinuat Dominus dicens: *Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius; quia in Deo ſunt facta.* Qui namque ſecundum iuſtitiæ, & rectitudinis legem rectam, & iuſtam viuit, dicitur *facere veritatem:* opera autem bona, iuxta diuinum præceptum, & legem facta, dicuntur venire ad lucem, eo quod qui bene agere ſtudent, pub. veritatis doctrinam libenter amplectantur, per quam ſe rectè, & ſecundum Deum operari intelligentes, manifeſtentur eſſe rectè, & ſecundum legem Dei, facta. Et licet iuſti, probiq; homines, hominum ſæpe aſpectum fugiant, ne laudis humanæ fauorem ex vitæ æquitate, bonarumq; actionum innocentia, aucupari videantur; ea tamen om-

Bonorum operum, ingenium & natura.

Digitized by Google

nino occultari nec poſſunt, nec debent. Ideò, in Apoſtolis (quos lucem mundi appellauerat) ab *Epi*ſcopis, id probitatis exemplum Dominus Matth. 5. efflagitabat, quod hominum obtutibus ſemper eſſet oppoſitum. Nam, quemadmodum, inquit, nec ciuitas celſo in monte extructa; nec lucerna candelabro impoſita; ita & vos latere non poteſtis; *Date* ergo operam, vt non ſolùm verbis, ſed etiam operibus fulgeatis; ita *vt videant homines opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt*, &c. Nolo vos opera veſtra bona inaniter oſtentare, ſed ita viuere adhortor, vt qui opera viderint, Deum laudent. Non ſit operum bonorum veſtrorum finis, inanis veſtra; ſed ſolida Dei, gloria.

Opera bona, in aliorum etiam conſpectu facienda.

Quæ autem aliter ſe habent, ait Paulus, id eſt, vel manifeſta non ſunt, vel bona certè non ſunt, abſcondi diutius non poſſunt. Licet enim qui male agit, lucem oderit, & *non veniat ad lucem, vt non arguantur opera eius*; nihilominus tamen, ſi bona non ſunt, abſcondi diutius non poſſunt, quia qualis quiſq; ſit, tandem aliquando declarabitur. *Et* licet aliqui male agentes, lucem quærant, id tamen vt malum ab aliis cernatur, non cotingit, (quod natura ſua tenebras ſectatur; ne mala opera arguātur, quin magis occultentur) ſed quia inde lucrum, aut gloriam expectant; Non tamē ita abſcondi poſſunt, quin tandem appareant, & in lucem veniant; *Nihil enim eſt apertum, quod non reueletur*. Matth. 10. ſuper quæ verba, *D.* Hilarius can. 10. *Dies*, ait, *iudicij, ea quæ nunc occulta exiſtimātur, luce cognitionis publicæ deteget. Igitur non minas, non conſilia, non poteſtates inſectantium, monet Chriſtus eſſe metuendas; quia dies iudicij, nulla hæc fuiſſe, atq; inania, reuelabit.* Chryſoſtomus

Malè agentes cur interdum lucem quærāt.

Mala, aliquādo appaſitura, & reuelanda eſſe.

ſtomus vero: *Non multò poſt, ait, ſaluatores vos, benefactoresq; totius orbis terrarum, prædicabunt. Tempus enim, quod obumbrata omnia deteget, virtutis veſtræ ſplendorem accendet.* Aderit enim tempus, cum vel in hac vita Deus; vel in iudicio innocentiũ facta patefaciet, Pſal. 36. *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Et educet, quaſi lumẽ, iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem*; hoc eſt, virtutem innocentiamq; tuã; manifeſtam omnibus faciet, & veluti ex tenebris educet. Nonne in tenebris falſi teſtimonij, Suſannæ iacebat caſtitas? *Ex* iis tenebris, illius iuſtitiam Deus eduxit, quaſi lumen, ſplendoremq; clariſſimum; è tenebris quoq; Ioſephi innocentiam, Apoſtolorumq; eduxit ſanctitatem. E diuerſo, quæ minus honeſta, rectaq; ſunt, licet ad tempus ignota maneant, non tamen ſemper oculos hominum effugient: Nihil enim eſt, quod non in apricum proferat ætas. Monet interim Apoſtolus, 1. Cor. cap. 4. *ne ante tempus* de hominum occultis actionibus, *iudicemus, quoad vſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium; & tunc laus erit vnicuique à Deo.*

Suſannæ & Ioſephi, &c. caſtitas, manifeſta.

* * *

CA-

CAPVT VI.

1. QVicumq; ſunt ſub iugo ſerui,
dominos ſuos honore dignos
2. arbitrentur: *ne nomen Do-
mini, & doctrina blaſpheme-
3. tur. *Qui autem fideles habent Dominos,
non contemnant quia fratres ſunt, ſed ma-
gis ſeruiant quia fideles ſunt & dilecti, qui
4. beneficij participes ſunt. *Hæc doce & ex-
5. hortare. *Si quis aliter docet, & non ac-
quieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri
Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem
6. eſt doctrinæ: *ſuperbus eſt, nihil ſciens,
ſed languens circa quæſtiones & pugnas
7. verborum: *ex quibus oriuntur inuidiæ,
contentiones, blaſphemię, ſuſpiciones ma-
læ, conflictationes hominum mente cor-
8. ruptorum, & qui veritate priuati ſunt, *e-
9. xiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. *Eſt
autem quæſtus magnus, pietas cum ſuffi-
10. cientia. *Nihil enim intulimus in hunc
mundum; haud dubium, quòd nec auſer-
11. re quid poſſumus. *Habentes autem ali-

menta,

menta, & quibus tegamur, his contenti ſu-
mus. *Nam qui volunt diuites fieri, inci- 12.
dunt in tentationem & laqueum Diaboli
& deſideria multa, inutilia & nociua, quæ
mergunt homines in interitum & perdi-
tionem. *Radix enim omnium malorum 13.
eſt cupiditas: *quam quidam appetentes, 14.
errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe dolori-
bus multis. *Tu autem ô homo Dei, hæc 15.
fuge; *ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fi- 16.
dem, charitatem, patientiam, manſuetudi-
nem. *Certa bonum certamen fidei; ap- 17.
prehende vitam æternam, *in qua voca- 18.
tus es, & confeſſus bonam confeſſionem
coram multis teſtibus. *Præcipio tibi co- 19.
ram Deo, qui viuificat omnia, & Chriſto
Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio
Pilato bonam confeſſionem: *vt ſerues 20.
mandatum ſine macula irreprehenſibile
vſque in aduentũ Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, *quem ſuis temporibus oſtendet bea- 21.
tus & ſolus potens, *Rex regum, & domi- 22.
nus dominantium, *qui ſolus habet im- 23.
mortalitatem *& lucem inhabitat inac- 24.

25. ceſſibilem, *quem nullus hominum vi-
26. dit,ſed nec videre poteſt: *cui honor & im-
27. perium ſempiternum, Amen. *Diuitibus
huius ſæculi præcipe non ſublime ſape-
re, neque ſperare in incerto diuitiarum,
28. *ſed in Deo viuo(qui præſtat nobis omnia
29.30. abunde ad fruendum) *bene agere, *diui-
31. tes fieri in bonis operibus, *facilè tribuere,
32. communicare, *theſaurizare ſibi funda-
33. mentum bonum in futurum, *vt appre-
34. hendant veram vitam. *O Timothee, de-
35. poſitum cuſtodi: *deuitans profanas vo-
cum nouitates, & oppoſitiones falſi nomi-
36. nis ſcientiæ, *quam quidam promit-
tentes, circa fidem exciderunt
37. *Gratia tecum, Amen.

* * *

CA-

CAPVT VI.

Quicumq; ſunt ſub iugo ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur. I.

CVm Chriſtus, nec viliſſimos quoſq; negligat, vt qui pro omnibus, etiam ſuis inimicis mortuus ſit, tum etiam Epiſcopo neceſſarium fuit cognoſcere, qui ſe erga ſeruos gerere deberet. In primis verò opus id fuit Timotheo, qui Aſianorum agebat Antiſtitem, inter quos erant ſerui, tam conditione, quàm ingenio plurimi. Hinc Aſiaticis populis ſcribens Apoſtolus, ſeruorum ferè ſemper mentionem facit: Epheſ. 6. Coloſſ. 3. 1. Corint. 7. Sicut & D. Petrus, in Epiſtola ad eoſdem miſſa, de hoc eodem hominum genere plurima inculcat. Summũ porro ſeruitutis genus, & ingenium, hic circumſcribit Apoſtolus, alludendo ad boues, qui iugo cornibus & ceruicibus alligato, ita continentur, vt non eis liceat, quo appetunt, vel ire, vel diuagari. Iugum, ſiue onus, & virgam ſæpe coniungit ſcriptura; quibus calamitates, & flagella, quæ ſeruis infligebantur, ſignificat: Iſai. cap. 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſeparaſtis* hoc eſt; Virgam Præfecti operum, atque tribulatorum, qua ſolebat exactor humeros & terga, ſeruorum præſertim cædere; ſicut dicitur Exod. 5. cap.

Serui inter Aſiaticos plurimi.

Seruitutis ſummum genus.

Iugum & Virga, in ſacris literis coniuncta.

 Flagel-

Digitized by Google

Flagellati ſunt, qui præerant operibus filiorum Iſraël, ab exactoribus Pharaonis. Simile id Nahum cap. 1. *Cõteram virgam de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam.* Et eleganter Origenes dixit: *Indigent virga, quotquot ex credentibus, pecudum more viuunt.* Vtrumque quidem ſeruitutis ſymbolum eſt, & verberatio virgarum, & iugum atque vincula: De quibus Iob cap. 9. *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat:* Quaſi diceret, ne mihi impingat flagellũ, ne me pulſet, tundatq́; virga, neque impoſito onere opprimat. Et cum naturaliter homo, ex proprio ſui ipſius amore, ſuperbus ſibi ſemper, reliquiſque videatur præſtantior, ac ſic alterius ferre imperium ægre poſſit; tum non niſi compulſus neceſſitate, alterius iugum vult portare, & ſic non niſi inuitus atque obmurmurans ſuperiorum iuſſa complere.

Symbolum ſeruitutis.

Hominis inclinatio ad ſuperbiã, à natura.

Vbi ſciendũ eſt, hæc nomina, *ſeruus* & *Dominus*, non eſſe naturæ, ſed peccati; Quemadmodũ enim Adami peccato, mors in mundũ inuecta eſt; ita peccato Chã, ſeruitus in genus humanum eſt introducta; Illam dico ſeruitutem, quæ inuoluntaria eſt homini, acerba, odioſa, contraria denique naturali libertatis amori, qui flagrantiſſimus, atque acerrimus eſt in homine, quemadmodum eleganter docuit Auguſtinus, lib. 19. de ciuit. cap. 15. *Rationalem*, inquit, *hominem factum ad imaginem ſuam, noluit niſi irrationabilibus dominari, nõ hominem homini, ſed hominem pecori. Inde primi iuſti, paſtores pecorum magis, quàm reges hominum conſtituti ſunt: vt etiam ſic inſinuaret Deus, quid poſtularet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe ſeruitutis, iure intelligitur impoſita peccatori. Proinde nuſquam ſcripturarum legimus ſeruum, antequam hoc vocabulo Noë*

Nomina Domini, & ſerui, eſſe peccati, nõ naturæ.

Libertatis amor naturalis homini.

Digitized by Google

lo Noë iuſtus peccatum filij vindicaret. Nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura. Eadem fere ſcribit Chryſ. hom. 29. in Geneſin: *Ecce fratrem*, inquit, *eodē natum patre, eodem egreſſum vtero, peccatum fecit ſeruū, & ablata libertate, iugum illi viliſſimæ ſubiectionis impoſuit, vnde poſtea ſeruitutis ſumpſit originem.* Nec minus copioſe Seneca, epiſtol. 47. ex quo deſcripſit, dum inducit Prætextatum diſputantem cum Euangelo, Macrobius, lib. 5. Saturnal. cap. 11. *An forte*, inquit, *ſeruos in hominum numero eſſe non pateris? Vnde in ſeruos tantum, & tam immane faſtidium, quaſi non ex iiſdem tibi, & conſtent, & alantur elementis, eundemque ſpiritum ab eodem principio carpant? Vis tu cogitare eos, quos ius tuum vocas, iiſdem ſeminibus ortos, eodem frui cælo, æq; viuere, æq; mori? ſerui ſunt, imò conſerui.*

Cham, primum ſeruum, ex peccato factum.

Viderint proinde dominatione, & dignitate inſoleſcētes, ne humanitatem ita omnem exuant, quaſi ſerui homines non eſſent, aut ipſimet ſuperioris alicuius, diuinæq; conditionis exiſterent; qua falſa opinione commoti, ſic cum ſeruis agant, vt illorum non modo conditionem, ſed & naturam faſtidiant. Aliter ſane eandem naturæ originem cōſiderabat Apoſtolorum princeps, cum Act. cap. 10. procidentem ad pedes eius, adoraturum Cornelium Centurionem, eleuauit dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum:* Eodem modo Paulus, & Barnabas, ibid. 14. cap. diuos illos honores à Lyſtrenſibus ſibi oblatos, reſpuerunt, dicentes: *Viri, quid hoc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines.* Qamobrem eleganter monuit Clemens, 3. Pædag. cap. 11. non vtendum famulis, tanquam iumentis; atque æquitatem, patientiam & benignitatem Dominis pulchrè conuenire. Legatur

Domini, in ſeruis nimis aſperi.

Serui humaniter tractandi.

Digitized by Google

Plutarchus, lib. de cohibenda ira, & Seneca lib. 2. de benef. cap. 28.

Seruorum peruerſum ingenium.

Quia tamen eiuſmodi ſæpe ſunt ſerui ingenio, vt quos ſi bene tractes, peiores fiãt; ſi malè, peſſimi; (prouerbio enim illud iactatur: *Totidem nobis hoſtes eſſe, quot ſeruos*: Et illud; *ſeruo peius nihil eſt, ne bono quidem*) ideò Chriſtianos ſeruos docet Apoſtolus, vt Dominis, etiam gentilibus, omnem honorem, reuerentiam, & fidem voluntariè, libenter, prompteq; exhibeant. Cuius reuerentiæ cum præcipua pars ſit, ſtudium vtilitatis Domini, eoſdem hortatur, vt *Dominos ſuos omni proſequantur honore.* Poteſtatibus enim ſublimioribus, omnem ſubiectionem, timorem, tributumq́; deberi, nos iure tàm naturali, quàm diuino moneri. Omnis autem generis ſeruos monitos cupit; quorum tres ordines apud antiquos Aſiaticos fuiſſe, obſeruauit Petrus Pithœus, lib 2. c. 9. In primo erant actores, diſpenſatores, amanuenſes, ordinarij, quorum opera, & ſedulitate res domeſticæ, & priuatæ adminiſtrabantur. In ſecundo mediaſtini, qui & in media domo, ad omnium imperium, viliſſima, & ſordidiſſima domus miniſteria obibant. In tertio, qui & duriorem adhuc ſeruiebant ſeruitutem, & compediti, aut vincti dicebantur; & erant, vel pœnæ, vel cuſtodiæ cauſa, aut ex officij more; qui nunc ſerui, aut mancipia appellantur. Et eiuſmodi omnes ad Epheſios cap. 6. monentur ab Apoſtolo, *vt dominis carnalibus, cum timore, & tremore obediant.* Circa quæ verba Chryſoſtomus: *Nomen,* inquit, *duntaxat ſeruitutis habes, dominium iſtud iuxta carnem eſt temporale, ac breue: nam quicquid carnale eſt, fragile eſt ac marcidum.*

Vtilitas Dominorum, a ſeruis promouenda.

Seruorum ordines tres.

Ne

Ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. II.

Nomen Domini, ſiue *Dei* in ſcriptura, nō hoc, illudue tantum, quo eum appellamus; ſed noſtram de eo exiſtimationem, eius perfectiones, & quicquid ad ipſum quacūq; ratione pertinet, ſignificat; quo pacto Pſal. 8. exclamat regius vates; *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuū*; id eſt, ſapientia, bonitas, potentia, aliaq; attributa tua: Sic Luc. 1. in Cantico D. Virginis: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius*; hoc eſt, in myſterio incarnationis Dominicæ, quod in me operatus eſt Deus, effulſit non tantū potentia; ſed etiā bonitas, ſapientia, miſericordia, iuſtitia, &c. Ponitur etiā *nomen Domini* pro potentia & auxilio eius, vt cum patre pro ſuis deprecans Chriſt⁹: *Pater ſancte*, ait Ioā. 17. *ſerua eos in nomine tuo*; q̃ nomen propterea nominat ſapiens, Prou. 18 *turrim fortiſſimā*. Quin & abſolutè, ipſum Deum ſignificare, Leu. c. 24. teſtari videtur, vbi dicitur filium Iſraëlitidis & Ægyptij *blaſphemaſſe nomen Domini*: item Exod 25. dicitur: *Omnipotens nomē Domini*; hoc eſt, Deus, qui ſignificatur per nomen. Hoc vero loco nihil obſtare videtur, quo minus *nomine Domini*, dicamus per accommodationé, ipſum Chriſtū ideo intelligi, vel quia nomen Dei gerit, & Deus eſt atq; vocatur, vel potius quia nomen eſt quædā notio & definitio rei; Filius vero eſt Verbū, & expreſſio propriæ eſſentiæ patris, eiq; ex vi ſuæ generationis, per dictionem expreſſus intellectus conſubſtantialis. Quaſi diceret Apoſtolus, vt ſerui omnē honorem & obedientiam deferant ſuis Dominis etiā infidelibus, ne nomen Domini, id eſt Chriſtus, eiuſdēq; doctrina apud eos male audiat, & blaſphemetur.

Varia, nominis Domini ſignificationes.

Quid nomen Domini, hoc loco.

Cum

Pſeudoapoſtolorum corrupta doctrina, de libertate Euangelica.

Cum enim docuiſſent quidam pſeudoapoſtoli, omnes mortales æqualiter eſſe debere liberos, quod ab vno, eodemq; patre Adamo, originem ducentes, ab vno, eodemq; mediatore Chriſto eſſent ſimiliter redempti; tum obſtreperi facti ſerui, ſuis Dominis infidelibus occaſionem dabant, de religione, & doctrina Chriſtiana male ſentiendi; quaſi lex Euangelica, ciuiles & politicas perturbaret, quibus ſeruos, vel ex conditione, vel ex delicto, ſuis Dominis ſubiici neceſſariò debere, conſtat. Atque vt falſæ huic libertatis opinioni occurrat Apoſtolus, dicit, Chriſtianam libertatem non eſſe carnalem, ſed ſpiritualem, & quę ſeruitutem humanã compatiatur, nec ciuilem, ac politicam tollat; monetq; ſuos ſeruos Chriſtianos, ne id à Dominis ſuis petant, quod olim Iudæi, qui ſeptimo quoque anno, manu mittebantur, Exod. 21. ſed ſua potius conditione contenti, & maiori quam antea, obedientia, fide, obſequiis, ſint ſuis Dominis, bene de Chriſtiana fide ſentiendi occaſio. Cum enim Deo inprimis vti par eſt, aliquis ſeruit; ita etiam cuiuis homini ſeruire gnauiter diſcet, vt ſua ipſius ſeruitute ſe ſuo Domino probet. Deo namque ſeruire, omnem pietatis cultum, & ſancta omnia obſequia, miniſteriaq; minimè ſeruilia comprehendit; quia ſeruus Dei, liber eſt, & ingenuus. Hinc communi Prouerbio iactatum. *Deo ſeruire, eſſe regnare.* Qui porrò alteri, quàm Deo ſeruit, is verè ſeruus eſt, minimeque ingenuus. Sathanas ergo, cum non modo ſeruus ſit, ſed & viliſſimum mancipium; qui ſe illi ſeruum exhibet, ſe ſeruum & viliſſimum mancipium efficit, qualis Chanaam fuit, fratrum ſuorum ſeruus effectus: Atque de hoc ſeruitutis genere loquens Dominus,

Seruire Deo, quid ſit.

Alteri, quàm Deo ſeruiens, eſt.

Ioan.

Ioan. 8. *Omnis*, inquit, *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*; Nam per peccatum, Dæmonis & hominis peccato obnoxij, peccati liberum arbitrium manet ſeruum; quia non habet poteſtatem, nec vires, vt reſiſtat peccato, & Dæmoni; Niſi enim diuinæ gratiæ adſit auxilium, in eo eſt ſtatu, vt à peccato commiſſo, ſua ſe purgare virtute nequeat; nec omne valeat impoſterum cauere peccatum, ſicut nec omnem dæmonis vincere tentationem; ſed nouis peccatis eundem ſuccumbere, neceſſe eſt, quemadmodum eius, quæ Romanis ſcripta eſt cap. 6. multis augumentis probat Apoſtolus.

Lapſi hominis infirmitas ad bene operandum, & procliuitas ad peccandum.

Vult ergò Paulus hoc loco, ſiue conditione, ſiue delicto ſeruos, erga ſuos Dominos, & heros, etiam infideles, & diſcolos, ita eſſe procliues & addictos, vt in ſua vocatione ſimul ita ſint religioſi, vt iugibus ſpectatæ vitæ exemplis, virtutis ſtudio, animiq; ad omnia obſequia promptitudine & alacritate, bonam eorum cordibus fidei catholicæ opinionem ingenerẽt, quibus illi ſeruiunt, & ancillãtur. Parum enim eſt, veram profiteri apud infideles religionem, & dici Chriſtianum, ſi nomini, & profeſſioni præclara facta deſint, nec morum accedat aſſidua probitas, & integritatis plena conuerſatio; ſicut catholicis vſu, hoc calamitoſo inuectæ hæreſeos tempore, venit, qui ceu aduenæ apud Sectarios aliter viuunt, quàm fidei catholicæ regula præſcribat; De quib. merito dixerit Apoſtolus, 2. Cor. 6. quod *iugum ducerent cum infidelibus*, quia impietate, nequitia & improbitate ſua, anſam præbent iis, qui foris ſunt, ſacras orthodoxæ fidei leges, & pia inſtituta, quæ præſcribit grauiſſima SS. matris Eccleſię authoritas, calumniandi, eaq; ſubſannandi

Seruos, dominis obedientes eſſe oportere.

Serui Catholici, inter Sectarios peruersè, et Sectariorũ more viuentes.

Ppp quæ

quæ maiores noſtri, ad maiorem Dei gloriam, & ſalutis proximorum amplificationem, poſteritati tradidere: Quod Deo ſupra modum diſplicere, facit teſtatum ſcriptura 2. Reg. 12. vbi dicitur, ex Domini iuſſu per prophetam, Dauidi: *Quoniam blaſphemare feciſti nomen Domini, propter hoc verbum, filius qui natus eſt tibi, morte morietur.*

Ioſeph, ſeruus fidelis.

Ioſeph in Ægyptum venditus, talis erat ſeruus, cuius innocentia, puritas, & fides, veri Dei nomen clariſſimum paſſim redderet, Gen 39 40 41. Eodem modo, puella illa Iſraëlitiſſa apud Syros ancillans, clariſſimo principi Naaman cauſa fuit, vt Deus Iſraël, ſupra Deos omnes eſſe, Deus potens fortis ab eodem prædicaretur, 4. Reg. 5. Quid Mardochæi fides, & conſtantia, populi Iſraëlitici Deum viuum colentis libertati, in ipſa captiuitate non attulit? Eſter 2. 10. 12. Danielis ſerui prudens innocentia, inaudita pudicitia, ſingularis pietas, & religioſa abſtinentia, quantam idololatris, gloriæ diuinæ amplificãdæ materiam ſubminiſtrarit, pleni ſunt ſacri & prophetici libri. Eiuſmodi ſeruorum ſequaces vtinam principes, & Dynaſtæ multos hodie habeant, qui Deũ ſuper omnia timentes, Dominorum commoda vt ſua reputent, fideliterq; omnia tractent, promoueant & curent. Sic futurum eſt, vt ex eorum fide, probatione, & diligentia, glorificetur Deus, &c.

Ancilla Naaman Syri laudata.

Mardochæi fides & conſtantia.

Daniel ſeruus fideliſſimus.

III. *Qui autem fideles habent Dominos, non contemnant quia fratres ſunt; ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt. & dilecti, qui beneficij participes ſunt.*

De-

Duplex ſeruorum genus ſuo tempore fuiſſe, inſinuat Apoſtolus: Vnum Chriſtianum, quod Dominis gentilibus: aliud fidele, quod Chriſtianis Dominis erat obſtrictum, de quo iam loquitur, hoc ſenſu. Non ideò ſeruitutem antea debitam denegent, aut æqualitatem cum ſuis heris ſibi vendicent ſerui, quia ambo Chriſtiani ſunt, (eſt enim ſeruis proprium, vt cùm ſe in aliquo æquales eſſe viderint, in omnibus ſe pares arbitrentur) quaſi pares ſint, aut alter in alterum ius non habeat: Licet enim Chriſti fide omnes ſint æquales, in qua neque eſt ſeruus, neque liber: noſtra tamen in Chriſto paritas, & æqualitas intelligenda eſt in ſpiritualibus, quoad interiorem; non in ſeruitiis corporeis, & quoad exteriorem hominem, & externam ac ciuilem politiam. Maiori igitur affectione, atque officio cogitent ſerui, vt Dominis fidelibus beneficium, fideliter ſeruiendo reddant, quod ab iis multa beneficia accipiant: Aluntur enim ab illis, & veſtiuntur, laborantque pro illis Domini, vt quietè viuant, & eorum munere facti ſunt Chriſtiani.

Seruorum duplex genus.

Seruum, etiam infidelibus dominis fidelem eſſe oportere.

Fuiſſe nonnullos, primis illis Eccleſiæ Chriſtianę temporib. refert Pererius, in capite decimo tertio, ad Roman. falſo arbitrantes & docentes (quemadmodum & docuerunt primi inuectæ per Germanicis hæreſis authores) exemptos eſſe homines Chriſtianos à ſæcularibus, & ciuilibus legibus, & liberos ab obedientia, & ſubiectione magiſtratuum, & principum ſæcularium: quod Dominus dixiſſet Ioann. 8. *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Et Matth. 17. *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille* (Petrus nempe) *dixit: Ab*

Quorundam error, putantiũ, ſeruos Chriſtianos ab obedientia exemptos eſſe.

Digitized by Google

alienis. Dixit illi Ieſus; Ergò liberi ſunt filij. Hæc paucorum hominum falſa ſententia, & doctrina, vniuerſam Christianorum gentem reddidit omnibus inuiſam, & exoſam, & maledictis, conuitiis, atque calumniis obnoxiam: Quin etiam (authore Chryſoſtomo) ſparſo rumore percrebuerat, Apoſtolos, & prædicatores Euagelij, rerum eſſe nouatores, atque ad euertendas leges ciuiles, omnia & dicere, & facere. Vt igitur hoc Apoſtoli ſcandalum auferrent, tum in concionibus, tum in epiſtolis ſuis valdè laborabant, in docendo, & perſuadendo, homines Chriſtianos propter fidem, & religionem Chriſti ſuſceptam, non eſſe immunes, & liberos à præſtandis obedientiam, & tributa magiſtratibus, & principibus: Eſt enim hic laudabilis & egregius ordo Reipublicæ, vt quidam imperent, alij obtemperent; quia, vt author eſt Eccleſiaſticus, cap. 5. *Excelſo, excelſior eſt alius: & ſuper hos quoque, eminentiores ſunt alij. Et inſuper vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruienti.* Et ſicut ab iis, qui imperant, benignitas in inferiores, amorq; maximus requiritur; ita à ſubditis, vt ſuis Dominis pretioſi ſint (ſicut de ſeruo Centurionis loquitur Lucas) exigitur, vt obedientiam præſtent præcellentibus poteſtatibus; quia *qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, Rom. 13. Dei autem ordinationem vocat Apoſtolus, vt quidam præſint, quidam ſubiiciantur. Hinc Prouerb. 8. ſcriptum eſt: *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.* Vnde Theodoretus, in adductum Pauli locum, ſic ſcribit: *Deus communis ordinis curam gerens, effecit, vt hi quidem imperarent; illi verò parerent; veluti quoddam frenum iis, qui ſe iniuſte gerunt, magiſtratuum timorem*

Chriſtiani omnibus olim inuiſi & exoſi.

Ordo Reipublicæ.

Magiſtratuum conſtitutionem à Deo eſſe.

morem incutiens: Item, magiſtratum gerere, eique parere, à diuina prouidentia pendere, ſtatuit Apoſtolus. Si ſit Deus propitius, dat magiſtratus, qui iuſtum colunt, & obſeruant, iuxta Hierem. cap. 3. *Dabo eis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent eos paſcentes cum ſcientia. Cum autem vult eos, qui peccant, caſtigare; eos etiam à malis magiſtratibus regi permittit,* iuxta Eſai. cap. 3. *Dabo,* inquit, *adoleſcentulos principes eorum, & illuſores dominabuntur eis.* Hæc Theodoretus. Et Theophylactus: *Poteſtates,* ait, *omnes à Deo inſtitutæ ſunt, ſiue patris in filium, ſiue viri in vxorem, vel ſi quas alias dixeris, ſiue cæteras omnes, quas eſſe vel inter bruta animantia conſtat, quales apum, anſerum, & piſcium ſunt.*

Magiſtratus æqui rectiq; cultor.

Magiſtratus malus.

Notandum tamen eſt, quod ſerm. 33. dicit Ambroſius, & hic etiam inſinuat Apoſtolus, quod etſi cõditione quidam ſunt ſerui, gratia tamen *fratres* ſint. *Etenim ſimiliter Chriſtum induerunt,* ait, *iiſdem participant ſacramentis; Eodem, quo & Domini, vtuntur Deo; cur & Dominis non vtantur, vt fratribus ſerui?* Ex quibus inferre vult, non contumelioſè ac furioſè ſeruos eſſe tractandos, dummodo, cum opus eſt, puniantur. Vt enim ait Eccleſiaſticus, cap. 33. *panis & diſciplina, & opus ſeruo;* id eſt, tria hæc reddenda ſunt ſeruo, *panis,* id eſt cibus, tum animi, tum corporis, *& diſciplina,* id eſt, tum caſtigatio, tum correptio: Præterea *opus* & labor; de quibus plura apud Platonem in lib. quos de legibus inſcripſit. Cum ergò (ait Epheſiis cap. 4 Paulus) Dominis, & ſeruis *vnus* ſit *Deus, vna fides, vnum baptiſma,* tum etiam ſerui maiora, communis religionis titulo, Dominis obſequia debebunt; vt quos non naturali, & politico duntaxat, ſed etiam charitatis amore, tanquam parentes, in Domino proſequi iure debeant.

Serui conditione, gratia fratres.

Serui non contumelioſè tractandi.

Digitized by Google

Flagellati ſunt, qui praerant operibus filiorum Iſraël, ab exactoribus Pharaonis. Simile id Nahum cap. 1. *Cõteram virgam de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam*. Et eleganter Origenes dixit: *Indigent virga, quotquot ex credentibus, pecudum more viuunt*. Vtrumque quidem ſeruitutis ſymbolum eſt, & verberatio virgarum, & iugum atque vincula: De quibus Iob cap. 9. *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat*: Quaſi diceret, ne mihi impingat flagellũ, ne me pulſet, tundatq; virga, neque impoſito onere opprimat. Et cum naturaliter homo, ex proprio ſui ipſius amore, ſuperbus ſibi ſemper, reliquiſque videatur præſtantior, ac ſic alterius ferre imperium ægre poſſit; tum non niſi compulſus neceſſitate, alterius iugum vult portare, & ſic non niſi inuitus atque obmurmurans ſuperiorum iuſſa complere.

Symbolum ſeruitutis.

Hominis inclinatio ad ſuperbiã, à natura.

Vbi ſciendũ eſt, hæc nomina, *ſeruus* & *Dominus*, non eſſe naturæ, ſed peccati; Quemadmodũ enim Adami peccato, mors in mundũ inuecta eſt; ita peccato Chã, ſeruitus in genus humanum eſt introducta; Illam dico ſeruitutem, quæ inuoluntaria eſt homini, acerba, odioſa, contraria denique naturali libertatis amori, qui flagrantiſſimus, atque acerrimus eſt in homine, quemadmodum eleganter docuit Auguſtinus, lib. 19. de ciuit. cap. 15. *Rationalem*, inquit, *hominem factum ad imaginem ſuam, noluit niſi irrationabilibus dominari, nõ hominem homini, ſed hominem pecori. Inde primi iuſti, paſtores pecorum magis, quàm reges hominum conſtituti ſunt: vt etiam ſic inſinuaret Deus, quid poſtularet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe ſeruitutis, iure intelligitur impoſita peccatori. Proinde nuſquam ſcripturarum legimus ſeruum, antequam hoc vocabulo Noë*

Nomina Domini, & ſerui, eſſe peccati, nõ naturæ.

Libertatis amor naturalis homini.

lo Noë

lo Noë iuſtus peccatum filij vindicaret. Nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura. Eadem fere ſcribit Chryſ. hom. 29. in Geneſin: *Ecce fratrem,* inquit, *eodẽ natum patre, eodem egreſſum vtero, peccatum fecit ſeruũ, & ablata libertate, iugum illi viliſſimæ ſubiectionis impoſuit, vnde poſtea ſeruitutis ſumpſit originem.* Nec minus copioſe Seneca, epiſtol. 47. ex quo deſcripſit, dum inducit Prætextatum diſputantem cum Euangelo, Macrobius, lib. 5. Saturnal. cap. 11. *An forte,* inquit, *ſeruos in hominum numero eſſe non pateris? Vnde in ſeruos tantum, & tam immane faſtidium, quaſi non ex iiſdem tibi, & conſtent, & alantur elementis, eundemque ſpiritum ab eodem principio carpant? Vis tu cogitare eos, quos ius tuum vocas, iiſdem ſeminibus ortos, eodem frui cælo, æq; viuere, æq; mori? ſerui ſunt, imò conſerui.*

Cham, primum ſeruum, ex peccato factum.

Viderint proinde dominatione, & dignitate inſoleſcẽtes, ne humanitatem ita omnem exuant, quaſi ſerui homines non eſſent, aut ipſimet ſuperioris alicuius, diuinæq; conditionis exiſterent; qua falſa opinione commoti, ſic cum ſeruis agant, vt illorum non modo conditionem, ſed & naturam faſtidiant. Aliter ſane eandem naturæ originem cõſiderabat Apoſtolorum princeps, cum Act. cap. 10. procidentem ad pedes eius, adoraturum Cornelium Centurionem, eleuauit dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum:* Eodem modo Paulus, & Barnabas, ibid. 14. cap. diuos illos honores à Lyſtrenſibus ſibi oblatos, reſpuerunt, dicentes: *Viri, quid hoc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines.* Qamobrem eleganter monuit Clemens, 3. Pædag. cap. 11. non vtendum famulis, tanquam iumentis; atque æquitatem, patientiam & benignitatem Dominis pulchrè conuenire. Legatur

Domini, in ſeruis nimis aſperi.

Serui humaniter tractandi.

Digitized by Google

Plutarchus, lib. de cohibenda ira, & Seneca lib. 2. de benef. cap. 28.

Seruorum peruerſum ingenium.

Quia tamen eiuſmodi ſæpe ſunt ſerui ingenio, vt quos ſi bene tractes, peiores fiãt; ſi malè, peſſimi; (prouerbio enim illud iactatur: *Totidem nobis hoſtes eſſe, quot ſeruos*: Et illud; *ſeruo peius nihil eſt, ne bono quidem*) ideò Chriſtianos ſeruos docet Apoſtolus, vt Dominis, etiam gentilibus, omnem honorem, reuerentiam, & fidem voluntariè, libenter, prompteq; exhibeant.

Vtilitas Dominorum, a ſeruis promouenda.

Cuius reuerentiæ cum præcipua pars ſit, ſtudium vtilitatis Domini, eoſdem hortatur, vt *Dominos ſuos omni proſequantur honore.* Poteſtatibus enim ſublimioribus, omnem ſubiectionem, timorem, tributumq́; deberi, nos iure tàm naturali, quàm diuino moneri. Omnis autem generis ſeruos monitos cupit; quorum tres ordines apud antiquos Aſiaticos fuiſſe, obſeruauit Petrus Pithœus, lib 2. c. 9.

Seruorum ordines tres.

In primo erant actores, diſpenſatores, amanuenſes, ordinarij, quorum opera, & ſedulitate res domeſticæ, & priuatæ adminiſtrabantur. In ſecundo mediaſtini, qui & in media domo, ad omnium imperium, viliſſima, & ſordidiſſima domus miniſteria obibant. In tertio, qui & duriorem adhuc ſeruiebant ſeruitutem, & compediti, aut vincti dicebantur; & erant, vel pœnæ, vel cuſtodiæ cauſa, aut ex officij more; qui nunc ſerui, aut mancipia appellantur. Et eiuſmodi omnes ad Epheſios cap. 6. monentur ab Apoſtolo, *vt dominis carnalibus, cum timore, & tremore obediant*. Circa quæ verba Chryſoſtomus: *Nomen*, inquit, *duntaxat ſeruitutis habes, dominium iſtud iuxta carnem eſt temporale, ac breue: nam quicquid carnale eſt, fragile eſt ac marcidum.*

Ne

Ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. II.

Nomen Domini, ſiue *Dei* in ſcriptura, nō hoc, illudue tantum, quo eum appellamus; ſed noſtram de eo exiſtimationem, eius perfectiones, & quicquid ad ipſum quacũq; ratione pertinet, ſignificat; quo pacto Pſal. 8. exclamat regius vates; *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuũ*; id eſt, ſapientia, bonitas, potentia, aliaq; attributa tua: Sic Luc. 1. in Cantico D. Virginis: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius*; hoc eſt, in myſterio incarnationis Dominicæ, quod in me operatus eſt Deus, effulſit non tantũ potentia; ſed etiā bonitas, ſapientia, miſericordia, iuſtitia, &c. Ponitur etiā *nomen Domini* pro potentia & auxilio eius, vt cum patre pro ſuis deprecans Chriſtus: *Pater ſancte*, ait Ioā. 17. *ſerua eos in nomine tuo*; q. nomen propterea nominat ſapiens, Prou. 18 *turrim fortiſſimā*. Quin & abſolutè, ipſum Deum ſignificare, Leu. c. 24. teſtari videtur, vbi dicitur filium Iſraelitidis & Ægyptij *blaſphemaſſe nomen Domini*: item Exod 25. dicitur: *Omnipotens nomē Domini*; hoc eſt, Deus, qui ſignificatur per nomen. Hoc vero loco nihil obſtare videtur, quo minus *nomine Domini*, dicamus per accommodationē, ipſum Chriſtũ ideo intelligi, vel quia nomen Dei gerit, & Deus eſt atq; vocatur, vel potius quia nomen eſt quædā notio & definitio rei; Filius vero eſt Verbũ, & expreſſio propriæ eſſentiæ patris, eiq; ex vi ſuæ generationis, per dictionem expreſſus intellectus conſubſtantialis. Quaſi diceret Apoſtolus, vt ſerui omnē honorem & obedientiam deferant ſuis Dominis etiā infidelibus, ne nomen Domini, id eſt Chriſtus, eiuſdēq; doctrina apud eos male audiat, & blaſphemetur.

Varia, nominis Domini ſignificationes.

Quid nomen Domini, hoc loco.

Cum

Pſeudoapoſtolorum corrupta doctrina, de libertate Euangelica.

Cum enim docuiſſent quidam pſeudoapoſtoli, omnes mortales æqualiter eſſe debere liberos, quod ab vno, eodemq́; patre Adamo, originem ducentes, ab vno, eodemq́; mediatore Chriſto eſſent ſimiliter redempti; tum obſtreperi facti ſerui, ſuis Dominis infidelibus occaſionem dabant, de religione, & doctrina Chriſtiana male ſentiendi; quaſi lex Euangelica, ciuiles & politicas perturbaret, quibus ſeruos, vel ex conditione, vel ex delicto, ſuis Dominis ſubiici neceſſariò debere, conſtat. Atque vt falſæ huic libertatis opinioni occurrat Apoſtolus, dicit, Chriſtianam libertatem non eſſe carnalem, ſed ſpiritualem, & quę ſeruitutem humanā compatiatur, nec ciuilem, ac politicam tollat; monetq́; ſuos ſeruos Chriſtianos, ne id à Dominis ſuis petant, quod olim Iudæi, qui ſeptimo quoque anno, manu mittebantur, Exod. 21. ſed ſua potius conditione contenti, & maiori quam antea, obedientia, fide, obſequiis, ſint ſuis Dominis, bene de Chriſtiana fide ſentiendi occaſio. Cum enim Deo inprimis vti par eſt, aliquis ſeruit; ita etiam cuiuis homini ſeruire gnauiter diſcet, vt ſua ipſius ſeruitute ſe ſuo Domino probet. Deo namque ſeruire, omnem pietatis cultum, & ſancta omnia obſequia, miniſteriaq́; minimè ſeruilia comprehendit; quia ſeruus Dei, liber eſt, & ingenuus. Hinc communi Prouerbio iactatum. *Deo ſeruire, eſſe regnare.* Qui porrò alteri, quàm Deo ſeruit, is verè ſeruus eſt, minimeq́ue ingenuus. Sathanas ergo, cum non modo ſeruus ſit, ſed & viliſſimum mancipium; qui ſe illi ſeruum exhibet, ſe ſeruum & viliſſimum mancipium efficit, qualis Chanaam fuit, fratrum ſuorum ſeruus effectus: Atque de hoc ſeruitutis genere loquens Dominus, Ioan.

Seruire Deo, quid ſit.

Alteri, quàm Deo ſeruiens, eſt.

Ioan. 8. *Omnis*, inquit, *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*; Nam per peccatum, Dæmonis & hominis peccato obnoxij, peccati liberum arbitrium manet ſeruum; quia non habet poteſtatem, nec vires, vt reſiſtat peccato, & *D*æmoni; Niſi enim diuinæ gratiæ adſit auxilium, in eo eſt ſtatu, vt à peccato commiſſo, ſua ſe purgare virtute nequeat; nec omne valeat impoſterum cauere peccatum, ſicut nec omnem dæmonis vincere tentationem; ſed nouis peccatis eundem ſuccumbere, neceſſe eſt, quemadmodum eius, quæ Romanis ſcripta eſt cap. 6. multis augumentis probat Apoſtolus.

Lapſi hominis infirmitas ad bene operandum, & prouitas ad peccandum.

Vult ergò Paulus hoc loco, ſiue conditione, ſiue delicto ſeruos, erga ſuos Dominos, & heros, etiam infideles, & diſcolos, ita eſſe procliues & addictos, vt in ſua vocatione ſimul ita ſint religioſi, vt iugibus ſpectatæ vitæ exemplis, virtutis ſtudio, animiq; ad omnia obſequia promptitudine & alacritate, bonam eorum cordibus fidei catholicæ opinionem ingenerēt, quibus illi ſeruiunt, & ancillātur. Parum enim eſt, veram profiteri apud infideles religionem, & dici Chriſtianum, ſi nomini, & profeſſioni præclara facta deſint, nec morum accedat aſſidua probitas, & integritatis plena conuerſatio; ſicut catholicis vſu, hoc calamitoſo inuectæ hæreſeos tempore, venit, qui ceu aduenæ apud Sectarios aliter viuunt, quàm fidei catholicæ regula præſcribat; De quib. merito dixerit Apoſtolus, 2. Cor. 6. quod *iugum ducerent cum infidelibus*, quia impietate, nequitia & improbitate ſua, anſam præbent iis, qui foris ſunt, ſacras orthodoxæ fidei leges, & pia inſtituta, quæ præſcribit grauiſſima SS. matris Eccleſię authoritas, calumniandi, eaq; ſubſanandi

Seruos, dominis obedientes eſſe oportere.

Serui Catholici inter Sectarios peruersè, et Sectariorū more viuentes.

Digitized by Google

quæ maiores noſtri, ad maiorem Dei gloriam, & ſalutis proximorum amplificationem, poſteritati tradidere: Quod Deo ſupra modum diſplicere, facit teſtatum ſcriptura 2. Reg. 12. vbi dicitur, ex Domini iuſſu per prophetam, Dauidi: *Quoniam blaſphemare feciſti nomen Domini, propter hoc verbum, filius qui natus eſt tibi, morte morietur.*

Ioſeph, ſeruus fidelis.

Ioſeph in Ægyptum venditus, talis erat ſeruus, cuius innocentia, puritas, & fides, veri Dei nomen clariſſimum paſſim redderet, Gen 39. 40 41. Eodem modo, puella illa Iſraëlitiſſa apud Syros ancillans, clariſſimo principi Naaman cauſa fuit, vt Deus Iſraël, ſupra Deos omnes eſſe, Deus potens fortis ab eodem prædicaretur, 4. Reg. 5. Quid Mardochæi fides, & conſtantia, populi Iſraëlitici Deum viuum colentis libertati, in ipſa captiuitate non attulit? Eſter 2. 10. 12. Danielis ſerui prudens innocentia, inaudita pudicitia, ſingularis pietas, & religioſa abſtinentia, quantam idololatris, gloriæ diuinæ amplificãdæ materiam ſubminiſtrarit, pleni ſunt ſacri & prophetici libri. Eiuſmodi ſeruorum ſequaces vtinam principes, & Dynaſtæ multos hodie habeant, qui Deũ ſuper omnia timentes, Dominorum commoda vt ſua reputent, fideliterq́; omnia tractent, promoueant & curent. Sic futurum eſt, vt ex eorum fide, probatione, & diligentia, glorificetur Deus, &c.

Ancilla Naaman Syri laudata.

Mardochæi fides & conſtantia.

Daniel ſeruus fideliſſimus.

III. *Qui autem fideles habent Dominos, non contemnant quia fratres ſunt; ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt. & dilecti, qui beneficÿ participes ſunt.*

Du-

Duplex ſeruorum genus ſuo tempore fuiſſe, inſinuat Apoſtolus: Vnum Chriſtianum, quod Dominis gentilibus: aliud fidele, quod Chriſtianis Dominis erat obſtrictum, de quo iam loquitur, hoc ſenſu. Non ideò ſeruitutem antea debitam denegent, aut æqualitatem cum ſuis heris ſibi vendicent ſerui, quia ambo Chriſtiani ſunt, (eſt enim ſeruis proprium, vt cùm ſe in aliquo æquales eſſe viderint, in omnibus ſe pares arbitrentur) quaſi pares ſint, aut alter in alterum ius non habeat: Licet enim Chriſti fide omnes ſint æquales, in qua neque eſt ſeruus, neque liber: noſtra tamen in Chriſto paritas, & æqualitas intelligenda eſt in ſpiritualibus, quoad interiorem; non in ſeruitiis corporeis, & quoad exteriorem hominem, & externam ac ciuilem politiam. Maiori igitur affectione, atque officio cogitent ſerui, vt Dominis fidelibus beneficium, fideliter ſeruiendo reddant, quod ab iis multa beneficia accipiant: Aluntur enim ab illis, & veſtiuntur, laborantque pro illis Domini, vt quietè viuant, & eorum munere facti ſunt Chriſtiani.

Seruorum duplex genus.

Seruum, etiam infidelibus dominus fidelem eſſe oportere.

Fuiſſe nonnullos, primis illis Eccleſiæ Chriſtianæ temporib. refert Pererius, in capite decimo tertio, ad Roman. falſo arbitrantes & docentes (quemadmodum & docuerunt primi inuectæ per Germanicis hæreſis authores) exemptos eſſe homines Chriſtianos à ſæcularibus, & ciuilibus legibus, & liberos ab obedientia, & ſubiectione magiſtratuum, & principum ſæcularium: quod Dominus dixiſſet Ioann. 8. *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Et Matth. 17. *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille* (Petrus nempe) *dixit: Ab*

Quorundam error, putantiū, ſeruos Chriſtianos ab obedientia exemptos eſſe,

Digitized by Google

morem incutiens: Item, magiſtratum gerere, eique parere, à diuina prouidentia pendere, ſtatuit Apoſtolus. Si ſit Deus propitius, dat magiſtratus, qui iuſtum colunt, & obſeruant, iuxta Hierem. cap. 3. *Dabo eis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent eos paſcentes cum ſcientia. Cum autem vult eos, qui peccant, caſtigare; eos etiam à malis magiſtratibus regi permittit,* iuxta Eſai. cap. 3. *Dabo,* inquit, *adoleſcentulos principes eorum, & illuſores dominabuntur eis.* Hæc Theodoretus. *E*t Theophylactus: *Poteſtates,* ait, *omnes à Deo inſtitutæ ſunt, ſiue patris in filium, ſiue viri in vxorem, vel ſi quas alias dixeris, ſiue cæteras omnes, quas eſſe vel inter bruta animantia conſtat, quales apum, anſerum, & piſcium ſunt.*

Magiſtratus æqui rectiq; cultor.

Magiſtratus malus.

Notandum tamen *e*ſt, quod ſerm. 33. dicit Ambroſius, & hic etiam inſinuat Apoſtolus, quod etſi cõditione quidam ſunt ſerui, gratia tamen *fratres* ſint. *Etenim ſimiliter Chriſtum induerunt,* ait, *iiſdem participant ſacramentis; Eodem, quo & Domini, vtuntur Deo; cur & Dominis non vtantur, vt fratribus ſerui? E*x quibus inferre vult, non contumelioſè ac furioſè ſeruos eſſe tractandos, dummodo, cum opus eſt, puniantur. Vt enim ait Eccleſiaſticus, cap. 33. *panis & diſciplina, & opus ſeruo;* id eſt, tria hæc reddenda ſunt ſeruo, *panis,* id eſt cibus, tum animi, tum corporis, *& diſciplina,* id eſt, tum caſtigatio, tum correptio: Præterea *opus* & labor; de quibus plura apud Platonem in lib. quos de legibus inſcripſit. Cum ergò (ait Epheſiis cap. 4 Paulus) Dominis, & ſeruis *vnus* ſit *Deus, vna fides, vnum baptiſma,* tum etiam ſerui maiora, communis religionis titulo, Dominis obſequia debebunt; vt quos non naturali, & politico duntaxat, ſed etiam charitatis amore, tanquam parentes, in *D*omino proſequi iure debeant.

Serui conditione, gratia fratres.

Serui non contumelioſè tractandi.

Digitized by Google

beant. Inde eſt, quod indifferenter vtroſque toties obſecret Paulus, vt *dignè ambulent vocatione, qua, inquit, vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate; ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis*, &c. Epheſ. 4.

Cur Domini à ſeruis colendi.

Huius amoris erga Dominos ſeruorum maximi, cauſam ſubiungit hic Apoſtolus, quia, inquit, *beneficij participes ſunt*, id eſt, obſequij ſui vices à Dominis receperunt, dum ab illis aluntur, gubernantur, defenduntur, vt quietam agant vitam. *Seruus* enim à *ſeruando* dicitur, quemadmodum docet Auguſtinus, lib. 1. quæſt. in Geneſ. cap. 53. *Homo, inquit, qui ab homine ſuperatus, iure belli poſſet occidi, quia ſeruatus, ſeruus appellatus eſt.* Inde & *mancipia*, quia *manu capta* ſunt. Si ergo ſeruus à ſeruando dicitur, tunc verè ſeruus ille erit, cum ſeruabitur, hoc eſt, tum ab animi, tum corporis malis pro viribus eripueris.

Serui etymon.

Mancipium vnde dictum.

Inde fit euidens, ait Paulus, quantum ſic erepti ſerui ſuis debeant Dominis, nempe in omni officij genere vicem reddere, promereri beneficia beneficiis; Dare enim Domino, ſeruus beneficium poteſt, ſi verum eſt, quod ait Seneca, lib. 3. de beneficiis, cap. 20. *Errat, inquit, ſi quis exiſtimat, ſeruitutem in totum hominem deſcendere. Pars melior eius excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt, & adſcripta Dominis: mens quidem ſui iuris, quæ adeò libera & vaga eſt, vt ne quidem ab hoc carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quò minus impetu ſuo vtatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cæleſtibus exeat. Corpus igitur eſt, quod Domino fortuna tradidit; hoc emitur, hoc venditur; interior illa pars mancipio dari non poteſt, ab hac quicquid venit, liberum*, &c.

Seruorum erga Dominos beneficia.

Hac

Hæc doce, & exhortare.

Familiaris eſt Apoſtolo hæc tranſitio, in hac, & in ea quæ eſt ad Titum, cap. 2. epiſtolis, ad diſcipulos Epiſcopos ſcriptis, poſtquam de dogmatibus documenta, & de moribus præcepta tradidit. Duo porro in Epiſcopo, hac loquendi formula requirit, eruditionem ſcilicet, & authoritatem. Ac in primis, vt in docendo, ſcientiam, rerumq; multarum vſum & cognitionem; manſuetudinem verò ac lenitatem in exhortando oſtendens; inſtar medici, aliquando aſpera, aliquando mollia, aliquando dulcia adhibeat. *Duo requiſita in Epiſcopo.*

Ad primum quod attinet, nempe alios *docere*, authoritatis, ſicut è contra, *doceri* vtilitatis eſt verbũ. Nemo verò docere illud poteſt, q̄ prius nõ didicit, ſicut c. 11. inſinuat Daniel: *Docti in populo docebunt plurimos.* Quaſi diceret ad doctos, non ad alios pertinere, aliorum ingenia doctrinis ac diſciplinis imbuere. Sapienter enim quidam dixit, à nullo Doctoris prouinciam rectè ſuſcipi, qui diſcipuli forma prius non fuerit præditus. Doctores porrò in Eccleſia, patulo animalis ori, & ſugentis arboris radici, non eſſe abſimiles, alius argute pronuntiauit: Sicut enim os alimenta recipit, quæ ad totius corporis nutritionem e veſtigio tranſmittat, & ſicut de terræ viſceribus, humores radix eliquat, quib⁹ diffuſis, cæteri poſtea rami vegetentur: ſic à Deo primum, à magiſtris deinceps, & denique à libris, ſapientiæ & ſcientiæ humiditatem meditando, ſtudendo, lucubrando debent, alios erudituri Doctores exſugere, quem in diſcipulos, auditores, & ſubditos poſtea transfundant. *Doctrina Epiſcopi.* *Doctores ori animalis, arboriq; radici cõparati.*

Quo

Quo pacto, edoctus à Spiritu S. Pſal. 33. ſibi addictos inuitans, Regius vates: *Venite filij*, inquit, *audite me, timorem Domini docebo vos.* Qui ſecus faxint, ex eorum erunt numero, de quibus loquens Hieronymus ad Demetriadem: *Multi*, inquit, *ſunt, qui, iuxta elogium, cum loqui neſciant, tacere non poſſunt, doceantque ſcripturas, quas non intelligunt; & prius eſſe volunt imperitorum magiſtri, quàm Doctorum diſcipuli.*

Magiſtri imperiti, & à nemine edocti.

Rectam itaque edocturo alios normam tradidit Eſdras, 1. Eſdr. cap. 7. *qui parauit*, inquit, *cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret*; ſcriptũ eſt enim Eccleſiaſt. 6. *Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi, & continens factus, ne derelinquas eam*; quaſi non eſſet Doctori ſatis, legem inueſtigaſſe, niſi dicta aliis ſimul ſuis factis impleret: quia, vt ait Gregorius in homil. *loquentis authoritas perditur, quando vox in opere non iuuatur.* Ideò Actuum cap. 5. de Chriſto ſcriptum eſt, quod *cœperit facere, & docere.* Et quemadmodum libri Iudicum cap. 7 illi fuerunt ad præliũ electi, qui aquam manu lambendo biberunt, & aquam prius manu, quàm lingua tetigerunt: Sic illi ad prædicandum contra errores & vitia, ſunt acceptiſſimi, qui aquam ſcientiæ, & doctrinæ prius manu tangunt, per operis executionem, quàm lingua per doctrinæ eruditionem. Vtrumque etenim ad perfectum virtutis magiſtrum, qualis eſt Epiſcopus, & quiuis Paſtor, pertinet, *facere & docere*, iſt eſt, factis, & verbis ſe aliorum exhibere Doctorem; ideò hæc duo coniungit hoc loco Apoſtolus, *docere, & exhortari*, quæ grauiter ſanctiſſimus Iob, cap. 4. præſtabat, *quando multos, & docebat, & manus laſſas roborabat: Dederat enim illi Deus linguam eruditam, vt ſciret ſuſtentare eum, qui laſſus eſſet,*

Doctori faciendum, quod docet.

Iob, doctor Verus.

eſſet, verbo. Eſai. cap. 30. Vnde eleganter D. Gregorius, homil. 18. in Ezech. *Cum ipſa ſua verba doctores ad memoriam reducunt, erubeſcunt non ſeruare, quod dicunt;* Vnde per *Salomonem quoque dicitur*, Prouerb. 16. *Anima laborantis, laborat ſibi, quia os ſuum compulit eum; os enim noſtrum nos compellit ad laborem, quando per hoc, quod dicimus, à vitiis refrænamur.*

Optimi Principis, Prælati, & Doctoris, officium.

Vbi conſideratione dignum eſt, quod ſit optimi principis officium, cuiuſuis Prælati vtiliter exhortantis munus, & Doctoris ſcopus, deficientibus animos facere, infirmis addere fortitudinem & dicere; puſillanimes nolite timere, imitando ſcilicet Iob, cap. 4. cuius ſermones confirmabant vacillantes, & genua trementia confortabant. Propterea prælati, principes, & Doctores ſunt velut collum Eccleſiæ, per quos à ſummo capite Deo, robur, alimentaq; virtutis, conſiliorum, doctrinæ, ad nos tranſmittuntur. Quale verò eiuſmodi collum futurum ſit, explicatur Cantic. cap. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis; Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*

Doctores et Prælatos eſſe quaſi collũ Eccleſiæ.

Turris in monte Sion;

Erat autem in monte Sion, eminentiſſimo videlicet, & nobiliſſimo vrbis loco turris erecta, quæ ſuo aſpectu ciuium animos reficeret, & confirmaret, atque vt eò confugerent, qui armis, viribusq; deſtituerentur: & ſicut illi ſecurè dormiunt, qui ad caput lecti gladium ſuſpenſum habent, quo opportunè vti poſſint, ſi quid inſidiarum, aut periculi ſubitò accidat; ita certè fideles ad caput ſuum, ad collum Eccleſiæ, apud ſuos Prælatos, & doctores, habent arma parata, quibus, ſe in omni diſcrimine communiant. Atque hoc ad militiæ ſecularis Chriſtianum ducem per-

tinere, inprimis Ferrandus, Carhaginenſis Eccleſiæ Diaconus ſcribit in parænetico ad Reginum: *Corripiuntur*, inquit, *inquieti, conſolantur puſillanimes; ſuſcipiuntur infirmi; licentia ſcelerum demitur improbis; & bene agendi ſortitur innocentia libertatem.*

V. *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri* IESV *Chriſti, & ei, qui ſecundùm pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens.*

Bonſus literæ. Videtur Apoſtolus ad ea, quæ principio huius epiſtolæ, de fidei doctrina tradiderat, redire; monens Epiſcopos & Presbyteros, ne diuerſa ab his, quæ ipſe docuerat, docere præſumerent. Quaſi pro eo tempore, diceret, Religionis Chriſtianæ Oeconomiam tractaturos, ante omnia ſibi cauere oportere, ne impertinentia, vel ex deuteroſibus Iudæorum, vel ex Ethnicorum Philoſophia, vel magia Simonis, vel ex doctrinis Dæmoniorum, afferrent in medium. *Aliter quàm Paulus docuerat, quinam docent.* Sasboldus, diuerſa ab his, quæ Paulus olim inculcauit, eos hodie demum prædicare, & docere arbitratur paſtores & doctores, qui non ſolùm hæreſes in Eccleſiam inuehunt, ſed inanes nugas potius, & commentitia exempla, vel falſa miracula, aut profanas hiſtorias, Euangelicæ prædicationi, & explanationi intermiſcent, quæ Chriſti doctrinæ non conſentiunt. Chriſti namque doctrina, omnis erroris, impuritatis & falſitatis expers, recti regula, totius honeſti norma, æquique eſt amuſſis; quæ vera, recta, ſana, pudica, cœleſtia, ſuadibilia quæque præſcribit: *Euangelicæ doctrinæ elogia.*

Canit

Canit enim Regius Vates, Pſalm. 18. *Lex Domini immaculata, conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis: Iuſtitiæ Domini recta, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi, iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum*, &c. *In cuſtodiendis autem illis, retributio multa.*

Vbi ante omnia ſciendum eſt, cùm in reliquis diſciplinis omnibus, principem locum ratio teneat, poſtremum authoritas; Euangelica tamen doctrina, quæ fidei fundamento nititur, vna eſt, in qua non tam rationis in diſputando, quàm diuinæ authoritatis quærenda ſunt momenta, ſicut eius, quæ eſt ad Titum cap. 1. probaſſe videtur Apoſtolus, dicendo, *oportere Eccleſiæ doctorem, eum qui ſecundum doctrinam eſt, amplecti fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt arguere.* Primùm enim, ait Canus lib. 1. de locis Theolog. ſtringat fidei ſermonem neceſſe eſt, quicumque Chriſtianæ ſcholæ magiſter eſſe volet: ſed niſi mox doctrinæ rationem adhibeat, fidelis quidem eſſe poterit, ſed fidelium doctor eſſe non poterit: Nam & homines, quantumlibet experientes (quod ex Ariſtotele 1. Metaphyſ. collegit D. Thomas) diſputare cum aduerſariis non queunt, niſi experimento artis ratio acceſſerit: adeò vt doctori, tum authoritas tum ratio ita quidem neceſſaria ſint, vt primas ſibi ſemper ſacrorum librorum authoritas, vendicet: Sunt enim libri ſacri & canonici, quos Spiritu ſancto dictante ſacri authores exceperunt.

Euangelica doctrina fidei, nō rationi innixa.

Librorum Canonicorum authoritas.

Quos igitur tales eſſe conſtiterit, eos dubio procul certiſſimos, & veriſſimos eſſe credamus oportet, quẽadmodum author eſt Auguſtinus, lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 3. & lib. confeſſ. cap. 15. Hoc fundamentũ quandiu Eccleſiæ Doctor fideliter nõ receperit, quicquid docendo ſuperſtruxerit, corruet, & ita corruet (ſubiicit Canus) ciuitas illa Dei, *cuius fundamenta in montibus ſanctis*, Pſalm. 86. & *in ſcripturis principum, qui fuerunt in ea:* Quarum ſcripturarum author eſt non homo, ſed Deus. *Deus enim narrauit in ſcripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.*

Deus author ſacra ſcriptura.

Dicit ergò Paulus hoc loco, omnem eam doctrinam, quæ Apoſtolicæ & Canonicæ, ab Eccleſia legitimè approbatæ aduerſatur, eſſe erroneam: quia vera, & prophetica doctrina ſola eſt, quæ humanum ingenium, & intellectum, circa fidem, ſpem, & charitatem, tanquam regula certa dirigit; quæ verò eidem contraria eſt, ab iiſdem auertit, & ſeducit: Quicumque enim à communi ſe Eccleſiæ fide ſeiungens, priuatamq́; opinionem eligens, à Catholica inſtitutione diſcedit, ſuperbus eſt: Superbia enim, viroſæ hæreſeos mater eſt, cui proprium eſt, non rectè ſapere, aſſerere noua, defendere falſa, rationem non captiuare in obſequium Chriſti, à ſua ſententia maiorum authoritate non dimoueri. Cùm enim ſuperborum ſit, interponere ſe ſemper velle his, quæ ipſi non aſſequuntur, vel nunquam attingent, nec illius imperio velle ſubiici; inde & grauiter errare, & à recta putæ puræq́; veritatis via abduci neceſſe eſt; cum tamen ſcriptum ſit Prouerb. 3. & 17. *ne quis ſua prudentia nitatur*, & Prouerb. 11. *vbi humilitas, ibi ſapientia.* Et ſane, verum id eſſe teſtatur hodiernorum ſectariorum

Superbia, mater Hæreſeos.

ve-

Digitized by Google

veſana obſtinatio, & immobilis pertinacia, qui cum Eccleſiam ma[illegible] oppugnēt, aliam verò erroris ducem, hæreſin ſequantur, neceſſe eſt, in tenebris pluſquam Ægyptiacis, vel vmbra mortis, ambulent: Catholicæ namq; Eccleſiæ doctrinam, non ex electione noſtra ſequi, debemus, cum nec inuentum, nec commentum noſtrum quoddam ſit, ſed ex traditione diuina, vt non nobis, ſic an aliter opinandi optio detur; ſed Deum, quacumq; trahit, retrahitq; ſequamur. Eſt namque Euangelij doctrina ſemper Catholica & vniuerſalis, ad omnesq; æque pertinet, eamq; omnes omni tempore tenuerunt, qui de Deo, & veritate rectè ſenſerunt. Atque eam ob cauſam, ſectæ, aut priuatæ diſciplinæ nomen nunquam meruit, quam alias ſibi quiſque pro ſuo arbitrio, & eligere, & ſequi ſolet. Qua de re, legantur Hieronymus in cap. 3 ad Titum, Iſidorus lib. 3. Etymol. cap. 3. & alij patres.

Hæreticorũ noſtri temporis obſtinatio pluſquam adamantina.

Ex his conficitur, eos ſanis ſermonibus acquieſcere, qui doctrinam eam ſequuntur, quę ſecundum pietatem eſt, hoc eſt, quę cultum diuinum ſapit, qui conſiſtit, vt antea dictum eſt in fide, ſpe, & charitate: Qui ſecus faxint, inflati ſunt, deſipiunt, & delirant, animi morbo (ait Apoſtolus) laborant, vt qui iudicent ſectandum, quod non eſt ſectandum, qui magnum impendant laborem in inquirenda veritate rei non admodum frugiferæ ad fidei profectum, & tempus inutiliter terendo, oleum, & operam perdant. quemadmodum ij hodierno die faciũt, qui horas optimas inutilibus ſpeculationibus, captiunculis, & ſubtilitatibus impendunt, quæ nullius ſunt frugis, & pietatis nullum præſeferunt ſtudium, vel profectum. Qui porrò vel diuinis libris, vel Eccleſiæ doctrinæ, perti-

Sanis ſermonibus qui nã acquieſcant.

Digitized by Google

tinaciter repugnat, & non acquieſcit; ille demum Hæreticus eſt, & vt Paulus ſubiungit.

VI. *Superbus, nihil ſciens, ſed languens circa quaſtiones, & pugnas verborum, &c.*

Hæreſis mater erroris.

Erroris matrem eſſe hæreſim, ſicut & veritatis hoſtem, atque aduerſariam eſſe priuatam electionē, ſiue ſectam, ex his, quę numerantur à Paulo hoc loco, fit euidens. Sicut enim in corpore humano, ſanitas eſt quædam humorum proportio, & æqualitas, vt author eſt D. Thomas, in hunc locum; ita veritas, eſt quædam in intellectu æqualitas, eo quod veri natura, ſit quædam veri, & intellectus adæquatio. Nam ſicut ſanis corporibus, ea iucunda, & amica ſunt, quæ ſalubria exiſtunt; ægrotantibus autem pleraque inſalubria, & nociua placent: Sic ſanè viri boni, & boni atque veri amatoris palato, illa ſapiunt, quæ vera, & bona ſunt; improbis, atque mendacibus, improba, atq; mendacia: Sic ſe habet hominis intellectus, quãdo pro fundamento veritatem non habet, per quam poſſit iudicare, tum enim à qualibet quæſtionis difficultate, incidit in errorem quod ait eſſe Paulus, circa quæſtiones & pugnas verborũ erroneas & inutiles languere. Inde eſt, quod Hæretici & impij ex ſua vita, aliorum mores æſtiment & metiantur, & ex ſua imbecillitate aliorum conſtantiæ coniecturam faciant, & quæ ſe aſſequi poſſe diffidunt, impoſſibilia eſſe credant. Quare ſapienter Ariſtoteles ſcripſit 3. Ethic. cap. 4 & lib. 9. cap. 4. virum ſtudioſum, non eſſe iudicem ſolum, verum etiam normam quãdam, atque menſuram veri, atque boni. Sicut ergò *pietas*, v. g. teſte Iacobo, cap. 3. *eſt ſuadibilis, & congaudens veritati,*

Sanitas & veritas, quid ſint.

Hæreticorum ex ſua vita cũctos æſtimantium perniciſitas.

ritati, omniaq; credit, vt docet Paulus, 1. Cor. 13. ita, ſi velit impietas atq; perfidia nõ ſolùm arbitram, ſed etiã regulam, atque legem animatã veritatis, atq; probitatis conſtituere; quod erit tantum mendacium, quod non obtineat fidem? aut quod tantum ſcelus, quod laudem, & præmia non referat? aut quid tam verum, tamque honeſtum, quòd ab iniquo iudice, ignominiam, & repulſam non accipiat? *Stultus enim, ambulans in via, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.* Eccleſiaſtæ 10. Quo loco Hieronymus ait: *Stultus, vt ipſe peccat, ſperat omnes peccare ſimiliter, atque ex ſuo ingenio, omnes iudicat.* Hinc eſt, quod Auguſtinus, 6. confeſſ. cap. 3. ingenuè fateatur, Ambroſij cœlibatum ſibi viſum laborioſum, quod ipſe nec conijcere nouerat, neq; expertus fuerat illius interna animi gaudia, ſolamen in aduerſis, ſpei robur. Verum eſt enim illud prouerbium, *vt omnis affectus, in quo ipſo inſanit, reliquos furere putet.* Sectarij igitur diuino lumine deſtituti, dum humano tantum ſenſu de rebus iudicant, id ſtatim exiſtimant tum impoſſibile, tũ incredibile, quod humanis viribus ſuperius viderint; Atq; adeò nõ credenti (id eſt, nihil fidenti, aut ſperanti de diuina ope, atq; potẽtia) impoſſibilia vidẽtur, quæ credenti poſſibilia eſſe Chriſtus Ieſus docuit Marc. cap. 9. Atque inprimis ea, quæ ad rerum aduerſarum, dolorumq́; tolerantiã pertinent; quæ ſi magna ſint, primo deterrent humanam imbecillitatem, deinde verò humanã etiam fidem, & exiſtimationem vincunt. Sanè ſi ab homine petas, poſſitne abundantius omnibus Apoſtolis laborare? reſpondebit, non ego; Si autem ab Apoſtolo Paulo idem rurſus percuncteris, reſpondebit vtique: *Gratia Dei mecum.* Quid .n. ſolus ſine charitate homo

Stultus, ex ſe cuncta diiudicans.

Prouerbium.

Gratia Dei ſit in aduerſis.

homo ſuſtinere, aut ſperare poſſit? at *charitas omnia ſuſtinet, omnia ſperat*, 1. Corinth. 13.

Ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blaſphemia, ſuſpiciones malæ; conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati ſunt.

Non ſolùm circa quæſtiones, qui iam à veritate receſſerunt, languent; ſed etiam circa verborum pugnas, quas *logomachias* Græci appellant, eoſdem contingit errantes inaniter contendere, quæ verba (vt cap. 1. dictum eſt) *quæſtiones magis præſtant, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. Qui namque tantùm verba ſectatur*, ait Salomon Prouerb. 19. *nihil habebit* præter ſcilicet inuidiam; ex qua, diatribæ, æmulationes contentiones inutiles, & nihil ad rem pertinentes, oriuntur. Cum enim Zelus, ſeu inuidia, de bono alieno triſtitia ſit, tum vbi vel diſceptando, vel diſputando, vnus alteri præualuerit, id æquo animo alter ex inuidia ferre non poteſt: Hinc ardor quidam, vrens animum, indignationem parit, ex qua contentiones progignuntur, quibus inuidetur bonum, quod ſibi ſoli concupiſcit. Vnde Gregorius, lib. 5. cap. 31. ea verba Iob, cap. 5. explanans, *Paruulum occidit inuidia. Inuidere*, inquit, *non poſſumus, niſi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus ergò eſt, qui liuore occiditur, quia ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quod eo minor ſit, cuius inuidia torquetur.* Hinc eſt, quod hoſtis callidus, primo homini inuidendo ſurripuit, quia amiſſa beatitudine, minorem ſe immortalitate illius agnouit. Sic

Zelus & contentio ex diſputationibus oriri ſoluta.

enim

Digitized by Google

enim inuido comparatum eſt, vt de ſua fœlicitate deſperans, dum alios fœlices videt, tantūdem ſibi auferri exiſtimet, quantum alij habent; prout luculenter hodierni ſectarij faciunt teſtatum, qui poſtea quàm veram fidei magiſtram Eccleſiam cœperunt oppugnare, eò progreſſi ſunt, vt meritò de iis, Prouer. cap. 21. dixerit Sapiens: *Deſideria occidunt pigrum.* Deſideria inquam fruendi alieno labore: Deperit enim Sectarius alienos labores, quos ſi non obtineat, perit, & contabeſcit præ deſiderio, & inuidia; ſicut hodie paſſim videre eſt, cùm ſectariorum oculi dolent, & marceſcunt Catholicorum rebus opimis; adeò, vt non tam fidei, & Orthodoxæ doctrinæ euertendę operam nauent, quàm bonis, & prouentibus, quibus Epiſcopi, religioſi, & Eccleſiaſtici alebantur, inhient. Nam ex hoc perpetuo deſideriorum, & inuidiæ æſtu fit interius, quidam longè acerbiſſimus impiorum iſtorum cruciatus; cum nihil aliud illis tribuere videatur mundus, quàm eiuſmodi deſideriorum, & inuidiæ occaſiones, dicente Ioanne Apoſtolo 1. epiſtol. capite 2. *Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.*

Inuidi hominis ingenium.

Sectariorum inuidia, & animus proſperis aliorum ſucceſſibus inuidens.

Sectariorum auaritia.

Inde fit, vt cum vnus altero, vel melior, vel doctior, vel opulētior videri velit, nihil in omni genere rei tam Eccleſiaſticæ, quam ciuilis intactū relinquāt; adeò, vt ipſa ſacra ſcriptura, diuinæ mentis index, ab eorum temeritate, & audacia non ſit libera. Verborum ſiquidem pugnis iugiter aſſuetis vtriuſq; etiam teſtamenti verſio ita ſordere cœpit, tanquam parum elegans, & culta, vt illa ſubmota, in illius locum aliā, prout collibuit, inuexerint, alia vocabula, alias ſentē-

Verſio ſacræ ſcripturæ varia apud Sectarios, reiecta vetere.

Digitized by Google

excitatur; ad amandum voluntas accenditur; lingua ſoluitur ad confeſſionem; manus expediuntur ad opera. Cum igitur Hæreſis cor ipſum animæ continuò petat, & in eripiendis muneribus gratiæ ad primum vſque deueniat, & initium illud vitæ diuinæ atque cœleſtis extinguat; quæ lues, hæreſi pernicioſior, & peſtilentior, cogitari poteſt?

Et quia, vt author eſt Publius, *nimium altercando, veritas amittitur*; ideò Paulus id genus homines, nempe Sectarios, *veritate priuatos*, dicit: Ea enim mentis peruerſitate ſunt, vt naturalis etiam iudicij (qua ſunt cæcitate & malitia) luce videantur orbati, adeò vt his, quod ſuo ipſius ſæculo, cap. 4. tribuit Oſeas, conuenire videatur: *Non eſt*, inquit, *veritas, non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra.* Quaſi diceret: Poſteaquam veram Dei notitiam, Hæretici non modo deſeruêre, ſed & oppugnare perrexerunt, non eſt qui fidem ſeruet alteri; in negotiis & contractibus alter alterum decipit, nec eſt, qui Deum fide & religionis cultu cognitum, factis & operibus confiteatur. Scientia ſiquidem Dei in ſcriptura, opera cum cognitione & fide coniungit, vt eſt apud Hierem. cap. 9. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua*, &c. *ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.* Cui conſentanea ſubſcripſit dilectus Domini diſcipulus, 1. Ioann. cap. 1. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt*, &c.

Hac Bellarm.

Sectarij veritate priuati.

Nulla fides penes Sectarios.

Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. VIII.

Non de vulgi auaritia, ſed de quibuſdam cõuerſis ex Gentibus & Iudæis ad fidem, qui Chriſtianiſmo ſectas ſuas admiſcentes, hac ratione docendo, quæſtum

Textus expoſitio.

Digitized by Google

accommodare temporalibus; Chriſtianorum verò & fidelium, temporalia accommodare ſpiritualibus, & religionis rebus; quarum detrimento, temporale poſtponendum: Nam vera religio & fides nunquam deſtruit, ſed conſeruat regna temporalia. Atque ea eſt cauſa, quod Iudæi Chriſtum occidentes, ſpiritualibus temporalia præponẽdo, regnum & verum Dei cultum amiſerint. Vt enim Auguſtinus, tract. 49. dicit, *quia temporale regnum ſpirituali prætulerunt, vtrumque amiſerunt*. Neque aliquando legerant in ſcriptura, Deum aliquos puniuiſſe, quandiu verum cultum, & mandata eius ſeruaſſent, ſed quando ea neglexiſſent; vt annotat Chryſoſtomus hom. 64. & ex hiſtoria Ahior. Iudith. 5. cap. quam facile Iudæi poterant ſcire.

Iudæi cur regnum, verũq; Dei cultum amiſerint.

Eſt autem quæſtus magnus pietas, cum ſufficientia. IX.

Quia dixerat Apoſtolus, *pietatem*, ſiue religionem Chriſtianam non eſſe quæſtum, hic correctione vtens, dicit ſe ex aliorum opinione locutum fuiſſe, ſignificans eſſe quidem quæſtum, ſed non rerum terrenarum, aut opum corruptibilium lucrum. Nam qui de pietatis, ſeu veræ ſapientiæ (pro eodem enim vtrumque hoc loco accipimus) ſtudio rectè ſentiunt, vtrumque maximi, id eſt, æterni & immortalis quæſtus, rem eſſe diiudicant; vbi maximè ſuis, id eſt, ad vitam neceſſariis fuerint contenti, nec aliunde quicquam, quod fluxum, aut mobile, aut ſuperfluum eſt, deſiderauerint; quo pacto, ſapiens erat Apoſtolus, qui iis, quę ad manum erãt, adeò erat ſatur, vt rerum,

Pietas quomodo quæſtus magnus dicatur.

Digitized by Google

Euigilemus aliquādo & efficiamur futurorum deſideratores, ſic etiam iſta ſequentur. Hactenus Chryſoſtomus.

Rectè porrò dixit, pietatem eſſe magnum quæſtū, quia, vt ait Iob, cap. 28. *non dabitur aurum obrizum pro ea, neque appendetur argentum in commutatione eius.* Et Pſalmographus Pſal. 118. *Bonum mihi lex oris ſui, ſuper millia auri & argenti: Ideò dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion?* Quia ſicut non eſt expoſita venalis pietas Dei legem cuſtodiens & obſeruans; ita emendę & comparandæ illius, non ſatis eſt, quodcumque auri pondus, & copia. Imo hoc eò mirabilius eſt, quod quò plus quis habet argenti, & auri, minus habet pietatis & ſapientiæ, & plus ſtultitiæ. Vnde ſi alicuius commutatione emi poſſet ſapientia & pietas, certè non tā compararetur diuitiis, quam paupertate. Quare ſubſannans ſtultum Prouerb. 17. Sapiens. *Quid prodeſt,* inquit, *ſtulto, habere diuitias, cum ſapientiā habere non poſſit?* Nam cœleſtis hæc ſcientia & diſciplina non tam multis diuitiarū impenſis, quam ſtudioſo quodā, & ad virtutem & pietatem animato corde, indiget. Quæ ſententia eadem videtur cum illa; *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, anima vero ſua detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9. Qui namque ſapientiæ, quæ cum vera religione, veraq; pietate coniuncta eſt, compos eſt factus, ſatis ſe beatum exiſtimat, lætusq; in futurorū præmiorum ſpe exultat, & gloriatur terram interim deſpiciēs: Errat namq; toto cœlo, qui diuinę bonitatis participationē, è terra potiſſimū, non è cœlo prouenire exiſtimat. Sapientia ſi quidē in homine cōſideretur, aliquid diuinū, & ab illo participatū eſt, quo homo recte & iuſte agit, habetq; ſe erga Deum,

Pietatis ſiue ſapientia præſtantia inæſtimabilis.

Vbi multum auri, ſapientia parum.

Vera ſapientia effecta in homine.

Deum, & homines ſancte: Quò pertinet, quod Methodius ait, pietatem, atque religionem vocatam eſſe ſapientiam, rem plane diuinam, atque ab vno Deo precariò conceſſam hominibus. Quocirca, inquit, principio idem Deus partim viſis, partim angelorum conſuetudine atque congreſſu, partim diuinorum vatum opera, ad pietatem homines erudiuit. Rerum autem diuinarum, quæ in viſceribus continentur ſapientiæ, & ſcientiæ *Dei*, multo difficilior inueſtigatio, atque inuentio eſt, quàm eorum omnium, quæ in terræ, aut maris theſauris deliteſcunt, ſicut & illa præmia ſpiritualia, quæ ſunt à Deo ſupremo iudice, probitati, & virtuti propoſita, non cuiuis patent, neque induſtria humana teneri poſſunt, ſed corporis diuitiis & voluptatib. longè ſunt prçſtantiora. Cum enim illa vitæ, & morum ſimilitudo, & incorruptio nos faciat ſimillimos *Deo*; qui illam ſapientiam imitandi *Deum* callet, & diuinam pietatem habet, & Deũ peculiari ratione, & familiari ſciẽtia cognouit. Hinc eſt, quod infinitum pietatem, ſiue ſapiẽtiam theſaurum nominarit ſapiens, cap. 7. Salomon, *quo*, inquit, *qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati.* Theſaurus enim hic mentis dum appetitur, eius amor eſt rectus; eiuſq́; poſſeſſio nobilis; cum habetur, vſus vtilis, in bene viuendo; largitio vtilior in docendo; fructus abundans, in præmio percipiendo. Hinc Auguſtinus lib. 1. de doctr. Chriſtian. c. 5. homines inuitans ad docendum ea, quæ liberaliter à *Deo* ſunt eis conceſſa: *Non eſt*, inquit, *metuendum, ne dare deſinat cætera, cum ea, quæ data ſunt, cœpimus impendere: Omnis enim res, quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur quomodo*

Vera ſapientia perquã diſficilis inueſtigatio.

haben-

Digitized by Google

habenda eſt. Ille autem, ait, *qui habet, dabitur ei. Dabit ergo habentibus*, id eſt, *cum benignitate vtentibus, eo quod accceperint.*

X.

Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus.

Probat ex humana conditione, pietatem eſſe ei magnum lucrũ, qui victu & amictu neceſſario contentus, Deum timet, eique fideliter ſeruit eò quod homo inter alia omnia animalia inermis, nudusq; in primis naſcatur, deinde idem moriatur: Quod quidem naturæ parentis officium, ingens reputari beneficium debet; licet id hominum infœlicitati poſſet imprudens rerum æſtimator tribuere: Nam intellectum illi, & ſapientiam pro armis, pro indumentis, & pro reliquis vitæ ornamentis dedit, & nuditas ipſa ad Philoſophiam, ſolertiam & induſtriam, hominem compellit, vt, qui nudus natus eſt, ſciat omnia comparare, quę ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt. Sic enim argumentatur Apoſtolus: Cum nudi naſcamur, & in hunc mundum nihil attulerimus, non ſunt noſtra propria hæc bona externa, quæ nobis vita ſubminiſtrat, ſed commodatò, & ad vſum conceſſa, quãdiu hic ſumus; quare nõ licet nobis hinc abeuntibus, ea nobiſcum aſportare, ſicut dicitur Pſal. 48. *Qui cum interierit, non ſumet omnia*; (nihil) *neque deſcendet cum eo gloria eius*; non aliter, atque famulus, qui in viri principis domum nudus ingreditur, veſtes ſtatim, & ornamenta accipit, gladium, pallium, quibus aſſeclam viri nobilis poſſit agere; ſed depoſiturus tamen, & re-

Homo inter omnia animalia nudus, & inermis naſcitur.

Senſus Apoſtoli.

Simile.

Digitized by Google

luctùrus omnia, cum domũ, dominumq́; deſeruerit; quippe quomodo venit, ſic reuertetur. Sic Iob c. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ*, ait, *nud⁹ reuertar illuc.* Vbi mater appellatur à Iobo terra, quę cõmunis eſt omniũ mater, eodemque nomine ab *Eccleſiaſt.* c. 40. vocata, *Graue*, inquit, *iugum ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium.* Eandem quoque Plinius *matrem* nominat, lib. 2. naturalis hiſtoriæ, cap. 63. *Sequitur*, inquit, *terra, cui vni rerum naturæ partium eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. Nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq́; editos ſuſtinet ſemper, nouiſsime complexa gremio, tum maxime, vt mater operiens*, &c. Idem, quod Iob dixit, *Eccleſiaſt.* cap. 5. ſubiungit: *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, nihil auferet ſecum, de labore ſuo*: Quo ſenſu, *à tumulo* (ait Gregorius Nazianzenus) *ſe tumulum petere*, id eſt, ab vtero matris, in ſepulchrum tendere. Vbi matris vterum, etiam ſepulchrum appellauit; & quod Iob de vtero in vterum dixit, Gregorius ex ſepulchro in ſepulchrum vertit. Quemadmodum enim vterus matris, ſepulchrum dicitur; ita ſepulchrũ dicitur vterus terræ. In ſepulchro enim veluti in vtero terræ, vſque ad diẽ iudicij abſcondemur; tunc temporis ex illo, veluti noua, atque admirabili natiuitate, in lucẽ prodituri.

Terra communis omniũ mater dicta.

Matris vterus & terra ſepulchro cõparata.

Vita noſtra ingreſſus, & exitus miſer.

Volens igitur hunc in vitam ingreſſum, & hunc ex vita exitum, ante mentis oculos vnicuiq́; meditandum proponere Bernardus: *Qualis*, inquit lib. 2. de conſiderat) *natus ſis, attendas, nude nudum conſideres; quia nudus egreſſus es de vtero matris tuæ: conſideranti quis ſis, occurret tibi homo nudus & pauper, & miſer, & miſerabilis; homo dolens, quod homo ſit, erubeſcens, quod nudus ſit;* plo-

plorans, quod natus ſit, murmurans, quod ſit homo, natus ad laborem, non ad honorem, &c. Hæc hominum ſunt initia, fines multò miſerabiliores. Nudi ingredimur in mundum, veluti nudi athletæ cum Diabolo decertaturi, & (vt ait S. Maximus, homil. de S. Michaële) *nudi naſcimur, nudi etiam accedimus ad lauacrum, vt nudi quoque, & expediti, ad cæli ianuam properemus*, &c. At nos, quantum conniti poſſumus, opibus, honoribusꝙ, voluptatibus nos oneramus, atque implicamus: onerati ad ianuam arctiſſimam, id eſt, mortem peruenimus; in qua, omnia cogimur onera deponere. Mors aufert omnia, omnes ſpoliat, excutit omnes, ne obulum quidem relinquit.

Mors quomodo bonis huius vita ſpoliet.

Ortus ita humanæ vitæ, atq; eiuſdẽ interitus aſſidua meditatio, viri conſtantis, & mundũ contemnentis affectũ eò deducere poteſt, vt dicat, nihil eſſe, quod erga mundũ, ſe gratum, aut vllius beneficij memorem exhibeat; Nihil, inquit, ex hoc mundo aufero; nihil illi acceptũ referã; nihil, quod à me ille repoſcat; nihil rurſus, quod cum illo nudus expoſtulem: Nam nudus in mundum veni, abeo nudus. Eam ob cauſam eorum qui mundo fuerant magis, quam par ſit, affixi, mentionem faciens Iob ait, cap. 27. quod *diues, cum dormierit, nihil ſecum auferet*: Vbi verbo *dormiendi*, primum diuitias ſummamq; fœlicitatem, cum ſomno comparat: Nam ſicut, qui per ſomnum tantùm diues eſt, reipſa miſer eſt; ſic ſane, & huius vitę diuites miſeri reipſa ſunt: Nam ſtatim, atque diluxerit, & e vitæ huius crapula, ſomnoq; euigilarint, extrema inopia laborare incipiet. Verbo deinde *dormiendi* ſignificatur iacere & proſterni; q. etiã ad impij caſum ex ſua breui fœlicitate, referri poteſt, quemadmodũ Pſal. 75.

Mortis meditatio, contemptũ mundi generans.

Diuitiæ cum ſomno comparata.

Diuitum in morte ruina miſerabilis.

clarius exprimẽs Regius vates: *Dormierunt*, inquit, *ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis*. Quaſi diceret; Poſtquã dormierunt viri diuitiarum, expergefacti iam ſomno, & crapula corporis, & hui⁹ vitę negotiorũ, ſeipſoſq; ſunt intuiti; nihil priſtini roboris, aut ſplẽdoris inuenerũt; ſed toti ita euanuerunt, vt nec proprias manus cognouerint. Hinc è contrà in mediis, & cõmunibus vitæ humanæ malis, ad ſereuerſus vir iuſtus, dicere ſolet, nihil mirum, me in hac vita calamitatibus affici, bonis ſpoliari, pauperiem pati, morbis affligi, &c: Quod enim patior, ex communi naturæ, diuinæq; prouidentiæ lege prouenit; agit mecum Deus, tanquam cum homine; homo ſum, humani à me nihil alienum eſſe exiſtimo; Tentatio me non apprehendit, niſi humana, leuis toleratu, ad vincendum facilis.

Iuſtus cur hic calamitoſè viuat.

Eſt tamen hoc loco aduertendum, quod ſi gloriam, ſi opes, ſi dignitates, ſi honores, homo nudus in mundum ingreſſus, de mundo diſcedens, non auferat, aufert tamen opera, iuxta illud Apocalyp. 14. *Opera enim illorum ſequuntur illos.* Nudat mors quidem opib. ſed nõ nudat operib. Vnde pulchrè Aug. in li. 50. Homiliarum homil. 42. cap. 8. *Ipſa* inquit, *eſt infælicitas hominum; propter quod peccant, morientes hîc dimittunt, & ipſa peccata ſecum portant: Peccas propter pecuniam; hic dimittenda eſt, peccas propter villam hic dimittenda eſt; peccas propter mulierem, hic dimittenda eſt, & quicquid eſt, propter quod peccas, hic dimittis, & ipſum peccatum, quod committis, tecum portas.* Hæc Auguſtinus. Quocirca D. Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, cap. 47. ſic reges monet: *Regni gloriam, qua in hoc ſæculo ſublimantur, reges non aſpiciant, ſed opus quod ſecum*

Ex hac vita nos nihil, niſi opera noſtra auferre.

Auguſtini pulchra ſententia.

ſecum ad inferos portent, attendant; ſi amiſſuri ſunt huius temporis gloriam, illa agant, quæ poſt finem ſine fine poſſideant. Et Auguſtinus, ſerm. 32. de verbis Domini: *Si omnes tranſimus*, inquit, *aliquid, quod tranſire non poteſt, operemur; vt cum tranſierimus, & illò venerimus, vnde non tranſeamus, opera noſtra bona ibi inueniamus*, &c.

Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. XI.

Poſtquam Dei cultum eſſe magnum lucrum, cum ſufficientia alimenti, & operimenti, docuit Apoſtolus, pergit commendare ſufficientiam, vt à cupiditatis, & abundantiæ nimio ſtudio auaras hominum, & maximè paſtorum voluntates auocet; quaſi iuxta Chryſoſtomum, in hunc locum, tanta duntaxat comedere oporteat, & talia, quæ nos nutrire ſufficiant; & ea induere, quæ nos ab iniuria nuditatis tueantur, noſque contegant ſolùm, & nihil amplius. Scriptum eſt enim Eccleſ. cap. 29. *Initium vitæ hominis, aqua, vel panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.* Quaſi diceret iis, quæ in præſenti habemus, nos oportere eſſe contentos, nec abſentes opes, ac ſuperfluas cupidè, atque auarè eſſe quærendas. *Nemo audeat*, inquit Theodoretus, *quæ habet augere: laudatur enim ſufficientia.* Ea de cauſa, rectè monemur à ſapiente, Prouerb. 23. *ne laboremus, vt ditemur, ſed prudentia noſtræ potius modum ponamus:* Vbi prudentia vocatur ſolertia, curioſitas, & induſtria, quæ rebus mobilibus, fluxis, & caducis ſtudioſius conquirendis ſunt idoneæ. Volens dicere, ne

Sufficiētia ſiue abundancia commendata.

Opes non nimiè nimis quærenda.

ne circa multa, per fas, nefaſq; aucupanda ſint actiones noſtræ intentæ, nec laboremus, vt multa habeamus, aut ne multis negotiis ad diuitias comparandas, ſolicitè, iugiterq; occupemur, quia vir bonus, & moderatus Eccleſiaſt. cap. 11. commonetur: *Fili*, inquit, *ne in multis ſint actus tui; & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto*; quia ſolent diuitiæ luculentam peccandi occaſionem ſæpe admodum ſubminiſtrare. Cum ergò humanis neceſſitatibus pauca ſufficiant, nihil verò improbæ ſufficiat cupiditati, his, quæ corpori tum ſuſtentando, tum operiendo neceſſaria ſunt, contentos vult nos eſſe Paulus, quia pauciſſimis minimè auida natura indiget.

Diuitiæ peccādi occaſio.

XIX. *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem.*

Diuitiarum cupiditas immoderata taxatur.

Occaſione ſumpta à ſufficientia, quæ pietatem comitatur, pecuniæ ſtudium in omnibus Chriſtianis, præſertim verò in Doctoribus Eccleſiaſticis deteſtatur Paulus, quo nihil eſt perniciofius, quemadmodum rationem reddens Auguſtinus, in Pſalm. 136. *Quia*, inquit, *quantò quis honorificentior ordine eſt; tantò magis ſuadet imitandum, ſe in hac re, quæ in vita iſta procliuis eſt:* Neceſſarium eſt enim multos eius imitatores exiſtere ad perditionem. Non quod diuitiæ, inquit Chryſoſtomus, ſint malæ, ſunt enim adiaphoræ. Hinc non dixit Apoſtolus: *qui diuites ſunt*; ſed, *qui diuites fieri volunt*, quemadmodum notat Theophylactus, vt intelligas, non diuitias, ſed harum cupiditatē ab Apoſtolo damnatam. *Poteſt enim*, ait Theophylactus, *quiſpiam pecunias habere, atque eas probe diſpenſare*: quippe qui aſpernetur eas, atq; in vſum pau-

perum

Digitized by Google

perum eroget, quod non eſt volentis diteſcere. Vnde Chryſoſtomus, hom. 45. in Matth. *Potes, dummodo velis, pernicioſa hac germina ſpinarum incidere, & diuitiis laudabiliter vti:* poſſumus ita ditari, vt nō decipiamur; & in hoc ſæculo ita conuerſari, vt harum rerum curis non ſubmergamur, &c. Spinæ ſunt, diuitiarum malæ ſolicitudines, & nociua deſideria, quamuis videantur roſæ. Qui ſpinas laxa & aperta manu tenet, illarum non pungitur aculeis; ſin vero manum contrahit, quò magis contrahit, eò magis ſauciatur: Sic diuitiæ, ſi expanſa, & liberali manu ferantur, noxiæ nō ſunt, ſed cauſa meriti: ſi vero arctiùs eas comprimis, ſi auidè conſtringis & tenes, ſi difficulter eas à te, perinde ac ſi viſcera tua eſſent, auelli ſinas, iam animum tuum mortiferis aculeis cruentant, multis & variis, inutilibus & nociuis deſideriis vulnerant, quæ Dei, & ſalutis tuæ curā tibi auferunt, pernicioſas tentationes immittunt, inſana cupiditate affligunt, fœdo amore rei per ſe viliſſimæ, dedecorant, Deo te, & hominibus exoſum, vilem, atque inutilem, Diabolo gratum & vtilem reddunt. Hinc Propheta, Pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Pungent enim, ſi fortiter cor apponas.

Bonus pecuniarū vſus quis ſit.

Diuitiæ ſpinis comparata.

Sileo ſeruitutem, quam pecuniæ ſtudioſi fœdiſſimam ſeruiunt, quemadmodum docet Ambroſius in libro de Nabuthe, cap. 12. *Seruitis*, inquit, *diuites, ac miſeram quidem ſeruitutem, qui ſeruitis errori, cupiditati, auaritiæ, quæ expleri non poteſt. Quia captiua eſt opulentia, paupertas libera.* Nam diuitum Domino nihil inquietius; quæ cauſa eſt, quod Greg. Nazianzenus, orat. 24. aurum vocet *occultum tyrannum*, per quē nunc multa ſurſū, deorſumq; velut in talorū ludo iactātur.

Pecuniæ ſtudioſi ſerui.

Et

Et Chryſoſtomus homil. 59. in Geneſ. de diuite loquens: *Mare*, inquit, *fluctibus non ita intumeſcit, vt talem animum à cogitationibus, & affectionibus infeſtari videmus.* Sic enim demergit auaritia hominum animos, vt emergere non poſſint. Mergit auaritia in tentationem, mergit in deſideria multa, & varia. Mergunt ſolicitudines, & deſideria multa inutilia, & nociua in interitum, & ſuffocant: Qui enim mergitur, ſuffocatur, & interit: qui ſuffocatur, ſpiritu priuatur, quo viuit: Huiuſmodi deſideria, ac curæ diuino ſpiritu, qui ſpiritualem confert vitam, priuant hominem, ideò ſuffocant, & mergunt in interitum. *Ponderoſa namque res eſt aurum*, ait Nyſſenus lib. de beat. Quare Crates ille Thebanus, vt eſt apud Hieronymum, lib. 2. contra Iouin. proiecto in mare non paruo auri pondere: *Abite*, dixit, *peſſum mala cupiditates, ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis*, &c. Vnde Gregorius, homil. 15. in Euang. *Solicitudines*, inquit, *& diuitiæ, & voluptates ſuffocant verbum (quod eſt animæ vita) quia importunis cogitationib. ſuis guttur mentis ſtrangulant; Et dum bonum deſiderium intrare ad cor non ſinunt, quaſi aditum flatus vitalis necant.*

Auaritia quo modo mergat hominem.

De his deſideriis multis & malis, quæ totum hominem poſſidentes, in interitum mergunt, pulchrè Baſilius, homil. in diuites auaros: *Quædam eſt Diaboli methodus*, ait, *ad ſuggerendas diuitibus mille ſumptuum inanium occaſiones; vt ea, quæ ſuperflua, & ad rem pertinentia non ſunt, pro neceſſariis ducantur.* *Sit*, inquiunt, *res partim in vſu, partim condita & ſepoſita. Item, quæ in vſu ſunt, neceſſitatis terminos tranſcendant. Iſta ſeruiant ſumptib. domeſticis, illa præſto ſint ad externas phantaſias; vt iter facienti ornatus, equitatus, viaticũ pro conditione fiant:*

Diuitum in impendendis diuitiis ſuis luxuria, & modus ſine modo.

Hæc

*Hæc domi permanenti vitam reddant ſplendidam, & illu-
ſtrem: vt mihi miraculum ſit, quomodo tot inanes ſumptus
excogitent. Adſunt præterea coci, pincernæ, piſtores, venato-
res, fictores, pictores voluptatis omnimodæ commentatores.*
Hæc Baſilius. Verum eſto, ait Stapletonus, ſint hæc
iam omnia, quia ſic conſuetudo inualuit, (contra
quam ſic exclamat Auguſt. lib. 1. Confeſſion. cap. 16. *Conſuetudinis mala vis.*
*Væ tibi flumen moris humani, quis reſiſtet tibi? quandiu non
ſiccaberis? quouſque volues filios Euæ, in mare magnum &
formidoloſum, quod vix tranſeunt, qui lignum conſcende-
rint?*) nobilitati ſaltem neceſſaria: Atqui interea ſic
in multa animum diſtrahunt & diſcerpunt; ſic harũ
rerum ſtudium, cura & ſolicitudo animæ vires ex-
haurit, vt ad diuina cogitanda, parum virium ſuper-
ſit, etſi voluntas id conetur. Spinarum enim more, *Diuitiæ ſpinis ſimiles.*
quæ creſcentes [illegible] complicant, & ne iumentis li-
bere [illegible]
ad cœleſtia [illegible] animæ [illegible]
riè tractare, fructumq; [illegible] bonorum operum &
melioris [illegible] proferre, terrena hæc diui-
tiarum ſolicitudo deprimit, & ſic implicatũ, ac irre-
titum tenet, vtq; ſanctè propoſuit, fortiter exequi nõ
valeat. Velut enim flumina ex paruis initijs, & varijs *Cupiditates*
ſcatebris profluentia, deinde paulatim aliis adauctis *mala [illegible]*
aquis, incrementum [illegible] in [illegible] acci- *[illegible] rapidis.*
piunt; ita vt [illegible] quicquid [illegible] eſt,
ſecum trahant: [illegible] modo [illegible] mundi
cura & ſolicitudo, à paucis & neceſſarijs ortum acci-
piens, alijs [illegible] adaucta cupiditatibus, & *multis* (vt lo-
quitur Apoſtolus) *deſiderijs*, tanquam paulatim incre-
menta [illegible], tam multis & varijs animum onerat,
vt obuia quæque ſecum rapiat, & ipſa cœleſtia, diuini
[illegible]

ſcilicet verbi prædicationem, ſacramentorum vſum, & quicquid eſt religionis, ſuis vſibus deſeruire cogat. Nam quorum animos, nimium diuitiarum ſtudium, cura & ſolicitudo tenet, variè ſolicitantur ad diuinas laudes & humanas leges transgrediendas, eatenusq́; religionem colunt, quatenus ea ipſis vtilis, & rebus ipſorum commoda eſt; de quibus Auguſtinus, lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 25. veriſſimè dixit: *Vtuntur Deo, fruuntur mundo.* Quoniam non nummum propter Deum impendunt, ſed Deum propter nummum colunt. Quid ſit *laqueus Diaboli*, in quod diuitiarum cupidi incautè incidunt; dictum eſt à nobis, cap. 3.

XIII. *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.*

Cupiditas, quid hic.

Omnes interpretes, *cupiditatis* nomine, hoc loco, ſtudium pecuniæ intelligunt, Ambroſius auaritiam vertit; dum enim auarus cupiditatem ſuam, quæ inexplebilis eſt, explere cupit, & adulteria, & ſacrilegia, & homicidia, nihil non admittit, ita vt rectè Poëta exclamet, 3. Æneidos.

——— Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames!

Nam, vt eleganter ſcribit Chryſoſtomus, hom. in diuites auaros. Veluti ebrijs, occaſio ſitiendi eſt vini copia & augmentum; ſic plura poſſidens, plura concupiſcit, & dum perpetuo cumulum auget, morbum perpetuo nutrit. Studium enim habendi non eos, ob iam parta exhilarat, ſed ob ea quæ deeſſe videntur cupiditati, potius angit. Vnde, non immeritò, ab Apoſtolo vocatur hæc diuitiarum cupiditas, *omnium malo-*

Cupiditas, quomodo malorum omnium ſit radix.

rum

rum radix: Nam, vt virtute radicis pullulant ſtirpes, rami, frondes, flores, & fructus: ſic vitio cupiditatis, pullulat pecuniæ amor, ſeruitus, cultus, Dei contemptus, proximi odium, omniũ etiam coniunctiſſimorum deſpectio. *Cupiditas* (ait S. Baſilius, hom. in diuites auaros) *eſt transgreſſionis mater, magiſtra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ſicaria virtutum, ſeditionis origo, fouea ſcandalorum.* Sicut enim radix habet oris officiũ, quia per eam planta ſuſcipit nutrimentum, ſicut animal per os: ita diuitiarum cupiditas, omnibus vitijs nutrimentum præbet, ſuperbiæ, contemptui Dei, odio & immiſericordiæ erga proximũ, furtis, rapinis, fraudibus, alijsq́ue ſceleribus, quibus comparantur diuitiæ.

Cupiditatis periphraſis.

Non eſt tamen hoc ita intelligendum, quaſi ſingula mala per pecuniæ ſtudium fiant, ſed quod nullum mali genus ſit, in quo non ſit factum aliquod malum, per cupiditatem diuitiarum. Neq; enim eſt vlla mali ſpecies, quæ non ex hac mali cupiditate aliquando procedat, quæ omnibus, vt arboris partibus radix, ita vitijs fomentũ præſtat: Eſt enim materialis omnium malorum cauſa, cupiditas, quia omnib. exequendis peccatis materiã vberrimã præbet. Diuité enim luxus, faſtus, ambitio, gula, commeſſatio, rapina, fraus, iuramenta, iam quodammodo decere, aut ornare videntur, aut certe ei impune licere. Vnde Sapiens, Eccleſ. 31. *Diues iniuſte egit & fremet*: id eſt, ſuperbe loquetur: *Pauper autem læſus tacebit.* Diuites illi ſunt, de quibus per indignationem Propheta Pſal. 10. dicit: *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.* Hinc Arnobius & Hilarius. *Radix*, aiunt, *maxime iniquitatũ, in cupiditate pecuniæ eſt, q̃ qui appetit,*

Quomodo mala omnia prouenire dicantur ex Cupiditate.

Cupiditas materia peccatorum omnium.

 grauiſ-

Deum, & homines ſancte: Quò pertinet, quod Methodius ait, pietatem, atque religionem vocatam eſſe ſapientiam, rem plane diuinam, atque ab vno Deo precariò conceſſam hominibus. Quocirca, inquit, principio idem Deus partim viſis, partim angelorum conſuetudine atque congreſſu, partim diuinorum vatum opera, ad pietatem homines erudiuit. Rerum autem diuinarum, quæ in viſceribus continentur ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, multo difficilior inueſtigatio, atque inuentio eſt, quàm eorum omnium, quæ in terræ, aut maris theſauris deliteſcunt, ſicut & illa præmia ſpiritualia, quæ ſunt à Deo ſupremo iudice, probitati, & virtuti propoſita, non cuiuis patent, neque induſtria humana teneri poſſunt, ſed corporis diuitiis & voluptatib. longè ſunt prçſtantiora. Cum enim illa vitæ, & morum ſimilitudo, & incorruptio nos faciat ſimillimos Deo; qui illam ſapientiam imitandi Deum callet, & diuinam pietatem habet, & Deũ peculiari ratione, & familiari ſciẽtia cognouit. Hinc eſt, quod infinitum pietatem, ſiue ſapiẽtiam theſaurum nominarit ſapiens, cap. 7. Salomon, *quo*, inquit, *qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati.* Theſaurus enim hic mentis dum appetitur, eius amor eſt rectus; eiuſq́; poſſeſſio nobilis; cum habetur, vſus vtilis, in bene viuendo; largitio vtilior in docendo; fructus abundans, in præmio percipiendo. Hinc Auguſtinus lib. 1. de doctr. Chriſtian. c. 5. homines inuitans ad docendum ea, quæ liberaliter à Deo ſunt eis conceſſa: *Non eſt*, inquit, *metuendum, ne dare deſinat cætera, cum ea, quæ data ſunt, cœpimus impendere: Omnis enim res, quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur quomodo haben-*

Vera ſapientia perquã difficilis inueſtigatio.

habenda eſt. Ille autem, ait, *qui habet, dabitur ei. Dabit ergo habentibus*, id eſt, *cum benignitate vtentibus, eo quod accceperint.*

Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus. X.

Probat ex humana conditione, pietatem eſſe ei magnum lucrũ, qui victu & amictu neceſſario contentus, Deum timet, eique fideliter ſeruit eò quod homo inter alia omnia animalia inermis, nudusq; in primis naſcatur, deinde idem moriatur: Quod quidem naturæ parentis officium, ingens reputari beneficium debet; licet id hominum infœlicitati poſſet imprudens rerum æſtimator tribuere: Nam intellectum illi, & ſapientiam pro armis, pro indumentis, & pro reliquis vitæ ornamentis dedit, & nuditas ipſa ad Philoſophiam, ſolertiam & induſtriam, hominem compellit, vt, qui nudus natus eſt, ſciat omnia comparare, quę ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt. Sic enim argumentatur Apoſtolus: Cum nudi naſcamur, & in hunc mundum nihil attulerimus, non ſunt noſtra propria hæc bona externa, quæ nobis vita ſubminiſtrat, ſed commodatò, & ad vſum conceſſa, quãdiu hic ſumus; quare nõ licet nobis hinc abeuntibus, ea nobiſcum aſportare, ſicut dicitur Pſal. 48. *Qui cum interierit, non ſumet omnia*; (nihil) *neque deſcendet cum eo gloria eius*; non aliter, atque famulus, qui in viri principis domum nudus ingreditur, veſtes ſtatim, & ornamenta accipit, gladium, pallium, quibus aſſeclam viri nobilis poſſit agere; ſed depoſiturus tamen, & reli-

Homo inter omnia animalia nudus, & inermis naſcitur.

Senſus Apoſtoli.

Simile.

luctúrus omnia, cum domũ, dominumq́; deſeruerit; quippe quomodo venit, ſic reuertetur. Sic Iob c. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ*, ait, *nud' reuertar illuc.* Vbi mater appellatur à Iobo terra, quę cõmunis eſt omniũ mater, eodemque nomine ab Eccleſiaſt. c. 40. vocata, *Graue*, inquit, *iugum ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium.* Eandem quoque Plinius *matrem* nominat, lib. 2. naturalis hiſtoriæ, cap. 63. *Sequitur*, inquit, *terra, cui vni rerum naturæ partium eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. Nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq́; editos ſuſtinet ſemper, nouiſsime complexa gremio, tum maxime, vt mater operiens*, &c. Idem, quod Iob dixit, Eccleſiaſt. cap. 5. ſubiungit: *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, nihil auferet ſecum, de labore ſuo*: Quo ſenſu, *à tumulo* (ait Gregorius Nazianzenus) *ſe tumulum petere*, id eſt, ab vtero matris, in ſepulchrum tendere. Vbi matris vterum, etiam ſepulchrum appellauit; & quod Iob de vtero in vterum dixit, Gregorius ex ſepulchro in ſepulchrum vertit. Quemadmodum enim vterus matris, ſepulchrum dicitur; ita ſepulchrũ dicitur vterus terræ. In ſepulchro enim veluti in vtero terræ, vſque ad diẽ iudicij abſcondemur; tunc temporis ex illo, veluti noua, atque admirabili natiuitate, in lucẽ prodituri.

Terra communis omniũ mater dicta.

Matris vterus & terra ſepulchro cõparata.

Volens igitur hunc in vitam ingreſſum, & hunc ex vita exitum, ante mentis oculos vnicuiq́; meditandum proponere Bernardus: *Qualis*, inquit lib. 2. de conſiderat) *natus ſis, attendas, nude nudum conſideres; quia nudus egreſſus es de vtero matris tuæ: conſideranti quis ſis, occurret tibi homo nudus & pauper, & miſer, & miſerabilis; homo dolens, quod homo ſit, erubeſcens, quod nudus ſit;* plo-

Vita noſtra ingreſſu, & exitu miſer.

Digitized by Google

plorans, quod natus ſit, murmurans, quod ſit homo, natus ad laborem, non ad honorem, &c. Hæc hominum ſunt initia, fines multò miſerabiliores. Nudi ingredimur in mundum, veluti nudi athletæ cum Diabolo decertaturi, & (vt ait S. Maximus, homil. de S. Michaële) *nudi naſcimur, nudi etiam accedimus ad lauacrum, vt nudi quoque, & expediti, ad cæli ianuam properemus*, &c. At nos, quantum conniti poſſumus, opibus, honoribuſq́, voluptatibus nos oneramus, atque implicamus: onerati ad ianuam arctiſſimam, id eſt, mortem peruenimus; in qua, omnia cogimur onera deponere. Mors aufert omnia, omnes ſpoliat, excutit omnes, ne obulum quidem relinquit.

Mors quomodo bonis huius vita ſpoliet.

Ortus ita humanæ vitæ, atq; eiuſdẽ interitus aſſidua meditatio, viri conſtantis, & mundũ contemnentis affectũ eò deducere poteſt, vt dicat, nihil eſſe, quod erga mundũ, ſe gratum, aut vllius beneficij memorem exhibeat; Nihil, inquit, ex hoc mundo aufero; nihil illi acceptũ referã; nihil, quod à me ille repoſcat; nihil rurſus, quod cum illo nudus expoſtulem: Nam nudus in mundum veni, abeo nudus. Eam ob cauſam eorum qui mundo fuerant magis, quam par ſit, affixi, mentionem faciens Iob ait, cap. 27. quod *diues, cum dormierit, nihil ſecum auferet*: Vbi verbo *dormiendi*, primum diuitias ſummamq; fœlicitatem, cum ſomno comparat: Nam ſicut, qui per ſomnum tantùm diues eſt, reipſa miſer eſt; ſic ſane, & huius vitę diuites miſeri reipſa ſunt: Nam ſtatim, atque diluxerit, & è vitæ huius crapula, ſomnoq́; euigilarint, extrema inopia laborare incipiet. Verbo deinde *dormiendi* ſignificatur iacere & proſterni, q, etiã ad impij caſum ex ſua breui fœlicitate, referri poteſt, quemadmodũ Pſal. 75.

Mortis meditatio, contemptũ mundi generans.

Diuitia cum ſomno comparata.

 cla-

Diuitum in morte ruina miſerabilis.

clarius exprimẽs Regius vates: *Dormierunt*, inquit, *ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis*. Quaſi diceret; Poſtquã dormierunt viri diuitiarum, expergefacti iam ſomno, & crapula corporis, & hui⁹ vitę negotiorũ, ſeipſoſq́; ſunt intuiti; nihil priſtini roboris, aut ſplẽdoris inuenerũt; ſed toti ita euanuerunt, vt nec proprias manus cognouerint. Hinc è contrà in mediis, & cõmunibus vitæ humanæ malis,

Iuſtus cur hic calamitoſè viuat.

ad ſe reuerſus vir iuſtus, dicere ſolet, nihil mirum, me in hac vita calamitatibus affici, bonis ſpoliari, pauperiem pati, morbis affligi, &c: Quod enim patior, ex communi naturæ, diuinæq́; prouidentiæ lege prouenit; agit mecum Deus, tanquam cum homine; homo ſum, humani à me nihil alienum eſſe exiſtimo; Tentatio me non apprehendit, niſi humana, leuis toleratu, ad vincendum facilis.

Eſt tamen hoc loco aduertendum, quod ſi gloriam, ſi opes, ſi dignitates, ſi honores, homo nudus in mundum ingreſſus, de mundo diſcedens, non auferat, aufert tamen opera, iuxta illud Apocalyp. 14. *Opera enim illorum ſequuntur illos.* Nudat mors quidem opib. ſed nõ nudat operib. Vnde pulchrè Aug. in li. 50. Homiliarum homil. 42. cap. 8. *Ipſa* inquit, *eſt infœlicitas hominum; propter quod peccant, morientes hîc dimittunt, & ipſa peccata ſecum portant: Peccas propter pecuniam, hic dimittenda eſt, peccas propter villam hic dimittenda eſt; peccas propter mulierem, hic dimittenda eſt, & quicquid eſt, propter quod peccas, hic dimittis, & ipſum peccatum, quod committis, tecum portas.* Hæc Auguſtinus. Quocirca D. Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, cap. 47. ſic reges monet: *Regni gloriam, quâ in hoc ſæculo ſublimantur, reges non aſpiciant, ſed opus quod ſecum*

Ex hac vita nos nihil, niſi opera noſtra auferre.

Auguſtini pulchra ſententia.

Digitized by Google

ſecum ad inferos portent, attendant; ſi amiſſuri ſunt huius temporis gloriam, illa agant, quæ poſt finem ſine fine poſſideant. Et Auguſtinus, ſerm. 32. de verbis Domini: *Si omnes tranſimus*, inquit, *aliquid, quod tranſire non poteſt, operemur; vt cum tranſierimus, & illò venerimus, vnde non tranſeamus, opera noſtra bona ibi inueniamus,* &c.

Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. XI.

Poſtquam Dei cultum eſſe magnum lucrum, cum ſufficientia alimenti, & operimenti, docuit Apoſtolus, pergit commendare ſufficientiam, vt à cupiditatis, & abundantiæ nimio ſtudio auaras hominum, & maximè paſtorum voluntates auocet; quaſi iuxta Chryſoſtomum, in hunc locum, tanta duntaxat comedere oporteat, & talia, quæ nos nutrire ſufficiant; & ea induere, quæ nos ab iniuria nuditatis tueantur, noſque contegant ſolùm, & nihil amplius. Scriptum eſt enim Eccleſ. cap. 29. *Initium vitæ hominis, aqua, vel panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.* Quaſi diceret iis, quæ in præſenti habemus, nos oportere eſſe contentos, nec abſentes opes, ac ſuperfluas cupidè, atque auarè eſſe quærendas. *Nemo audeat*, inquit Theodoretus, *quæ habet augere: laudatur enim ſufficientia.* Ea de cauſa, rectè monemur à ſapiente, Prouerb. 23. *ne laboremus, vt ditemur, ſed prudentia noſtra potius modum ponamus:* Vbi prudentia vocatur ſolertia, curioſitas, & induſtria, quæ rebus mobilibus, fluxis, & caducis ſtudioſius conquirendis ſunt idoneæ. Volens dicere,

Sufficiẽtia ſine abundancia commendata.

Opes non auidè nimis quærenda.

Digitized by Google

ne circa multa, per fas, nefaſq; aucupanda ſint actiones noſtræ intentæ, nec laboremus, vt multa habeamus, aut ne multis negotiis ad diuitias comparandas, ſolicitè, iugiterq; occupemur, quia vir bonus, & moderatus Eccleſiaſt. cap. 11. commonetur: *Fili*, inquit, *ne in multis ſint actus tui; & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto*; quia ſolent diuitiæ luculentam peccandi occaſionem ſæpe admodum ſubminiſtrare. Cum ergò humanis neceſſitatibus pauca ſufficiant, nihil verò improbæ ſufficiat cupiditati, his, quæ corpori tum ſuſtentando, tum operiendo neceſſaria ſunt, contentos vult nos eſſe Paulus, quia pauciſſimis minimè auida natura indiget.

Diuitiæ peccādi occaſio.

XIX. *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem.*

Diuitiarum cupiditas immoderata taxatur.

Occaſione ſumpta à ſufficientia, quæ pietatem comitatur, pecuniæ ſtudium in omnibus Chriſtianis, præſertim verò in Doctoribus Eccleſiaſticis deteſtatur Paulus, quo nihil eſt pernitioſius, quemadmodum rationem reddens Auguſtinus, in Pſalm. 136. *Quia*, inquit, *quantò quis honorificentior ordine eſt; tantò magis ſuadet imitandum, ſe in hac re, quæ in vita iſta procliuis eſt*: Neceſſarium eſt enim multos eius imitatores exiſtere ad perditionem. Non quod diuitiæ, inquit Chryſoſtomus, ſint malæ, ſunt enim adiaphoræ. Hinc non dixit Apoſtolus: *qui diuites ſunt*; ſed, *qui diuites fieri volunt*, quemadmodum notat Theophylactus, vt intelligas, non diuitias, ſed harum cupiditatē ab Apoſtolo damnatam: *Poteſt enim*, ait Theophylactus, *quiſpiam pecunias habere, atque eas probe diſpenſare*: quippe qui aſpernetur eas, atq; in vſum pauperum

perum eroget, quod non eſt volentis diteſcere. Vnde Chryſoſtomus, hom. 45. in Matth. *Potes, dummodo velis, pernicioſa hac germina ſpinarum incidere, & diuitiis laudabiliter vti:* poſſumus ita ditari, vt nõ dicipiamur; & in hoc ſæculo ita conuerſari, vt harum rerum curis non ſubmergamur, &c. Spinæ ſunt, diuitiarum malæ ſolicitudines, & nociua deſideria, quamuis videantur roſæ. Qui ſpinas laxa & aperta manu tenet, illarum non pungitur aculeis; ſin vero manum contrahit, quò magis contrahit, eò magis ſauciatur: Sic diuitiæ, ſi expanſa, & liberali manu ferantur, noxiæ nõ ſunt, ſed cauſa meriti: ſi vero arctiùs eas comprimis, ſi auidè conſtringis & tenes, ſi difficulter eas à te, perinde ac ſi viſcera tua eſſent, auelli ſinas, iam animum tuum mortiferis aculeis cruentant, multis & variis, inutilibus & nociuis deſideriis vulnerant, quæ Dei, & ſalutis tuæ curã tibi auferunt, pernicioſas tentationes immittunt, inſana cupiditate affligunt, fœdo amore rei per ſe viliſſimæ, dedecorant, Deo te, & hominibus exoſum, vilem, atque inutilem, Diabolo gratum & vtilem reddunt. Hinc Propheta, Pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Pungent enim, ſi fortiter cor apponas.

Bonum pecuniarũ vſus qui ſit.

Diuitiæ ſpinis comparatæ.

Sileo ſeruitutem, quam pecuniæ ſtudioſi fœdiſſimam ſeruiunt, quemadmodum docet Ambroſius in libro de Nabuthe, cap. 12. *Seruitis*, inquit, *diuites, ac miſeram quidem ſeruitutem, qui ſeruitis errori, cupiditati, auaritiæ, quæ expleri non poteſt. Quia captiua eſt opulentia, paupertas libera.* Nam diuitum Domino nihil inquietius; quæ cauſa eſt, quod Greg. Nazianzenus, orat. 24. aurum vocet *occultum tyrannum*, per quẽ nunc multa ſursũ, deorſumq; velut in talorũ ludo iactãtur.

Pecuniæ ſtudioſi ſerui.

Et

Et Chryſoſtomus homil. 59. in Geneſ. de diuite loquens: *Mare*, inquit, *fluctibus non ita intumeſcit, vt talem animum à cogitationibus, & affectionibus infeſtari videmus.* Sic enim demergit auaritia hominum animos, vt emergere non poſſint. Mergit auaritia in tentationem, mergit in deſideria multa, & varia. Mergunt ſolicitudines, & deſideria multa inutilia, & nociua in interitum, & ſuffocant: Qui enim mergitur, ſuffocatur, & interit: qui ſuffocatur, ſpiritu priuatur, quo viuit: Huiuſmodi deſideria, ac curæ diuino ſpiritu, qui ſpiritualem confert vitam, priuant hominem, ideò ſuffocant, & mergunt in interitum. *Ponderoſa namque res eſt aurum*, ait Nyſſenus lib. de beat. Quare Crates ille Thebanus, vt eſt apud Hieronymum, lib. 2. contra Iouin. proiecto in mare non paruo auri pondere: *Abite*, dixit, *peſſum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis*, &c. Vnde Gregorius, homil. 15. in Euang. *Solicitudines*, inquit, *& diuitiæ, & voluptates ſuffocant verbum (quod eſt animæ vita) quia importunis cogitationib. ſuis guttur mentis ſtrangulant; Et dum bonum deſiderium intrare ad cor non ſinunt, quaſi aditum flatus vitalis necant.*

Auaritia quomodo mergat hominem.

De his deſideriis multis & malis, quæ totum hominem poſſidentes, in interitum mergunt, pulchrè Baſilius, homil. in diuites auaros: *Quædam eſt Diaboli methodus*, ait, *ad ſuggerendas diuitibus mille ſumptuum inanium occaſiones; vt ea, quæ ſuperflua, & ad rem pertinentia non ſunt, pro neceſſariis ducantur. Sit*, inquiunt, *res partim in vſu, partim condita & ſepoſita. Item, quæ in vſu ſunt, neceſſitatis terminos tranſcendant. Iſta ſeruiant ſumptib. domeſticis, illa præſto ſint ad externas phantaſias; vt iter facienti ornatus, equitatus, viaticū pro conditione fiant:*

Diuitum in impendendis diuitiis ſuis luxuria, & modus ſine modo.

Hæc

Hæc domi permanenti vitam reddunt ſplendidam, & illuſtrem: ut mihi miraculum ſit, quomodo tot inanes ſumptus excogitent. Adſunt præterea coqui, pincernæ, piſtores, venatores, fictores, pictores, voluptatis omnimodæ commentatores. Hæc Baſilius. Verum eſto, ait Stapletonus, ſint hæc iam omnia, quia ſic conſuetudo inualuit, (contra quam ſic exclamat Auguſt. lib. 1. Confeſſion. cap. 16. *Væ tibi flumen moris humani, quis reſiſtet tibi? quandiu non ſiccaberis? quouſque volues filios Euæ, in mare magnum & formidoloſum, quod vix tranſeunt, qui lignum conſcenderint?*) nobilitati ſaltem neceſſaria: Atqui interea ſic in multa animum diſtrahunt & diſcerpunt; ſic harũ rerum ſtudium, cura & ſolicitudo animæ vires exhaurit, vt ad diuina cogitanda, parum virium ſuperſit, etſi voluntas id cõcupiat. Spinarum enim inſtar, quæ creſcentes [illegible] ſe li- [illegible] [illegible] ad cœleſtia [illegible] animæ ſalute ſerió tractare, [illegible] bonorum operum & melioris [illegible] proferre, terrena hæc diuitiarum ſolicitudo deprimit, & ſic implicatũ, ac irretitum tenet, vt quæ ſanctè propoſuit, fortiter exequi nõ valeat. Velut enim flumina ex partis [illegible] & raris ſcatebris profluentia; deinde paulatim aliis adauctа aquis, incrementum intolerabile [illegible] accipiunt; ita [illegible] ſecum trahant: [illegible] mundi cura & ſolicitudo, a paucis & neceſſariis [illegible] accipiens, aliis mox adaucta cupiditatibus, & *multis* (vt loquitur Apoſtolus) *deſideriis*, [illegible] paulatim incrementum capit, iam multis & variis animum onerat, vt obuia quæque ſecum rapiat, & ipſa cœleſtia, diuini

Ttt ſcilicet

Conſuetudinis mala vis.

Diuitiæ ſpinis ſimiles.

Cupiditates mala diuitiarum ſimiles fluminibus rapidis.

rum radix: Nam, vt virtute radicis pullulant ſtirpes, rami, frondes, flores, & fructus: ſic vitio cupiditatis, pullulat pecuniæ amor, ſeruitus, cultus, Dei contemptus, proximi odium, omniũ etiam coniunctiſſimorum deſpectio. *Cupiditas* (ait S. Baſilius, hom. in diuites auaros) *eſt transgreſſionis mater, magiſtra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ſicaria virtutum, ſeditionis origo, fouea ſcandalorum.* Sicut enim radix habet oris officiũ, quia per eam planta ſuſcipit nutrimentum, ſicut animal per os: ita diuitiarum cupiditas, omnibus vitijs nutrimentum præbet, ſuperbiæ, contemptui Dei, odio & immiſericordiæ erga proximũ, furtis, rapinis, fraudibus, alijsq́ue ſceleribus, quibus comparantur diuitiæ.

Cupiditatis periphraſis.

Non eſt tamen hoc ita intelligendum, quaſi ſingula mala per pecuniæ ſtudium fiant, ſed quod nullum mali genus ſit in quo non ſit factum aliquod malum, per cupiditatem diuitiarum. Neq; enim eſt vlla mali ſpecies, quæ non ex hac mali cupiditate aliquando procedat, quæ omnibus, vt arboris partibus radix, ita vitijs fomentũ præſtat: Eſt enim materialis omnium malorum cauſa, cupiditas, quia omnib. exequendis peccatis materiã vberrimã præbet. Diuitẽ enim luxus, faſtus, ambitio, gula, commeſſatio, rapina, fraus, iuramenta, iam quodammodo decere, aut ornare videntur, aut certe ei impune licere. Vnde Sapiens, Eccleſ. 31. *Diues iniuſte agit & fremet*: id eſt, ſuperbe loquetur: *Pauper autem læſus tacebit.* Diuites illi ſunt, de quibus per indignationem Propheta Pſal. 10. dicit: *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.* Hinc Arnobius & Hilarius. *Radix*, aiunt, *maximẽ iniquitatũ, in cupiditate pecuniæ eſt, q̃ qui appetit,*

Quomodo mala omnia prouenire dicantur ex Cupiditate.

Cupiditas materia peccatorum omnium.

 grauiſ-

grauiſſimæ tempeſtatis naufragio mergatur, & Sapiens *auaro nihil eſſe ſceleſtius* commemorat: Hinc Apoſtoli alijs prædicaturi, facultates ſuas alioqui licitas, ſed maioris boni, hoc eſt, prædicationis impeditiuas relinquebant, ne minimam auaritiæ ſuſpicionem in aliorum animis relinquerent: propterea etiam in Actis, rerum temporalium curis abdicatis, in Diaconos eam curam reijciebant.

Contemptus pecuniarum in Apoſtolis.

Pulchrè Gregorius, exponens illud Iob. cap. 30. *Radix iuniperorum erat cibus eorum: Quid per radicem iuniperi*, ait, *niſi auaritia deſignatur, ex qua peccatorum omnium ſpinæ producuntur? Vnde & per Paulum dicitur: Radix omnium malorum eſt cupiditas. Ipſa quippe latenter oritur in mente, ſed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice ſurgentes ſtatim prædicator egregius inſinuat, cum ſubdit: Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit, quaſi naſcentes innotuit ex hac radice punctiones. In iuniperis ergò peccata, in radice verò iuniperorum quid aliud, quam auaritiam, id eſt, materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerumq. Hæretici ſolis in verbis ſuis exteriora lucra ſectantur, nec ignorant, quia peruerſa aſtruunt, ſed erroris prædicamenta non deſerunt, dum ſumptus percipere quaſi doctorum volunt, bene de eis ſanctitatis noſtræ voce dicitur: Et radix iuniperorum erat cibus eorum: quia dum totis mentis ſuæ ſenſibus auaritiam cogitant, quaſi ex alimento veſcuntur de quo naſci procul dubio peccatorum ſequentium punctiones ſolent.* Hæc Gregorius.

Locus Iob expoſitus, de radice iuniperi.

XIV. *Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.*

Quàm graue valde ſit auaritiæ vitium, probat ex-

Quàm ſit Auar.

peri-

perientia, quia cum auarus, inquit, pecunia non repleatur (Eccl. 5.) *quantò magis habentur diuitiæ, tantò magis deſiderantur*: Cum verò cupiditatis explendæ occaſio negatur auaro, tum is omnes vias & rationes, ſiue iuſtas, ſiue iniquas inquirit, quibus noxij voti compos, efficiatur, adeò, vt in errorem etiam ſe patiatur induci, modo id tandẽ aſſequatur, per quod omnia, hominum opinione, comparantur. Eſt autem id *pecunia; cui omnia obediunt*, & qua nihil non emitur: Cuius cumulandæ, cum maximo deſiderio quiſquam tenetur, ſanâ rectæ fidei poſthabitâ doctrinâ, (multos quæſtus & iniqua lucra prohibente) alienam à veritate, & bonis moribus ſententiã inquiſitam ſequitur, ex qua ſibi certam ſalutem pollicetur, licet interim per ſummam iniquitatem, damnationis ſe diſcrimini exponat. Vitia ma[illegible] voluntatis, & animi affectus, multum poſſunt [illegible] a vera rectæ fidei dogmata; Nam voluntate inuoluitur ab affectu prauo, captiuante intellectum; idcirco quando vitia & contrariæ paſſiones ſunt ijs, quæ fidei [illegible] ſunt, impediunt intelligendi vim ad recipiendam fidem, & amiſſam recuperandam. Vnde B. Gregorius, lib. 20. Moral. cap. 12. *Auaritiam quoſdam retinere* dicit, *ne ad fidem conuertantur*; quod hodie etiam experimur: malunt enim multi in ſuis hæreſibus hærere, quàm, dum ad veritatem Catholicam reuertuntur, Eccleſiarũ bona temporalia, quæ iniquè rapuerunt, reſtituere. Vitia enim detinent intellectũ in errore ſibi conformi, & à contraria auertunt veritate. Hoc enim fuit, quod olim idololatras homines fecit, & in idololatria retinuit: hoc etiam nunc eſt, quod à Catholica veritate auertit & ad Hæreticam fidem induxit.

ritia deteſtabilis.

Auaritia, à recta fide, quomodo abducat:

Auaritia retinaculum multorũ, ne ad fidem conuertantur.

Ttt 3 Et

Et licet cap. 15. in Matth. ad Iudam proditorem hoc loco, alluſiſſe Paulum exiſtimet Origines, *cui auaritia radix fuit omnium malorum* in IESVM commiſſorũ; generaliter tamen de cupiditate loqui cenſendus eſt. Exiſtunt namq; hodie, tecti licet, multi Iudæ, & honeſto, politoq́; vocabulo pietatis, boniq́; publici, errant & naufragantur à fide qui non ſolum produnt IESVM, ſed & religionis cultum eidem exhibitum cum Iuda calumniantes: *Vt quid perditio hæc?* inquiunt; Loculos interim habent, & bona miniſtrorum Chriſti furantur, abſque tamen ſacrilegij nomine, & quæ Deo dedicata fuerant, in ſuum fiſcum conuertunt ſacra omnia, regnandi, dominandi, ſuas res tuendi, ac propagandi causâ, violant: Dum enim præſentibus nimium oblectantur diuitijs, à futuris Dei promiſſis recedunt; Irrident ſana conſilia, & ſalutarem doctrinam, quia auari, vt olim Balaam, vt quondam Iudæi ea quæ diſſerebantur à Chriſto. Conſilia ineunt contra Chriſtum docentes, melius eſſe aliquid in templo offerre, quàm parentibus egentibus diſtribuere, Matth. 15. & ne veniant ſimiles Romani, qui tollant Gentem eorum & locum, Ioan. 11. Et, qua vafricie ſunt ij, de quib⁹ loquimur ſectarij, vitia, virtutum ſpecie palliant, & ouina veſte ſe contegunt cum Iudâ, qui auarus & raptor, miſericordiæ viſcera in pauperes fingebat. Erubeſcebat enim ſe prodere & iram, ac cordis rabiem ex lucri occaſione amiſſa, zelo exteriori charitatis veſtiebat impius, & ingratus diſcipulus, vnguentum trecentis denarijs æſtimabat, magiſtrum autem triginta tradebat: Vnde Ambroſius, lib. 3. de Spiritu ſancto, cap. 18. *Rectè*, inquit, *ô Iuda proditor, vnguentum paſſionis eius trecentis denarijs æſtimas,*

Iuda proditoris ſequaces multi, graphicè depicti.

Iuda auaritia, & nequitia.

æſtimas, & paſſionem eius triginta denarys vendis, diues in æſtimatione, vilis in ſcelere.

Alterum auaritiæ effectum expreſſit Paulus, dicendo *auaros ſeſe multis doloribus inſeruiſſe.* Vbi *doloris* vocabulum, pro ſceleribus & malis culpæ vſurpauit, quod laborem propriè ſignificat, qualis eſt metentium, & eorum, qui laborando artus fatigant. Nam qui vitio auaritiæ deditus eſt, multis ſe maculat peccatis: quod enim diuitiæ curas afferant, palam eſt, poſtquam in errorem fidei pertraxerunt, de quibus proximè præcedentibus textibus plura. *Auaritiæ effectus alter, dolor, & quid is ſit.*

Tu autem ó homo Dei hæc fuge, ſectare autem iuſtitiam, &c. XV.

Homo Dei dicitur verus homo, qui ſcilicet, diuinam in ſe ſimilitudinem, ad quam eſt conditus, prauis moribus, non confudit, neque corrupit, & diuinam imaginem ſuo animo impreſſam, flagitioſè viuendo non affecit iniuria. Hominis namque definitionem, ex virtutis & pietatis ſtudio tradit Eccleſiaſtes cap. vlt. *Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo,* ſiue verus, vel totus, vel quicquid homo eſt. Cuius enim animi innocentia peccato impermiſta eſt, & incontaminata flagitio, ita ſolius boni incommutabilis videtur eſſe ſtudioſa, vt non modo in dictis, & factis veritatem ſeruet, ſed & nullius mali communicatione ſit permiſta. *Homo Dei, quis dicatur.*

Ad hunc modum, vniuerſam vitæ immaculatæ, hominis Dei perfectionem & innocentiam videtur deſcri- *Vita immaculatæ ſtudioſus quis ſit.*

deſcripſiſſe Dauid, Pſal. 14. Homo Dei eſt, *qui ingreditur*, inquit, id eſt, viuit *ſine macula*, id eſt, perfectè, integrè, immaculatè, ex eo, *quod operetur iuſtitiam*, hoc eſt, vniuerſam legem impleat; rurſus, operarii iuſtitiã eum, *qui loquitur veritatem in corde ſuo*: id eſt, quod loquitur, non ore tantum, ſed ex corde pronuntiat, &c. Per expoſitionem addit, *& non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum*, non detraxit, neque æquis auribus accipit detractores, non decipit, ſeu inquinatam mentem gerit, cum exterius lingua iurat. Licet eiuſmodi *hominem Dei*, Timotheum fuiſſe, inſinuet Paulus; imbecillitatis tamen humanæ, eundem admonet (*qui namque ſtat, videre debet, ne cadat*) cum eundem hortatur, vt auaritiã, turpe lucrum &c. cane peius, & angue deuitet, & fugiat. Niſi fortè *hominem Dei* ideò vocatum, aliquis exiſtimare velit, quod populi Dei, in rebus diuinis & ſpiritualibus, hominumque paſtorem agat, & epiſcopum in his, quæ ad animorum ſalutem ſpectant. Res autem maximi honoris eſt, *Dei hominem vocari*, quemadmodum Helias 4. Reg. cap. 1. & plurimi alij ex prophetis *viri Dei* ſunt vocati: Hierem. 35. 4. Cum enim honorifico aliquo titulo aut cognomento aliquem inſignimus, id ex aliqua præclarè geſta re contingit; vt ſi quis per excellentiam, aliquem appellet *Sapientem, Philoſophum, Apoſtolum*, & hoc loco vice proprij nominis *Dei hominem*. Cuius illuſtre exemplum eſt Iſai. 45. ad Cyrum: *Vocaui te nomine tuo, aſſimilaui te, & non cognouiſti me*. Vbi ex Hebræo legimus cognominaui te. Quaſi diceret; antequam haberes mei notitiam, non ſolum tibi nomen Cyri impoſui, ſed addidi etiam cognomentũ honorificum regis, aut Chriſti, aut ſerui mei: Sic etiam Eſaiæ

Timotheus, homo Dei, humana fragilitatis monitus.

Homo Dei quis ſit. alia expoſitio.

Hominem Dei vocari, perhonorificum.

Eſaiæ cap. 44. vbi loquitur propheta de conuertendis ex Gentibus: *In nomine Iſraël aßimilabitur:* legunt, *cognominabitur*, id eſt, iam alio nomine cognominabuntur, videlicet viri Iſraëlitæ ſecundum fidem. Timotheum igitur, ob eius merita, iuſtitiam, fidem, &c. *Dei hominem* nominat, non quod alij *Dei homines* non ſint, cum omnes, etiam impij, ſint Dei creaturæ, ſed de inſigniter iuſtis, & valdè, eximieq; Deo familiaribus, qui non modo conditionis; verum etiam familiaritatis iure, Deo coniuncti ſunt, ſcriptura hoc modo loqui conſueuit. Hominis itaque diuini mentem, atque affectum ab iis ſtudiis, vanitatibus, & inſaniis falſis abhorrere deſiderat, quibus filij hominum noctes, atque dies inhiant; quin potius operam nauet, vt in pietatis ſtudio, quotidie ſeipſum ſuperare contendat, ſemperq; hoc ipſum agat, vt magis magisque Deo placeat. *Timotheus homo Dei vocatꝰ.*

Notanda eſt autem hoc loco emphaſis in verbo *fugiendi*, oppoſito verbo *ſectari.* Sapientum eſt enim, quæ menti contraria, nociuaq; ſunt, prudenter cauere, ac relinquere: De qua fuga ſcriptum eſt Eccleſiaſt. cap. 21. *Quaſi à facie colubri fuge peccatum.* Quo pacto 1. Corinth. 6. ſuos monebat Apoſtolus, vt *fugerent fornicationem. Omnis namque Pontifex* (qualis erat Timotheus) *ex hominibus aſſumptus, & in his, quæ ſunt ad Deum pro hominibus conſtitutus*, Hebr. 5. Deum, tanquam ſuũ Dominum, (cui ſe probauit) in omnibus imitari debet, cum Eccleſiaſt. 10. ſcriptum ſit; *ſecundum iudicem populi, ita & miniſtri eius.* In eo verò Chriſti imitatio conſiſtit, vt in via morum ſe Chriſti præceptis, legi, ac voluntati per omnia conformet, vt ſicut Chriſtus ambulauit, ipſe etiam ambulet, 1. Ioan. 2. Sic enim illud *Fuga peccati, Epiſcopo præſertim neceſſaria.* *Chriſti imitatio in qua conſiſtat.*

Iobi capite viceſi.tert. dicere poterit: *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.* Chriſti enim veſtigia premit, qui mundi vanitates & inſanias falſas, cuiuſmodi ſunt voluptates diuitiæ, honores, fugit: ſicut Chriſtus cũ eum Iudęi vellent facere regem, (dicit Ioan.) quod fugerit. Eodem modo, opes ab infantia eſt auerſatus, *non habens, vbi caput ſuum reclinaret*; adeo *vt propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuerit crucem confuſione contempta*, Hebr. 12. cap.

Contemptus honorum in Chriſto & pauper tas.

XVI. *Sectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem.*

Antitheſeos alteram partem exprimit Apoſtolus: Poſtquam enim Timotheum cohortatus eſt, vt turpe lucrum, & alia huius ſæculi cultorum ſtudia fugeret; quid è contra ſibi incumbat, ſubiungit; nempe, vt ante omnia, iuſtitiam ritè colat: Cùm enim Epiſcopi ſint iudices, ab iis, eiuſmodi *de virtute in virtutem* progreſſus fieri debet, vt omnem virtutem, iuſtitiam ſe diligere, faciant reipſa teſtatum, ſicut Sapien. 1. monet Sapiens; *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Per *iuſtitiam* namque gradus in primis fit ad ſapientiam, quæ ſacerdotes & presbyteros maximè decet, ſicut frequenter in hac epiſtola, diximus. Hinc eſt, quod Eccleſiaſt. 3. dicat Sapiens: *Fili, concupiſcens ſapientiam, ſerua iuſtitiam, & Dominus præbebit illam tibi:* propter quod, pro medio tanquam omnino neceſſario ad ſapientiam, cupit Apoſtolus, vt Presbyter, ſiue præſul *iuſtitiam ſectetur*, hoc eſt, vt *declinans à malo faciat bonum*, Pſalm. 33. Et Pſalm. 134. *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam.* Quia verò ſæpe *compati debet his,*

Iuſtitia Epiſcopis cõmendata.

Iuſtitia, mediũ & via ad ſapientiam.

qui

Digitized by Google

qui errant & ignorant, Pontifex; ideò iuſtitiæ rigorem voluit *pietatis*, ſeu miſericordiæ temperamento moderatum; quocirca adiunxit *pietatem*, quæ non religionis cultum hoc loco, ſed manſuetudinem, compaſſionem, lenitatemque ſignificat: Hinc Prouerb. 20. cap. ſcriptum eſt, quod *miſericordia & iuſtitia cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.*

Pietas in Epiſcopo neceſſaria.

Fidei quoque profeſſionem, & veram Euangelij doctrinam, tanquam cæterarum virtutum baſim, atque fundamentum, Epiſcopo commendat, cuius lumine, ipſius mens perfecta, illuſtrataque ſit oportet, quia eadem remota, *Deo placere nemo poteſt*, cum *accedentem ad Deum, credere neceſſe ſit*, Hebr. 11. Sed quia fides ad ſalutem ex ſe inutilis eſt & mortua, ideò *charitatem*, tanquam formam, vitamque, eidem ſociatam eſſe deſiderat, cuius ardore, hominis affectus, in Dei, & proximi amorem accenſus, procliuis reddatur, ad quoduis religionis, erga Deum, exercitiũ, &c. erga proximum vero, ad omne genus officij, & beneuolentiæ excitatum, reddatur propenſum. Sed quia tempore Pauli, res magni tum laboris, tum odij erat, prędicando Chriſti doctrinam extendere, adeò, vt tam Iudæi, quam Ethnici, *Deo ſe rem gratam facere putarent, Euangelij prædicatoribus vim inferendo*; ideò Timotheum hoc loco, tempeſtiuè ad *patientiam*, & longanimitatem cohortatur, cui & *manſuetudinem* animi adiungit, ne malorum diuturnitate fractus, & aſſiduis calamitatibus exacerbatus, in impatientiam, & indignationem contra perſecutores erumpat, aut excandeſcat.

Fides Epiſcopis commendata.

Charitas in Epiſcopo requiſita.

Patientia in prædicando Dei Verbo, Timotheo commendata.

Patientia neceſſitas. Hinc in ea, quæ eſt ad Hebræos, cap. 10. dicit, *patientiam ipſis eſſe neceſſariam, eò* quod ea vna ſit, quæ triſtitiæ modum ponit, ſicut iram temperat & moderatur manſuetudo, ne rationis limites excedat, ſi quando vel diutius opinione, mala durent, vel expectata bona in longum tempus differantur. Sicut enim, *ſpes, quæ differtur, affligit animam*, Prouerb. 13. ita *melior eſt patiens forti viro*, Prouerb. 16. Quare Lucæ 20. ſcriptū eſt, quod *in patientia noſtra poſſidebimus animas noſtras. Regnum enim cælorum*, ad quod tendimus, *vim patitur, & violenti rapiunt illud*, quemadmodum Matth. 11. ſcriptū eſt; quia, *qui pœnitentiā peccatoribus*, ait Gregorius in eundem locum, *indixit, quid aliud niſi regno cælorum fieri violentiam docuit? Quid eſt regnum cælorum*, ait idem, *niſi locus iuſtorum?* ſolis enim iuſtis, cœleſtis patriæ præmia debentur, vt humiles, caſti, mites, & miſericordes ad gaudia ſuperna perueniant.

XVII. *Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam.*

Ceramen quibus de cauſis ſuſcipiatur. Duas potiſſimum ob cauſas, certamen iniri ſolere, notat in hunc locum, D. Thomas, vel ad eorum, quæ poſſidentur, poſſeſſionem retinendam & defendendam; aut ad id, quod non habetur, obtinendum. Priorem dimicationem iubet Apoſtolus ineundam, cùm pro fide defendenda, & cuſtodienda, contra eiuſdem hoſtes, & Eccleſiæ tyrannos, ad pugnam excitat Timotheum, ita, vt ſi opus ſit, vſque ad martyrium contra eiuſdem aduerſarios acriter & ſtrenuè dimicet. Atque ſi conſtans fuerit huius certaminis ſuſceptio, lucrum oſtendit, nempe vitam æternam, *Certaminis pro fide ſuſcepti præmium.* quæ corona eſt illa incorruptibilis; cuius, 1. Corint. 9.

men-

mentionem Apoſtolus facit. Ad quam pariter *Eccleſiaſt.* cap. 4. inuitat, dicens: *Vſque ad mortem certa pro iuſtitia*, quam ſcilicet, fides Catholica docet, atque inculcat, quando diſceſſione à malo propoſita, veri, ſummiq; boni proſecutionem ob oculos ponit. Eò enim, cap. vlt. primæ ſuæ epiſtolæ alluſit B. Ioannes, *hanc eſſe victoriam* dicens, quæ legitimum, bonumq; certamen inſequitur, *fidem noſtram, per dilectionem* ſcilicet, *operantem*, Gal. 5. Qui enim de Chriſti diuinitate fidem firmam habet, facile mundum, bene certando, duplici manu contra nos pugnantem, vincit: dextra videlicet, proſperitatis, per proſpera, nos alliciendo; & ſiniſtra aduerſitatis, nos per aduerſa terrendo. Qui namque rectè credit Chriſtum eſſe Dei filium; eidem difficile non eſt, mundi tam proſpera, quàm aduerſa ſuperare: Si enim Chriſtus eſt filius Dei, ergò ſummè bonus; Ergò in ipſo non fuit defectus veri boni, nec præſentia veri mali.

Mundus qualiter contra nos pugnet.

Cum ergò temporalis proſperitas in ipſo defuerit, & aduerſitas affuerit, reſtat, quod temporalis proſperitas vt non eſt verè bona, ita etiam non appetenda, nec aduerſitas eſt verè mala, & ita non timenda: Hinc Auguſtinus: *Omnia bona terrena contempſit homo Chriſtus, vt contĕnenda monſtraret, & omnia mala terrena ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat, vt nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in iſtis timeretur infœlicitas.* Vnde ad Hebr. 11. *Fide grandis effectus Moyſes*, dicitur *negaſſe ſe filium eſſe filiæ Pharaonis.* Dicitur autem id *bonum certamen*, quod pro bonis, rectis, honeſtisq; rebus eſt ſuſceptum; vt ſi pro fide, pro iuſtitia, pro religione quis decertet, & dimicet, ſicut Eccleſiaſtici, cap. 4. ſcriptũ eſt: *Pro iuſtitia agonizare, pro anima tua, & vſque ad mortem*

Bonum certamen quodnam dicatur.

Digitized by Google

tem certa pro iuſtitia. Requiritur etiam vt illud certamen, ſolicitè & legitimè aliquis ingrediatur, quemadmodum 2. Timoth. 2. declaratur: *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.* Et 1. Corinth. 9. *Sic pugno, non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meũ,* &c. Ad hoc denique neceſſarium eſt, vt *qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtineat,* 1. Corinth. 9. Tum enim brauium, ad quod obtinendum curſus inſtitutus eſt, obtinetur, quando aliquis ab omnibus impedimentis, in ſtadio currens, ſe liberat atque ſe abdicat. Tale certamen certabat Paulus. Ad Philip. cap. 3. *Quæ retro ſunt, obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens ſeipſum, ad deſtinatum perſequens, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.* Et 2. Timoth. 4. dicens: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Et vt exprimeret, pro qua re, vel certaſſet, vel pugnaſſet; adiecit: *De reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex.* Et hoc loco: *Apprehende vitam æternam,* nempe præmium, coronam & brauium, omnibus legitimè, riteq; certantibus propoſitum & promiſſum.

Paulus bonus miles Chriſti.

Ex quibus fit euidens, illis prius multa certamina eſſe ineunda, crucis etiam mortificationes plurimas eſſe ſubeundas, qui beatitudinis & quietis locum volunt ingredi, cum terra, nihil aliud, quàm ſtadium ſit, in quo currimus & campus, in quo certamus: In cœlo autem curſus, ac certaminis præmia dantur: Alius enim belli locus eſt, alius triumphi. In terra, Chriſtiani certant, & continuum gerunt bellum; in cœlo triumphant. Hinc Chryſoſtomus, homil. 12. in epiſtol. ad Philip. *Surſum*

Terra, ſtadiũ, campuſq; certaminis.

Digitized by Google

ſum poſita eſt palma. Vide, quantum ſit ſpatium percurrendum; vide, quanta ſit ſublimitas, quò peruolandum eſt alis ſpiritus. Cum corpore eundum eſt illò. Item: Infra, *Deus voluit te certare; ſupra verò coronabit. Non videtis hic, quomodo, quos maximè honorant, ſiue athletas, ſiue aurigas, non in ſtadio infra coronant, ſed ad ſuperiora vocatos, rex illic coronat? ita & hic, in cœlo accipies palmam.*

In qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſsionem, coram multis teſtibus. XVIII.

Refricat Apoſtolus votum, ſiue profeſſionẽ, ſeu cautionem, quam, tum in Baptiſmo, tum in ſui conſecratione epiſcopali fecerat Timotheus; quando in militiæ Chriſtianæ ducem, & dynaſtam primarium fuerat electus. Tum enim ſacramento ſe coram arbitris & teſtibus obſtrinxerat, quod Chriſti fidem non modò conſtanter, & perpetuò eſſet profeſſurus, ſed & tanquam athleta, eandem vſque ad mortẽ propugnaturus, & defenſurus. Licet enim ad vitam æternam omnes homines ſint vocati; ij tamen præcipuè iudicantur ad eandem electi, quibus Dei reuelatione per manuum impoſitionem, Eccleſiæ cura, & gubernatio ſingulariter committitur: Quo pacto Ioann. 19. ſuis Apoſtolis dicebat Dominus: *Ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.* Ideò enim Apoſtoli primùm ad Chriſti fidem & diſciplinam, dein-

Profeſſio fidei in baptiſmo facta, &c.

Quinam ad vitam æternam præcipuè vocati.

cauſam Dei patris, tanquam oculati teſtis nomen interponit, ſub quo hæc audit; vt ante oculos ſemper, illud habens, animo commoueatur. *Et* quia Timotheum ad certamen ſubeundum prouocauerat, quo vitam æternam apprehenderet, aptè Deum patrem vitæ authorem nuncupat, qui præmij loco, certantibus vitam impertitur. Mandatum porro ſuũ commẽdans, iuſtum, rectum & irreprehenſibile ab aliis, illud vocat, vt attentè, ſapienter, non temerè, neque ſtultè illud attendat: quo pacto Ioſue cap. 1. præcipit populo, *vt volumen legis non recedat ab eius ore, ſed* inquit, *meditaberis in eo, die ac nocte:* Quaſi diceret, Dei mandata ita meditanda, & cogitanda aſſiduè, vt ex ipſa quaſi cogitatione mentis efferueſcente redundent, & ebulliant in ore verba. In quem ſenſum, vult ſapientia haberi ſuas leges, atque præcepta pro torque: *Liga ea,* inquit Prouerb. 6. *in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo*, videlicet vt verba, quæ in gutture formantur, fiant ad præſcriptum ſapientiæ, & illius regulâ, ac menſurâ circumſcribantur.

Deus pater, auctor vitæ nuncupatur.

Dei mandata quàm ſint diligenter ſeruanda.

Quia verò conſtantem, firmamque Euangelicæ doctrinæ profeſſionem ab eodem Timotheo exegerat, eiuſdem in Chriſto paradigma quoddam proponit, ad cuius imitationem eundem prouocat. Sicut enim Chriſtus in paſſione ſua, ſecundum humanam naturam, rebus, ac factis veram declarauit eſſe ſuam profeſſionem & bonam, quam antea verbis erat profeſſus; ita eandem fidei veritatem, vt Timotheus Domini exemplo publicè profiteri non vereatur, eundem cohortatur; ita vt, quod verbis in baptiſmo, & conſecratione profeſſus eſt, opere exequens, ipſo facto; imo etiam ſi neceſſe ſit, ipſa mente

Chriſti domini in profitẽda veritate conſtantia.

Digitized by Google

Chriſti coram Pilato & Caypha, confeſſio.

teſtetur. Notum autem eſt interroganti Cayphæ,& Pilato tanquam iudici ſciſcitanti,an Dei filius eſſet, leq; regem fateretur & agnoſceret, imperterritum ex obedientia Dominum quis tandem eſſet,mundo manifeſtaſſe, ſe nempe & Dei benedictum eſſe filiũ, & ad hoc in mundo regem eſſe natum, vt teſtimonium perhiberet veritati, nempe ad manifeſtandum hominibus Dei regnum, æternamq́ue fœlicitatem, & detegendum Diaboli fraudes, tyrannidem, inuidiam, malitiam, &c. Et vt ante omnia homines cognoſcerent verum Deum,& quem miſit IESVM Chriſtum, vt omnes, qui ex veritate eſſent, eius audita voce cuperent, ac ſtuderent recte agere, ſecundum iuſtitiam operari, & honeſte viuere.

XX. *Vt ſerues mandatum ſine macula irreprehẽſibile, vſque in aduentum Domini noſtri* IESV *Chriſti.*

Secundus Chriſti aduentus, uq; à iuſtis hominibus expectatiſſimus.

Sicut vetus lex omnia ad Chriſti incarnationem referebat,ita noua ad ſecundum Chriſti aduentum, aliquid grauius præcipiendo, reſpicit; cuius aduentus mentio frequens admodum eſt paſſim in epiſtolis & concionibus Apoſtolorum, eò quod præcipua ſanctorum ſpes, & conſolatio in ipſa Chriſti ſecunda apparitione exiſtat, quam quotidie in precatione Dominica exoptamus. Quemadmodum enim à mundi initio dies ille Domini, quo humanam carnem induit, omnibus optatiſſimus ſemper fuit, quod in eo myſterio liberationis ſuæ ſpem poſitam haberent; ita deinceps, poſt filij Dei mortem, &

aſcen-

Digitized by Google

aſcenſum in cœlum, alterum diem Domini vehementiſſimo ſtudio deſideramus, *expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei.*

Duos enim aduentus filij Dei eſſe, faciunt ſacræ literæ teſtatum; *alterum*, cùm ſalutis noſtræ cauſa carnem aſſumpſit, & homo in virginis aluo effectus eſt: *alteram*, cùm in conſummatione ſæculi ad iudicandos omnes homines veniet. Hunc aduentum ſacræ literæ *diem Domini* frequenter appellant, de quo 1. Theſſalon. cap. 5. Apoſtolus ait: *Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet.* Et Saluator ipſe Marc. 13. *De die autem, & hora illa nemo ſcit.* Iuſtis verò hominibus, cuiuſmodi erant Apoſtoli, hunc aduentum in maximo eſſe deſiderio, fit inde liquidum, quod ad eum retulerint, in eoque terminarint omnem Euangelij prædicationem. *Duo aduentus Christi Domini.*

Nam & S. Domini Præcurſor, & Dominus ipſe ab huius aduentus declaratione prædicationis ſuæ initium ſumpſerunt, cùm regnum cælorum, fide ſimulque bonis operibus iam appropinquare clamarunt, quod probis, piiſq; hominibus extremo iudicij die, eſt præparatum; ſicut & hoc loco declarat Apoſtolus, Timotheum ſerio admonens, vt *vſque ad Domini aduentum fidem prædicet & confiteatur, vt apprehendere poſſit vitam æternam.* Ad eundem modum, hortabatur Saluator ſuos diſcipulos, vt Dei regnum ante omnia quærerent, quod in die ſui aduentus exhibiturus erat, cum dicet, Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum, quod vobis præparatum eſt à conſtitutione mundi: Eſuriui enim, & cibaſtis me; Sitiui & dediſtis mihi potum*, &c. *Christi & Præcurſoris eius prædicationis initium vnde ſumptum.*

Quibus verbis, iuſti proborum hominũ operibus,

Digitized by Google

Regnum cælorum bonis operibus comparari.

regnum illud contingere ſignificat, ideo admonendo omnes, vt quærerent regnum Dei, adiecit; *vt iuſtitiam eius*, etiam quærerent, *& cætera*, inquit, *adiicientur vobis.* Cœleſtium namque munerum copia, cætera etiam bona complectitur, quæ ad ſpiritualem, & corpoream vitam tuendam ſunt neceſſaria; quemadmodum eiuſdem regni petitione, & quotidiana exoptatione, comprehenſa eſſe omnia, quibuſcumque in hac peregrinatione, vel exilio potius indigemus, declarauit Dominus, in illa ſecunda Dominicæ precationis formula, quâ Dei regnum nobis aduenire petimus.

XXI. *Quem ſuis temporibus oſtendet, beatus & ſolus potens, rex regum, & Dominus dominantium.*

Secundi aduentus Christi reuelatio à Deo facienda.

Pronomen (*quem*) non Chriſtum, ſed eiuſdẽ aduentum refert, quemadmodum ex Græcis colligitur, qui nomen *aduentus* verterunt *apparitionem*, quam ſuis temporibus, ſibi ſcilicet ſoli cognitis, oſtendet, & reuelabit Deus pater, *qui hæc tempora, & momenta poſuit in ſua poteſtate*, Act. 1. ad cuius potentiam, prouidentiã, & ſcientiam ea propriè ſpectant, non ad creatarum cauſarum arbitrium, voluntatem, & efficacitatem: O-

Secundo Christi aduentus creaturis abſconditus.

mnium enim, ait Aug. lib. 18. de Ciu. Dei, cap. 13. *de hac re*, id eſt, de his temporibus *aduentus Chriſti, calculantiũ digitos reſoluit, & quieſcere facit ille, qui* Act. 1. *dicit; Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Qui ex eo etiam, quod hoc loco*, χρόνους καὶ καιρούς. *Lucas ponit, hoc eſt, tempora, ſpatia, quæ voluminibus tranſeunt, & opportunitates, & non diem, vel horam infert, indefinitum, non incertum modo, ac non adeo breuem videri mundi durationis terminum.*

Colli-

Digitized by Google

Colligit hinc idem argumentum Cyprianus 3. teſt. cap. 89. de iudicij improuiſo tempore, quia *non eſt*, vt Sapiens admonet, *neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videri oculis noſtris, in pluribus operibus Dei eſſe curioſum, in ſuperuacuis rebus ſcrutari, cùm plurima ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt nobis: ſed quæ præcepit nobis Deus, hæc cogitanda ſunt ſemper*, Eccleſiaſt. 3. & 23. *De temporibus & momentis fratres*, inquit Apoſtolus 1. Theſſalon. 5. *non indigemus, vt ſcribamus vobis, quippe qui ſemper ſpiritualibus munimentis*, inquit Ambroſius, lib. 5. de fide, cap. 8. *eſſe debeat armatus, vt virtus Chriſti in vnoquoque prætendat.*

Huc etiam pertinere poteſt, quod Socrates, ſapientiæ apud profanos ſimulacrum, hanc (vt poſt Xenophontem lib. de dictis & factis Socratis, tradit, apud Lorinum, in cap. 1. Act. Euſebius, lib. 14. de Præparat. cap. 4.) pronuntiauit ſententiam; cognitionem futurarum rerum, quæ in poteſtate Dei ſunt, non eſſe hominibus procurandam; Neque enim poſſe homines, eas res cognoſcere, nec Deo gratũ eſſe, ſi quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis ſtudioſè, curioſeq; rimari. *Qualis noſtrum*, inquit Auguſtinus epiſt. 80. *docere audeat, vel ſe ſcire præſumat, quod Deus ille magiſter, nec eos diſcipulos docuit, à quibus præſentib. interrogatus eſt præſens; nec illi tunc ſancti, magniq; doctores Eccleſiam docere potuerunt.* Sicut ergo, *cùm venit plenitudo temporis*, Gal. cap. 4. *miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant redimeret*; ita, *cum venerit tempus præfinitum à patre, reuelabitur Domini aduentus, in quo reddetur vnicuiq;, prout geſſit in corpore, ſiue bonum, ſiue malũ.* Et licet iam id non appareat, & procul adhuc ſit, tandem tamen apparebit, nec fallet. Si diutiùs opinione,

Socratis ſententia de non ſcrutãdo ſublimia.

Secundũ Chriſti aduentum certò affuturũ.

nione, ac deſiderio tuo differatur, vult innuere Timotheo hoc loco Apoſtolus, ne deficiat credendo, aut ſperando, ſed expectare patienter iubet: haud dubiè enim eueniet, quod promiſſum eſt, Ioel cap. 2. *Qui autem incredulus fuerit, non erit recta anima eius in ſemetipſo*, hoc eſt, non erit iuſtus in conſpectu meo: *Iuſtus enim ex fide*, ſiue in fide ſua *viuit*; Id eſt; ſuſtentabit ſe certa fiducia, & ſpe futuræ liberationis. Hæc enim Ioelis de primo Meſſiæ aduentu, ad ſecundum eiuſdem aduentum referri poſſe putamus.

Dei optimi maximi periphraſis.

Deum porrò, aduentus Chriſti actorem primum deſcribit Apoſtolus, ex ſumma nobiliſſimæ actionis perfectione, eundem vocando *beatum*, cui Græci, articulum (*illum*) præponunt: quia beatitudo, iuxta S. Thomam, in hunc locum, eſt operatio perfecta, quæ eſt ſupremæ virtutis operatiuæ optimè diſpoſitæ: Et hæc eſt beatitudo noſtra. Dei autem beatitudo eſt, qua cognoſcit ſe. Si enim ſe non cognoſceret, Deus non eſſet. Hinc B. Gregorius: *Deus, dum ſeipſo perfruitur, perfectè glorioſus eſt.* Et conuenienter de actore huius aduentus dicit, quod *beatus* eſt: quia ad hoc futurus eſt aduentus Chriſti, vt nos deducat ad beatitudinem. Deum etiam *potentem* hic vocat, ſed *ſolum*, quaſi omnibus principatibus ſuperiorem, & vt alterius naturæ poteſtatem excludat; non tamen Chriſto derogat, qui cum patre eiuſdem eſt eſſentiæ. Idem eſt autem *ſolus potens*, &c. atq; dynaſta omnium dynaſtarum ſummus & ſupremus; quaſi ſecundum Græcos, plurimum pollens, atque potens. Quod veriſimile eſt, ait Sasbout, eſſe additum à Paulo, propter ſcholā Simonis, qui áliquos per ſe potentes, per ſe immortales eſſe docebant: Nam licet inter creaturas, quædam

Deus beatus.

Deus ſolus potens.

poten-

potentes & inter angelos quidam poteſtates dicãtur, id tamen per participationem contingit, à potentiæ diuinæ fonte deriuatam, quæ eſſentialiter, & per ſe *potens eſt, magnaq; faciens, & ſanctum nomen eius*, Luc. 1.

Rex regum, & Dominus Dominantium. XXII.

Subauditur vox *ſolus*; qua geminata deſignatur Dei potentia; vna gubernans, ſiue moderans omnia cum dicitur *Rex regum*, quaſi à regimine dicta; altera creandi vis immenſa, cũ dicitur, *Dominus Dominantium*, ſicut Pſal. 99. ſcriptum eſt: *Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus*. Sunt autem hæc duo nomina poteſtatis; & hoc quidem loco, ſummæ, ſupremæque; quæ poteſtas, vnius, ſoliusq; Dei eſt propria, omnibus aliis poteſtatibus ſupereminens, ſicut Apocal. cap. 19. declarat B. Ioan. *Et habebat in veſtimento, & femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus Dominantium*. More vſuque receptam fuiſſe apud Palæſtinos, notauit Ioannes de Pineda in cap. 1. Iob. conſuetudinem; qua non ſolum reges, ſed quendam *regem regum* aliorum, id eſt, ſupremum inter alios illius regionis reges, vtpote ſapientiſſimum, & ſanctiſſimum eligebant, ad quem ex aliorum tribunalibus, prouocatio & appellatio eſſet, tanquam ad ſupremum, iuſtiſſimum, & incorruptiſſimum; qui etiam aliorum priuatorum regum cauſas, litesq; componeret. Non enim ſine cauſa factum eſt credendum, vt ex illis, aliquis communi nomine appellaretur *Melchiſedech*, id eſt, rex iuſtitiæ, vt interpretatur Paulus cap. 7. epiſt. ad Hebr. aut *Adoniſedech*, id eſt, Dominus iuſtitiæ; quæ nominis appellatio, videtur ad dignitatem pertinere, quam veriſimile eſt, reges Hieruſalem

Dei potentia duplex.

Mos Palæſtinorum, Regem regum eligere ſoliturum.

Melchiſedech & Adoniſedech, nomina Regum.

lem habuiſſe; quemadmodũ ex ca. 1. Iſaiæ colligitur, cum hanc *ciuitatem iuſtitiæ* appellat; quod nomẽ, cum propter peccata amiſiſſet, aliquando futurum prædicit, vt illi illud reſtituatur. *Quomodo*, inquit, *facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Deinde: *Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitus: Poſt hoc vocaberis ciuitas iuſti.* Inde eſt, quod Dauid vim, & iniuriam ab hoſtibus paſſus, ſupremum regem appellat, Pſal. 4. dicens: *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ;* Deum videlicet, tanquam ſupremum iudicem iuſtitiæ ſuæ. Iuſtitiam enim Dei, ſuam appellat Dauid, quod iudicis, ſicut Dei æquitas, in miſerorum, oppreſſorum defenſionem incumbere debeat. *Reges regum* etiam apud Ethnicos fuiſſe quoſdam appellatos, author eſt Plutarchus, in Laconicis, vbi rex magnus, dupliciq; diademate vſus legitur apud Perſas Artabanus. Et in Pompeio tradit idem Plutarchus, noluiſſe Pompeium, regem Parthorum appellare *Regem regum.* Eodem modo Iob, cap. 1. dicitur *vir, rexq́; magnus inter omnes Orientales fuiſſe*; quæ magnitudo non ad opes ſolum, ſed ad dignitatis & honoris gradum, pietatisq́; & ſapientiæ promulgatam apud omnes de illo exiſtimationem referenda eſſe dicunt Interpretes; quibus nõ ſolum ſuo regno: Sed & iis externis regnorum indigenis ius dicebat, qui, aut iniuriam paſſi fuiſſent, aut ius ſuum nõ aſſecuti, ſed & hæc tamen *Regis regum* poteſtas limitata erat, ab alia Dei videlicet, poteſtate dependens: Quæ cauſa eſt, quod Deus, Pſal. 94. dicatur à Pſalmographo: *Magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes deos*, hoc eſt, præ omnib⁹, q dij nominãtur, vel exiſtimãtur in cœlo, aut in terra;

Ieruſalem Ciuitas iuſtitiæ.

Reges regum apud Ethnicos quoque fuiſſe.

Iob rex magnus.

Deus quo pacto Rex ſit regum.

cum

cùm ipſe ſit *rex regum, & dominus dominantium*, qui dominatur ſuper omnes habentes poteſtatem, vel imperium in terris; cum tamen ipſi nemo, tanquam ſuperior poſſit dominari: Imò omnes, qui dij nominantur, huic ſunt, vt primo & ſoli vero Deo ſubiecti, quomodo ſerui erga Dominum ſuum, cum *in manu eius, ſint omnes fines terræ, & altitudines montium* longe lateq; *conſpiciat*. Quibus verbis, (vt notat Titelmannus, verſ. 3. Pſal. 94.) regnum, atque Dominium Domini noſtri in duobus commendat, & vt magnum eleuat Propheta: *Primum* quidem in hoc, quod latiſſimè expanditur, quoniam videlicet non in vnâ terræ parte, non in Europâ ſolâ, neque tantum in Aſiâ, neque in Aphricâ tantùm, quemadmodum, qui inter homines dominantur, nemo prorſus inuenitur ex illis, qui vniuerſale habeat totius terræ dominium: ſed vel vnius tantùm plagæ in terrâ, vel minimæ alicuius particulæ, quæ comparatione facta ad totius terræ magnitudinem, non niſi punctulum venit æſtimanda: Dominus autem Deus noſter, in omnibus finibus terræ imperium tenet, imò & altiſſima montium loca hominibus inacceſſa, quin & incognita poſſidet.

Dei regnum, ſiue dominium commendatū à duobus.

Latitudo dominij diuini.

Secundo commendat Dominium Dei noſtri in perfectione imperij, & perfectâ ſubiectione, cum dicuntur *omnes fines terræ eſſe in manu eius*. Pſal. 94. Quod enim *in manu* quis habet, pleniſſimè illud ſuæ habet voluntati ſubiectum, vt poſſit agere de eo, quicquid libuerit: quemadmodum etiã vulgo dicere ſolemus, illud nos habere in manu, quod in plenâ eſt noſtrâ poteſtate, vt agere de eo poſſimus pro noſtro placito. Non ſic enim alij, qui dominantur ſuper terram,

Perfectio dominij diuini.

In manu aliquid habere, quid ſit.

Digitized by Google

in manu habent terras, quarũ ſunt domini; neq; eos omnino in manu habent, quibus dominantur, neque agere ſemp̄ poſſunt quodcumq; voluerint, niſi & ipſi velint aliquando pati, quodcumq; ſubditis placuerit.

Deus quomodo Regum Rex præ alijs omnibus dicatur.

Verus igitur *rex regum* eſt Deus noſter, cuius imperium in totum terrarum orbem ſic protenditur, omnesque cœlorum orbes complectitur; reguli ſunt omnes terræ reges, ſi cum magno hoc rege conferantur: *Regum* enim regna anguſtiſſimis, vt dictum eſt, terminis continentur; huius ſummi regis imperium ampliſſimum, quicquid conditum eſt, ſuo coercet imperio. Illi paucis mortalibus imperant: *Rex* hic omnib. tum mortalibus, tum immortalibus, tum viuentibus, tum vita functis iura dat: *Regnũ* enim *ipſius omnibus dominabitur &c.* ait Pſalmographus, Pſal. 102. Illi breui temporis ſpatio imperant: hic rex, in totam imperat æternitatem: *Regnũ tuum* (ait Dauid Pſ. 144.) *regnum omnium ſæculorum: & dominatio tua, in generatione, & generationem &c.* Illi terrenos habent thronos; *huius thronus cœlum eſt.* Pſal. 102. *Dominus in cœlo parauit ſedem,* id eſt, thronum ſuum. Iſai. 66. *Cœlum ſedes mea,* (ait Rex ipſe maximus) *terra autem ſcabellũ pedum meorum, &c.* Expendat intellectus, ſi poteſt, quantus ille ſit *rex,* & *rex* quidem *regum,* cuis thronus celſiſſimum cœlum eſt, quiq; pro ſcabello pedum totũ terrarum orbem, omniaq; terreſtrium regum habet imperia.

XXIII.

Qui ſolus habet immortalitatem.

Solus Deus, natura bonus.

Deum ſolum, eſſe naturâ bonum, & vt principium, & fontem bonorum, docet Oecumenius, in c. 18. Lucæ; hominem verò virtutis aſſumptione. (adde per gratiã) Atq; hoc ſenſu, inquit idem Oecumenius alibi dicitur

dicitur etiam à Chriſto *bonus homo*, Matth. 12. & *ſeruus bonus*; Potuit etiam dicere & de alijs rebus multis, quæ vocantur etiam *bona* in ſcriptura. Eodem modo ſolũ Deum habere immortalitatem, dicit hoc loco Apoſtolus, cùm tamen conſtet, & angelos, & animos noſtros eſſe immortales, etiã naturaliter, hoc eſt, ex internis principijs, non ita tamen, quin à ſuo creatore poſſint in nihilũ redigi, vt proinde, quod perſiſtunt, & non annihilentur, Dei quędam liberalitas, gratiaq; cenſeatur, quemadmodum Plato in Timæo, Diuum loquentem inducit. Similia ſunt, cum Deus dicitur *ſolus ſapiens*, Rom. 16. *ſolus bonus*, Marci 10. quia videlicet ſolus ipſe talis eſt per eſſentiam; cæteri autem, ſiue angeli, ſiue homines per participationem. *Quomodo ſolus Deus immortalis vocetur.*

Immortalitatis porrò excellentiſſimũ genus Deo tribuit Apoſtolus, cùm eam ab eo ſolo duntaxat poſſideri affirmat, quia Deus tam extrinſecus, quàm intrinſecus eſt immutabibis. Qui enim prima rerum omnium eſt cauſa, à nulla alia re dependere poteſt, & multò minus mutari, cũ in omni mutatione aliquid incipiat eſſe, quod nõ erat, ſicut etiam deſinat aliquid eſſe, quod erat. Hinc ad Hebr. cap. 1. Chriſti diuinitatem probaturus Apoſtolus, ex ijs ſcripturarum locis eam tribuit abſolutam immutabilitatẽ vndequaque, tanquã videlicet immutabilitas ſit veri Dei propria. Id autem oſtendit Apoſtolus ex Pſal. 101. vbi aſſerit ad Chriſtum eſſe dicta: *Tu initio Domine terram fundaſti, & opera manuum ſuarum ſunt cæli; ipſi peribunt, tu autẽ permanebis, & omnes, ſicut veſtimentum veteraſcent, &c.* quæ ne angelis quidem vnquam ſunt dicta, vt ibi argumentatur Apoſtolus. *Gradum immortalitatis in Deo excellentiſſimum.*

Vox autem, *immortalis*, actus *moriendi*, negationem ſignificare poteſt, vt idem ſonet, ac, *non moriturus*, quo *Immortalitatis acceptiones.*

Digitized by Google

pacto, primus parens verè potuiſſet dici *immortalis*, quia ſi Dei legi paruiſſet, nunq̃ in morté irruiſſet, prout ex epiſt. D. Pauli c. 5 ad Rom. & ex lib. Sap. c. 2. fit euidés: Significat etiã *immortalitas*, nõ actũ moriendi, ſed impotentiã moriendi, vel potentiã nõ moriendi, ſecundũ quas ſignificationes, de primi hominis immortalitate, ſi in ſtatu innocentiæ permanſiſſet, variè loquuntur Theologi; ſed quæ Deo nequaquam conueniunt, qui ſimpliciter, & omni modo eſt immortalis, cum *apud ipſum non ſit mutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Iacob. 1. Deus enim nullam lucis ac tenebrarũ per ſuas vices, mutationem patitur, cum obumbratio viciſſitudinaria hæc ſit, vt nunc luceat, nunc obſcuretur: Deus autem eſt ſempiterna claritas, cuius vel accidere ſplendori nil poteſt, vel deficere; vt qui tranſcendat omne id, quod eſt in natura creata: Nam licet aliqua creatura ex ſe immutabilis ſit, Dei id dono illi contingit, cùm ea ex ſe conſiderata, mutabilitati neceſſariò ſit obnoxia.

Gradus quidã immortalitatis ſecundum ſubſtantiam, triplex.

Eſſe etiam quoddam immortalitatis genus, obſeruauit Pererius, in diſp. de 4. excellentia ſtatus innocentiæ hominis, lib. 5. in Gen. quo dicitur aliquid immortale ſecundum ſubſtantiam, quia caret materia, quæ eſt ſedes, & radix corruptionis ſubſtantialis, atque mortalitatis. Verùm hoc genus tripartitum eſt, quædam enim res omnino ſegregatæ ſunt ab omni admixtione, & ſocietate materiæ, vt angeli. Aliæ ſunt quidem conſociatæ, & copulatæ cum materia, veruntamen nec ad eſſe productæ ſunt ex eius potentia, nec vt ſint, eius ope & adminiculo indigent; in hoc genere eſt anima rationalis. Nonnullæ præterea res, naturam habere videntur ex materia concretam:

quia

Digitized by Google

quia tamen ea materia longe diuerſa eſt materiæ rerum ſublunarium, in qua inhærens potentia contradictionis ad eſſe, & non eſſe, cauſa eſt corruptionis, propterea immortalitatem, & incorruptionem obtinent: huius generis eſſe orbes cœleſtes, & aſtra, multi arbitrantur. Eſt & aliud immortalitatis genus, continens ea, quæ ipſa quidem per ſe corruptibilia ſunt: attamen quodammodo, & aliqua ex parte vocantur incorruptibilia, quia nunquam tota ſimul corrumpuntur, aut etiam corrumpi poſſunt, ſed paulatim duntaxat, & particulatim, in locum ſcilicet partium decedentium, & pereuntium, alijs ſemper nouis partibus ſuccedentibus, & aggeneratis, ita vt totius rei ſumma, & integritas eadem omni tempore conſtare videatur: atque hac ratione Philoſophi quatuor elementa incorruptibilia ſolent appellare. His autem enumeratis generibus rerum immortalium & incorruptibilium, naturalis eſt ipſa immortalitas, & naturali modo eis conuenit.

Alius quidam immortalitatis gradus, Rerum per ſe corruptibilium.

Et lucem habitat inacceſſibilem. XXIV.

Deum eſſe primam, ſupremamq́; lucem, nemo ambigit: Ea autem nihil eſt aliud, quàm claritas illa ſupercœleſtis, qua beati omnes perfruuntur: vel eſt ipſemet Deus, cuius inenarrabilis decor, pulchritudo, & vis illuminandi, & lætificandi tam hominum, quam angelorum mentes, ſimilitudine, ac nomine lucis exprimitur: vel eſt vita æterna, iuſtis hominibus promiſſa, quæ eò quod habet in ſe clariſſimam Dei cognitionem cum ſumma lætitia, & gaudio coniunctam, lux ritè nominatur; vel eſt claritas, qua cœlum Empyreum omni ex parte mirabiliter collucet, ſimul cum cœlo condita.

Deus, qualiter lux appelletur.

Digitized by Google

Lucem ſecundo modo acceptam dicit eſſe inacceſſibilé Apoſtolus, cò quod Deus ab intellectu creato, nec ſecundum ſe, nec ſecundũ omnem habitudinem ad ſuos effectus cognoſci poſſit: Eſt enim *Deus conſilio magnus, & cogitatu incomprehenſibilis*, ait Hiere. 32. Vnde Iob, cap. 11. *Forſan veſtigia eius comprehendes, & omnipotentem vſque ad perfectum reperies?* Diuinam namque maieſtatem, & amplitudinem, ſub quadam molis, & immenſitatis partium, atq; membrorum ratione conſiderans Iob, dicit magnitudinem diuinam non poſſe eſſe homini perſpectam, imò neq; ſeraphinis; nam velatum habet Deus caput, velatosq́; pedes. Volens dicere Dei caput, quaſi partem ſupremã eſſe illud æternum diuinæ mentis conſilium, in illa diuinarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei altitudine conſiſtens. Iſai. 6. Ro. 9. Deinde vero prouidentiæ legem, & rationem, quibus res externas adminiſtrat, dirigitq́ue in ſuos fines, quibusq́; ad nos Deus deſcendit, cõtingitq́; imo pede res inferiores, quas neq; oculis, neque cogitatione penetrare quiſquam poteſt: Nam, vt Amos, cap. 9. ſcriptum eſt: *Deus ædificat in cælo aſcenſionem ſuam*, id eſt, in cœleſti areâ erigit ſublimem ſuam arcem, atq; adeò ſuprema cœli facies infimum eſt arcis diuinæ fundamentum: *Neque enim cæli cælorum*, 3. Reg. ca. 8 id eſt, ſupremum cœlum, poſſunt *illius maieſtatem capere*. Licet enim in rebus creatis Deus ſit & extra cœlum per ſuæ eſſentiæ immenſitatem, & non ſolum veris corporibus, ſed cuicumque, quod mens imagine ſua fingere poteſt, loco & ſpatio præſens ſit, (*Deus enim*, ait Hilar. lib. 1. de Trinitate, *eſt intra, & extra, ſupereminens, & internus, circumfuſus & infuſus in omnia*) neutiquam tamen comprehendi poteſt.

Deus, à creatura impoſſibilis cognitu.

Deus loco incomprehenſibilis.

Vnde

Vnde ſic Deum latere in ſua ſpecie, dicit Gregorius, vt tamē cognoſcatur in operatione; ſic cognoſci in ſuo opere, vt tamen comprehendi non valeat agnoſcentis æſtimatione; ſic adeſſe, vt videri nequeat; ſic videri non valere, vt tamen eius præſentiam ipſa ſua iudicia teſtentur; ſic ſe nobis intelligendum præbere, vt tamen ipſum nobis radium ſui intellectus obnubilet: & rurſum ſic caligine nos ignorantiæ reprimere, vt tamen menti noſtræ, radijs ſuæ claritatis intermicet. Hinc ex eo, quod Deus nos latet, & quaſi caliginoſa nube circumuolutus noſtrum conſpectum fugit, efficitur omninò, ab eo nos videri, & prouideri. Quid enim exiſtimas eſſe nubem illam, in qua, tanquam in latibulo, eum deliteſcere, ait Iob cap. 22. niſi lucem inacceſſibilem, quam Deus habitat; quem nullus hominum videt, ſed nec videre poteſt? Nam ſicut apud Deum; noſtra *nox, ſicut dies illuminatus;* Pſal. 138. *& ſicut tenebræ non obſcurantur ab illo:* ita apud nos eximia illius claritas, & inacceſſa lux, ſicut nox tenebreſcit, & obſcuratur.

Deus qualiter à nobis cognoſcatur, & qua ratione non cōprehendatur.

Dei prouidentia circa nos.

Lucem ergo *inhabitat* Deus *inacceſſibilem*, quia infinita eſt, quæ à finitæ mentis imbecilli oculo cōſpici non poteſt, cum vt oculus noctuę ad ſolē, ita humanę mentis intuitus ad diuinā lucem caliget; licet rationis, fidei, & diuinæ cognitionis lucem, à lucis huius fonte hauriant mortales. Hæc enim Ioan. cap. 1. *vita hominum*, ſiue vita lucida, & vitam afferens *lux* vocatur, eò quod lucem, & ſimul vitam afferat, quia non ſolum ſplendet infinito ſplendore, ſed ipſa ſpiritualis eſt ſplendor, à quo, quicquid ſplendet, ſplendorem habet; à quo quicquid viuit, vitam haurit. Quid hominibus iucundius vita, & vita beata? quid iucun-

Mentis noſtræ caligo in cognitione Dei.

Digitized by Google

iucundius luce, quæ occaſum neſcit, quæ diem, eumque æternum efficit lætiſſimum? Eccleſ. 11 cap. *Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem:* Si dulce eſt lumen hoc mundi, quantò dulcius erit lumen gloriæ? ſi delectabile eſt videre ſolem creatum, quantò erit delectabilius, ſolem videre increatum, creatiq; ſolis creatorem?

Solis inuiſibilis diuitia explicata à ſimili ſolis noſtri viſibilis.

Solis effecta in ſublunaribus.

Sanè, qui inuiſibilis ſolis diuitias explicare volunt, dicunt, illius vniuerſam poſſeſſioné eſſe lucem, omnemq; vim agendi in ſolo lumine eſſe ſitam. In ſolis enim lumine temporum viciſſitudinem contineri arbitrantur; fructuum prouentus; animalium, atque plantarum vitam; terræ ſpecies & pulchritudinem; aëris varietates, colorum formam, terræ metallà, & lapides pretioſos, maris gemmas & vniones, ſtellarum ſpecies; meteorum generationes mirabiles, cœli (vt Plin. lib. 2. cap. 2. dixit) lætitiam, humani animi ſerenitatem: Denique non modo temporum, ſed terrarum, ſiderumq; etiam ipſorum regimen, ductumq; certiſſimum, & indefatigabilem, quemadmodum Dionyſius, lib. de diuinis nominibus, cap 4. cum de luce ad diuinæ bonitatis theſauros relata diſſerit: *Clara,* inquit, *expreſſaq; diuinitatis imago eſt magnus hic ſol, totus lucens, ac ſemper ſplendidus, omnibus etiam, quæ eius lucem capere poſſunt, collucet, habetq; lumen per omnia diffuſum, ſurſum & deorſum: ac ſi quid eſt, quod eo non participet, id eius luminis tenuitati, aut paruitati non eſt tribuendum, ſed ÿs, quæ quia apta non ſunt, ad capiendum non explicantur. Itaque illius radius immenſa ſplendoris magnitudine penetrat, ad vitam excitat, alit, auget, &c.* Sic ad ſpiritualem ſummi boni lucem reuocat omnia, quæ creaturæ, ſiue rationales, ſiue irrationales participãt, & quaſi

Sol noſter, imago diuinitatis.

& quaſi diuinitatis theſauros omnes in vno lucis nomine contineri docet; quaſi ſola lux poſſeſſio illius ſit, ad illam omnia congregat, colligitq́ue diſperſa. Quare cum videndæ diuinitatis deſiderio inflammatus olim Moyſes petijſſet; *oſtende mihi faciem tuam* Exodi. 33. reſponſum accepit: *Ego oſtendam tibi omne bonum*; id eſt, omnis boni, omniumq́; mearum diuitiarum, atque poſſeſſionis ſpeciem quandam tuis oculis obijciam: Obiecit autẽ Deus corpus quoddam ſplendidiſſimum; neque eam partem obiecit, quæ nimio ſplendore illius oculos perſtringeret, aut vlla moleſtia afficeret; ſed poſteriorem; cuius lumen eſſet ita hominis oculis attemperatum, vt ſimul oculos, atque animum incredibili voluptate compleret, vt habet Ioan. de Pineda in Iob, cap. 36.

Moyſes Dei conſpectu qua ratione perfruitus.

Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. XXV.

Tametſi beatitudinem adepti, Deum quidditatiuè, ſiue quoad eſſentiam (vt loquimur in ſcholis) beneficio luminis gloriæ cognoſcant, inde tamen non ſequitur ab ijs cognoſci Deum ſecundum omnem habitudinem ad illius effecta, ac ſic eundẽ ab ijs comprehendi: quia Dei ſolius eſt, ſe, prout comprehendi poteſt, comprehendere. Hinc à Domino, Ioan. 1. c. dictum eſt; *Deum nemo vidit vnquam.* Item Moyſes, Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet.* Viſus quidem ſæpe dicitur Deus in ſcriptura, ſed in figuris, vt viderunt Prophetæ, in humanitate aſſumpta, vt viderunt Apoſtoli, in eſſentia, vt vident beati, & viderunt angeli. Videtur etiam Deus in ſuis operibus, ſicut in opere; artifex cognoſcitur. Rom. 1. *Inuiſibilia ipſius à*

Deum à beatis non comprehendi.

Qua ratione Deus in ſcriptura paſſim, dicatur Viſus eſſe.

creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Viſus etiam eſt in aliqua ſpecie, & figura corporea, ſiue à ſenſu exteriore, ſiue ab imaginatione. Sic dixit Eſai. cap. 6. *Vidi Dominum ſedentem, &c.* Et Geneſ. cap. 32. Iacob; *Vidit Dominum facie ad faciem.* Non quod Deus in ſeipſo, & ſua natura ſit viſus, ſed in his ſpeciebus, quæ eum repreſentabant. Videmus etiam Deum per fidem, vel aliquod lumen ſpirituale reuelatum, & ſine ſpecie & imagine vlla. *Videmus*, ait Paulus, 1. Corint. 13. *per ſpeciem in ænigmate.* Videtur denique Deus non in imagine aliqua, non in humanitate aſſumpta, ſicut viſus eſt Chriſtus in terris, cum conuerſaretur cum hominibus, Baruch. 3. non in creatura, ſed in ſuamet eſſentia apertè, & clarè, ſicut homo hominem videt: Et hæc intellectu fit, quia Deus ſpiritus eſt. Hæc eſt viſio beatorum, de qua dictum eſt Matth. 18. *Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei.* Et Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* 1. Ioan. 3. *Videbimus eum, ſicuti eſt.*

Beatorum, clara Dei viſio.

Viſus eſt ergo Deus ſæpe; comprehenſiuè tamen nemo vidit, ſed nec videre poteſt, de qua viſione loquitur Dominus, Matth. 11. *Nemo nouit patrem niſi filius, neque filium niſi pater, & cui filius voluerit reuelare.* Atque eam ob cauſam, dicitur à Ioanne cap. 1. Chriſtus eſſe *in ſinu patris*, quod talem coniunctionem, & propinquitatem habeat, vt Dei occulta ſint manifeſta: Quæ enim occultamus, in ſinu reponimus. Hæc propinquitas, & vicinitas non eſt alia, quam eiuſdem naturæ, & ſubſtantiæ identitas: Nemo enim nouit, quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei, qui eſt intra Deum.

Cui honor, & imperium ſempiternum. Amen. XXVI.

Poſteaquam de Dei maieſtate, natura & alijs perfectionibus, quædam commemorauit Apoſtolus, in laudis, & gloriæ ipſius confeſſionem, ad religionem, & latriam pertinentem, cœptam orationem terminat, vt ſimul Deum noſtrum, qualis ſit, declaret, & ipſum declaratum, magna animi demiſſione, veneretur, & colat. Honor autem, ad reuerentiæ exhibitionem ſpectat, quæ de Deo, famam cum laude, & celebri nominis ipſius tam opinione, quàm exiſtimatione frequentem complectitur. Noticia enim, & opinio, quæ eſt inter multos, excellentiæ, & magnitudinis, & virtutis alicuius, dicitur eius gloria, propter quam aliqui eum venerantur, honorant, & reuerentiam à ſe eidem deberi conteſtantur.

Deus ab omnibus honorandus, & timendus.

Honor, quid hic.

Cum ergo Deum, *immortalem, inuiſibilem, potentemq́;* eſſe, paulò ante declaraſſet Apoſtolus, meritò eundem ſummo honore dignū profitetur, rerumq́; vniuerſitatem tanquã ab eius æternæ ſubſtantiæ imperio, nutuq́; pendere pronuntiat, à qua ſcilicet, res omnes ortæ ſunt, & cuius prouidentia, cuncta gubernentur; ſuumq́; ordinem & ſtatum conſeruant. Hinc eſt, q, ex humanis ſenſibus, ducta ſimilitudine, quemadmodum eum, à quo familia propagata eſt, cuiuſq; conſilio, & imperio regitur, *patrem* vocabant; ita hac ratione factum eſt, vt Deum, quem omnium rerum opificem, & rectorem agnoſcebant, *patrem* appellare voluerint, atque eam ob cauſam, honorare. Eodem nomine, ſacræ literæ, etiam vſæ ſunt, cum de Deo loquentes, vniuerſorum creationem, poteſtatem, adadmirabilemque prouidentiam ei tribuendam

Deus, qua ratione Pater dicatur.

iudicarent. Legimus enim Deut. cap. 32. *Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te.* Et Malach. 2. *Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? Si ego pater, vbi eſt honor meus.* Malach. 1.

Cum ergo in illa *luce inacceſſibili*, quam *inhabitat* Deus, maximè reconditum & abſtruſum ſit, nec id humana ratio, aut intelligentia conſequi, aut ſuſpicari poſſit, id patris vocabulo diuina oracula nobis aperire volunt, cui propterea honorem deberi Paulus affirmat. *Patris* enim nomen, in vna diuinitatis eſſentia, non vnam tantum perſonam, ſed perſonarum diſtinctionem credendam cupit, cui patri imperium ſempiternũ tribuit Apoſtolus, quod ſicut illud æternis legibus regit, ita creaturis vniuerſis potentiſſimè imperat; quia, ſicut Apoc. cap. 1. dicitur *Chriſtus fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo, & patri ſuo: Ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum Amen. Dei enim poteſtas, æterna poteſtas eſt, & regnum eius non corrumpetur.* Daniel 7. Ex ipſa namq; creatoris ratione ſicut vnus, ita & ſui operis conſeruator, inſpector, gubernator, & prouiſor, manifeſtè colligitur, quemadmodum cap. 10. expreſſit Hierem. dicens, eundem *feciſſe terram in fortitudine ſua, & præparaſſe orbem in ſapientia ſua.* Vnde mortalium *imperium* creatori conuenit, propter ſapientiæ & ſcientiæ immentitatem, quemadmodũ eo loco contendit Hieremias, alludens ad eas regiones, in quibus olim ſapientiſſimi quiq; duntaxat, in reges aſſumi ſolebant. *Quis*, inquit, *non timebit te, ô rex gentium? Tuum eſt enim decus:* (id eſt, tibi conuenit imperium, vel monarchia) *inter cunctos ſapientes gentium, & in vniuerſis regnis eorũ nullus eſt ſimilis tui.* Concludit

Nomen Patris, perſonale in Deo.

Poteſtas Dei æterna, & latiſſimè fuſa.

Digitized by Google

cludit tandem propheta, falſos Deos, qui nihil crea- runt, nihil proinde gubernant, eſſe exterminandos; *Dÿ, qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ ſub cœlo ſunt.* Inde eſt, quod diuina ſapientia, prouidentia, gubernatio, profitetur patri ſe creatori aſtitiſſe in rerum omniũ productione: *Cum eo,* inquit, Prouerb. 8. *eram cuncta componens.* Quemadmodum enim proceres, procreatos liberos ſolent nutricibus, & nutritijs educandos tradere; ita diuina potentia res creatas, tanquam procreatos liberos, ſuæ ſapientiæ, atque prouidentiæ educandas, inſtituendas, & in certos ſuos fines dirigendas, conducendasq́; commiſit. Sicut autem excellentis artificis maxima lætitia eſt, perfectum à ſe opus, & numeris omnibus abſolutum, ſemel, & iterum circumſpicere, ſibi ipſi de tanta perfectione, & abſolutione congratulari; ita etiam ad creatorem pertinet, opus ſuum ſemper videre atque prouidere. Hinc propheta Dauid, Pſal. 103. *Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat?* Quaſi diceret, in Deo omnem videndi, omnemq́; audiendi facultatem ſupereminere. *Renum enim illius* (maledici) ait Sapiens, Sap. 1. *teſtis eſt Deus, & cordis eius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor; quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non poteſt latere &c. quoniam auris Zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur.* Vbi alludit Sapiens ad vocis, aërisq́; naturam: nam ſicut voces, ſonitusq́; omnes in aëre fiunt, atque vehiculo aëris perferuntur ad audientes, ita ſanè, ſi diuinus ſpiritus omnia ambit, & continet omnia, peruadit, & penetrat, neceſſe omnino eſt, vt quæ voces, & qui clamores intra ambitum, complexumq́;

Dÿ falſi præ vero Deo exterminandi.

Simile. Quomodo Dei ſapientia cunctorũ creationi interfuerit.

Spiritus diuinus aëri comparatus.

diuini ſpiritus formantur, atque in ipſo etiam fiunt (*nam in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*, Act. 17.) ad diuinam cognitionem, diuinumq; auditum, quaſi hoc ſpiritus vehiculo perueniant.

XXVII. *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum.*

Diuitiæ duplicis generis hic inſinuatæ.

Diuitiarum nomine, rerũ vbertas, & abundantia intelligitur. Duplices auté diuitias reperiri, inſinuat Apoſtolus, cum *huius ſæculi diuitib.* vult præcipiendũ, ne ijs efferantur, aut ſuperbia intumeant; Quaſi his alias opes oppoſitas eſſe, videlicet æternas, & æterni ſæculi, quę non veteraſcunt, nec vnq̃ pereunt, inſinuaret, quæ ſpirituales vocantur: Eiuſmodi autem ſunt, virtutes, & bona opera, quemadmodum docet Eſai. c. 33. *Diuitiæ ſalutis, ſapientia & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus eius.* Authoritatis verbo *præcipiendi* declarat Apoſtolus, quæ ſit Epiſcopi in Eccleſia poteſtas, cũ maioribus imperandi facultatem illi tribuit, imò neceſſitaté iniungit. Quando enim egit de ſeruis, ait D. Thomas, in hunc locum, nó poſuit præceptum, quia hoc eſt virtus, q̃ homo vtatur authoritate ad maiores, non ad minores. Et ideò dicit; non dimittas propter diuitias, & propter altum ſtatum eorum, quin præcipias; ne ſublime ſapiant, hoc eſt, ne ſolo diuitiarũ intuitu, ſupra ſe extollantur; quia ſicut paupertatem ſequitur manſuetudo, (ſpiritus enim paupertas, humilitatem & manſuetudiné animo affert) ita ſuperbiam diuitiæ pariunt: Vnde Plutarchus in lib. de induſtria animalium, ſcribit, Bucephalum Alexandri Magni equum, quantiſper nudus erat, conſcendendum ſe etiam equiſoni dediſſe: ornatum verò regijs aulæis,

Diuitiæ cauſa ſuperbiæ.

Bucephali equi aſtutia.

colla-

collaribusq́;, neminem, Alexandro tantum excepto, admiſiſſe. Cęteris namq; periculum facturis, aut alioqui propius accedentibus, ingenti hinnitu occurrere, inſultareq́;: ac niſi cederent, fugaq́; ſibi conſulerent, protercre ſolitus, &c. Similes ſane Bucephalo ſunt homines, ſi diuitijs ornentur, inſoleſcunt, omnib. ſe prçferunt, proterunt, & contemnunt, quemadmodũ Aman exemplo eſſe poteſt, qui, vt in lib. Heſter legitur, Aſueri regis phaleris ornatus, Mardochænm ſe non adorantem, Iſraelitasq́; omnes proterere, vitaq́; priuare conatus eſt. At miſer phaleris ſpoliatus, ad crucẽ cum eſt ductus, quàm abiectus, quàm humilis, quàm mitis omni iam depoſita feritate, inceſſit. Eſt namq; reperire ea ſtoliditate diuites, qui ita opib. ſuis confidunt, vt quamuis peccauerint, putent nullã ad ſe acceſſuram calamitatẽ, ſed in tuto eſſe, & quaſi extra communem aliorum hominũ conditionem; Adeò, vt quemadmodũ Oſeæ cap. 12 ſcriptum eſt, audeant dicere: *Omnes labores mei nõ inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui.* Mirum ſanè eſt, quantum opibus homines intumeſcant, quaſi omnia ſimul cũ opibus adepti fuerint; genus, formam, ſapientiam, virtutes: ita honorem his bonis debitũ, ſibi impudenter arrogant; quaſi vt opes, ita per iniuriã adimi, rapiq́; poſſint virtutes, & diſciplinæ, veraq; animi bona. Hos ſalubriter admonet Dauid Pſ. 61. *Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere; diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere:* Et hoc, quod tanta fælicitatis humanæ ſit inconſtantia, vt hypocriſis quædam dici poſſit: Nam cum homo florens opibus, familia, domeſticis, viribus integris, amicorum ſatellitio, firmitatem quandam, atque ſtabilitatem fortunæ habere videatur, ſed

Diuites Bucephalo equo ſimiles.

Diuitum confidentia in ſuis diuitijs.

Diuitiarum inconſtantiam eſſe hypocriſim.

ſubito

Digitized by Google

ſubito conuelluntur,& euaneſcunt omnia. Propterea cum ſpes hypocritæ, id eſt, diuitum atque potentum,peritura dicatur,id eſt, flores tantum inanes, atque inutiles, fructum verò nullum prolatura, rectè comparabitur non ſolum ſcirpo, de quo Matth. 21. ſed etiam ficulneæ illi, quæ apud Lucam 13. nullo fructu,ſed foliorum tantum ſpecie, atque viriditate ſe commendabat, atque ſemel, & iterum coloni fructum requirentis ſpem fefellerat. Propterea Iacobus ſuæ Canonicæ, cap. 1. ait, nihil eſſe diuiti, de quo *gloriari* poſſit, quam *in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit: exortus eſt enim ſol cum ardore, & areſecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt, ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.* Et ideò huius temporis diuitias incertas vocat Apoſtolus, quod qui eas hodie habet,incertus ſit,an eaſdem cras ſit habiturus. Facilè namq; dilabuntur diuitiæ, (ait Baſilius, ſuper id Pſal. 34. *Diuites eguerunt, &c.*) atque vt maris vndæ, ventorum vi pulſæ,ad alias,atque alias partes diffluere ſolent. Vnde cum ex ſeipſis fallaces ſint, fallereq; ſæpe poſſeſſorem ſoleant, & promiſſam diuturnitatis, & conſtantiæ fidem vix vnquam ſeruent, eas *incertas*, id eſt, inconſtantes & *fallaces* rectè appellauit Apoſtolus.

Diuitum gloriatio vana.

Diuitiarum incertitudo quanta ſit.

Quod animaduertens ſapientiſſimus Iob, ſe nihil ſpei, neque ſuæ vitæ præſidij in diuitijs collocare dicebat; *Si putaui*, inquit, *aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea: Si lætatus ſum ſuper multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea.* Quaſi diceret, *ſe non ſperaſſe in pecunia*, Eccl. 31. *nec in iniquitate, nec rapinas ſe concupiſſe*, Pſal. 61. ſicut filij huius ſæculi, filijs lucis in ſua generatione prudentiores, faciunt, qui ad quiduis auden-

Iob, contemptor pecuniæ, & diuitiarum.

Digitized by Google

audendum & perficiendum eriguntur ſuis facultatibus, & illarum ope, præſidioq́; nihil non ſperant, ſicut ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 40 *Aurum & argentum eſt conſtitutio pedum.* q. d. Non poteſt figi firmus gradus, ſtabileq́; veſtigium, niſi in pecunia; cætera enim videntur eorum opinione fluxa & inſtabilia: Alterius generis præſidio innixus vir iuſtus, magis ſanctitati & religioni, quàm grandi auri ponderi, aut theſaurorũ magnitudini fidebat, non putans aurum robur ſuum, quod inconſtantiæ, mutabilitati, ſtultitiæq́ue eſt obnoxium. Licet enim huius ſæculi diuites, auri ſplendor decipiat, cum in eo ſpes ſuas collocant, & pedem figunt, quia tamen iis mera inconſtantia eſt, & mutabilitas; ideò filij Dei, qui rem probe cognitam habent, nunquam in incerto diuitiarum ſpem ponunt, dicentes cum Sapiente, Sap. 5. *Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Quibus verbis indicatur, huius ſæculi potentes ex ſua fœlicitate elatos, inani ſæpe gaudio efferri, multoq́; magis intumeſcere, atque exultare, quàm ipſa, vel diuitiarum, vel fœlicitatis humanæ menſura exigere, aut efficere poſſe videatur, ſicut Iſai. 16. ſcriptum eſt: *Audiuimus ſuperbiam Moab; ſuperbus eſt valdè; ſuperbia eius & arrogantia eius, pluſquam fortitudo eius.* Cum ergo diuites nullam lætandi iuſtam materiam habeant ex ingentibus ſuis opibus, ſalutare conſiliũ illud ſit, ne intemperanter lætentur, cum potius, etiãſi lætitiæ plenæ eſſent opes, præſtaret tamen, quod 1. Cor. 7. ſcriptum eſt, vt *qui gaudent, tanquam non gaudentes eſſent & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes.*

Spes in diuitiis non ponenda.

XXVIII. *Sed in Deo viuo, (qui præſtat nobis omnia ad fruendum.)*

Spes in Deum collocanda.

Poſteaquam à vana mundanæ fœlicitatis fiducia, veteris Adami filios, per ſuum Timotheum deterreri præcepit Apoſtolus, hoc loco docet, in quo certa petendi auxilij ſpes ſit ponenda, & à quo exitij ſolatium, in huius vitæ neceſſitatibus peti debeat; aitque à Dei viui prouidentia & bonitate; modo interim faciat quilibet, quod in ſe eſt.

Non ſperant in Deum qualis ſit.

Cum ergo de Dei potentia & voluntate nemini dubitandum ſit, vtpote qui neceſſitatum noſtrarum indigentiam habeat peſpectam, (quemadmodum Matth. cap. 6. dicit Dominus: *Scit pater veſter, quia his omnibus indigetis*) qui credit Deum noſtras cognoſcere miſerias, & non ſperat diuinum adiutorium; iam fatetur in inferno ſe eſſe damnatum. Damnatorum enim miſerias, & calamitates nouit Deus, & perpetuò illis ſubuenire recuſat: De viuis hoc cogitare, & quidem in eum credentibus & amantibus, ſumma eſſet blaſphemia, vt notat Stapletonus. Vix enim grauiori ſcelere in Deum peccatur, quàm in horum altero; aut in eius bonitatem, fiduciam abiiciendo; aut de noſtris diuitiis, aut viribus præſumendo; Quam preſumptionem caueri, paulo ante docuit Paulus, totaq; ſcriptura hac cautela pleniſſima eſt. Hinc Dominus, Luc. 12. *Videte*, inquit, *& cauete ab omni auaritia; quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poßidet*: volens oſtendere, omnem in pecunia ſtultam eſſe & impiam confidentiam: Quam ob cauſam, *auaritia* vocatur *idolorum ſeruitus*, Coloſſ. 3. quod in ſuis pecuniis, nō in Deo confidant ſtulti homines, quos

Confidentiam omnem in pecunia ſtultam eſſe.

quos diuitiæ, tum audaces, tum temerarios adeò reddunt atque dementant; vt propterea diues ille, *ſtultus* à Domino fuerit appellatus, Luc. 12. quia ſcilicet nihil eſt, quod mortales ad inſaniam ita adigat atq; diuitiæ, quæ & *alliciunt ad negandum Deum*, Prouerb. 19. dicendumq́; in corde inſipienter; *quis eſt Deus?* Quare, cùm Hebr. 13. cap. dixiſſet Apoſtolus: *Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus;* adiecit: *Ipſe enim dixit; non te deſeram, neque derelinquam:* volens innuere, non in diuitiis, aut in prudentia, aut ſolertia, aut induſtria noſtra; ſed in ſola Dei benedictione, hominum fiduciam eſſe ponendam. Hinc Apoſtolorum princeps, 1. Petr. 5. omnem ſolicitudinem noſtram in Deum vult ita proiectam; quoniam *ipſi*, ait, *eſt cura de nobis:* Confidentiam enim in potentia & brachio humano deteſtatur Deus Amos cap. 6. ſequentibus verbis: *Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Iurauit Dominus Deus in anima ſua: Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domus eius odi.* Et paulo poſt cauſam reddens, ait: *Qui lætamini in nihili, & dicitis: Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?* Vbi robur omne humanum, rem *nihili* vocat propheta; cùm è diuerſo, *beatus vir* ille prædicetur, Eccleſ. 33. cap. *qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit;* (ſolicitè illud quærendo, vel inordinate appetendo) *nec ſperauit in pecuniæ theſauris* (iam acquiſitis, vel relictis) *ſed in Deo viuo. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua;* id eſt, communem hominum errorem correxit, hominumq́ue iudicio mirabilia fecit, quia inuſitata.

Omnis cura in Deum proiicienda.

Deum aũt *viuum* vocat hoc loco Apoſtolus ad differentiam falſorum Deorum, quorum nulla rerum eſt prouidentia, nulla cura, nulla ſolicitudo; & vt oſten-

Deus viuus cur hic vocetur.

Digitized by Google

oſtendat, *Deum* non tantum communis vitæ eſſe authorem; ſed vt etiã conſeruatorem; *qui præſtet nobis omnia abundè ad fruendũ:* Etenim ex opulentiſſimo theſauro opulenta dona præbet. Quot enim frumenti; quot ciborum; quot deliciarum genera miniſtrat? *Non neceſſitatibus tantummodo noſtris prouiſum eſt*, ait Seneca, lib. 4. de Benef. cap. 5. *vſque ad delicias amamur.* Atquæ hoc eſt, quod Paulus hoc loco dicit, *omnia nobis abundè præſtari ad fruendum*, id eſt, non vt abſcondantur, neque ſubtrahantur; ita vt iis nemo frui poſſit: ſed vt proferãtur & erogentur in vſus pauperum, & cum egentibus communicentur, communibuſq; neceſſitatibus ſubſeruiant.

Diuitiis fruendum: & qua ratione.

XXIX. *Bene agere, &c.*

Quia iuſſerat Apoſtolus omnes ſperare in Deum viuum; cuiuſmodi ea ſpes eſſe debeat hoc loco oſtẽdit, nempe vt ſit viua: *In eam* enim *regenerauit nos Deus, ſecundum magnam miſericordiam ſuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis*; (1. Petr. 1.) vt per eam ſperemus, aliquando nos vitam æternam apprehenſuros. Viua autem ſpes eſt illa, quæ præſumptioni repugnãs, ad beatitudinem & ſummum bonum hominis volũtatem impellit iis mediis amplectendum, quæ diuinitus ſunt inſtituta. Eorum autem mediorum ſunt aliqua, quæ Paulus hoc loco enumerat: Quorum primum eſt, *bene agere*; quod vniuerſum bonorum operum genus complectens, ſpirituales diuitias continet: Ideo *beati* prædicantur *immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, Pſal. 118. Vitæ etenim actiones & conſilia, viuendi inſtitutum & conſuetudinem multis actionum & operum greſſibus tritam

Spes viua in Deum habenda, & quanã ea ſit.

Digitized by Google

& calcatam, *vias* hominum vocare conſueuit ſcriptura. Hinc ſæpe Regius vates, *viam mandatorum Dei ſecurrere, ingredi, ſequi, inambumbulare, exquirere* dicit; quod per eiuſmodi *viam*, ad fœlicitatem certum ſit iter: Quod vt facilius, citiuſque emetiamur, monet Eſaias, cap. 1. vt *ablato malo cogitationum noſtrarum ab oculis Domini, quieſcamus agere peruersè, & diſcamus bene facere:* Spei ſiquidem in Deum fortitudo, tanquam anchora in eo conſiſtit, vt homines *de manu inimicorum ſuorum* (peccatorum) *liberati, Deo in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus vitæ ſuæ ſeruiant, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei.* Luc. 2. Tit. 3. Eorum enim in ſacro ſermone vox eſt; *Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram,* Iob 27. Iuſti namque paſſim in ſacro eloquio his verbis deſcribuntur. *Qui confidunt in Domino*; quo illorum pietas & religio ſignificatur, qui omnes ſuas vitæ rationes atque ſpes in Deo collocatas habeant, qui certiſſimam melioris ſtatus commutationem cum omnium bonorum affluentia paſſim promittit. Hęc autem ſpes, ſimul corporis humani eſt robur & firmitas; eſt gloria cultusque ab homine impenſus; nam qui ſic ſperant, dant gloriam Deo. Sic martyres & iuſti viri, fide atque ſpe certiſſima, in rebus ſuis deſperatiſſimis confortati atq; erecti, non ſolum conſtituebant ſe ſperare, etiamſi viderent Dei gladium ceruicibus ſuis impēdentem, ſicut olim Abrahā ſtrinxerat in caput ſui filij; ſed cùm ſe viderent vulneribus iam mortiferis totos confoſſos, & ſanguine ſanieq; manantes. Eo ſanè Iobi fuerat progreſſa pietas ſpesq; proceſſerat, vt etiam occiſus ſe ſperare paratum conteſtaretur.

Spei firmitas in quo ſita.

Firma ſpes in Iob.

Spei firmitudo in martyribus.

Digitized by Google

XXX.

Diuites fieri in bonis operibus.

Vocum diuitia & diues creber vſus in epiſt. Pauli.

Diuitias vocat Paulus, ſecundū phraſim Hebraicam, ingentem rerum copiam & abundantiam; & vocabulis *diuitia* & *diues* delectatus, crebro in ſuis epiſtolis vtitur, eo ad res diuinas & ſpirituales translato. Rom. 2 vocat *diuitias bonitatis & pœnitentia Dei*, Rom. 11. appellat *altitudinem diuitiarum ſapientia & ſcientia Dei*; & alibi *diuitias gloria & ſapientia, & ſcientia Dei.* Ad Epheſ. cap. 2. *Deum* facit *diuitem in miſericordia.* Hanc locutionem etiam aliæ linguæ vſurpant, volentes ingentem copiam, & exuperantiam alicuius rei exaggerare. Vult ergo Paulus, in Deum ſperaturos, bonorum operum diuitiis abundare; ne *in vacuum Dei gratiam recepiſſe*, (2. Corinth. 6.) &, ne *in vanum animam ſuam poßidere*, videantur, Pſal. 14. Quare laudabatur (Act. 9.) Tabitha ab operibus bonis, &c.

Bonorum operum neceſſitas.

Ex quibus vana eorum ſpes eſſe probatur, qui ſummum bonum, æternamq́; fœlicitatem, tanquam operum vitæ ſanctioris, & totius victoriæ mercedem nō apprehendi iudicāt. Aliter ſperabat Dauid Pſal. 30. dicens: *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, in iuſtitia ſua libera me.* Qui namq; ſine iuſtitiæ operibus, hoc eſt, non portato æſtu & pondere diei, ſperant ad veſperam à procuratore vineæ denarium: brauiumq́; ſine curſu in ſtadio & bonorum operum paleſtra expectāt; quàm verendū eſt, ne ſuffuſi in die iudicij, rubore ſuffundātur: quaſi fruſtra ſperaſſent, aut aërē verberaſſent. Toto terrarum orbe mulieris illius factū celebrandū prædicabat Dn̄s, quæ olei precioſi in caput ſuum ipſius effuſione, bonū opus fuiſſet operata: cur igitur eorundem laudi, pretio, valoriq; detrahunt Sectarij; cum hoc loco in iis diuites fieri vehementer deſide-

Sectarij bonorū operum hoſtes.

ſideret Apoſtolus, vt videlicet gratiæ & operum bonorum mẽſuræ beatitudinis copia mercesq́; reſpondeat: Scriptum eſt enim *Gratia Dei vita æterna*, Rom. 6. Non ergo abs re bonorum operum detractoribus obiicerent Catholici, quod Iudæis Dominus exprobrabat, Ioan. 10. *Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod opus eorum, me lapidatis.*

Facile tribuere, communicare, &c. XXXI.

Non modo reus quiſpiã eſt, qui iniuriam facit; ſed etiã, quia benigne non facit; ideò pręcipit Timotheo Paulus, vt ditiores Chriſti cultores admoneat, ne ſuas facultates prohibeant, & claudãt ab indigis, & inopibus: Ea enim ſæpe eſt inexplebilis auaritiæ, & auri fames ac ſitis, multorumq́; adui ctum & veſtitũ nihil ſibi ſufficere; at verò pauperi nihil deficere, æſtimet, aut recordatur; quæ inhumanitas, hominem efficit omnis humanitatis, & miſericordiæ exlegem: *Hic enim in vita ſua proiecit intima ſua*, Eccleſiaſt. cap. 10. Qui autem viſcera proiicit, in quibus eſt miſericordiæ ſedes, legem & humanitatis fidem abnegauit. Hi ſanè nunquam *deriuant fontes ſuos foras*; ſed claudunt viſcera ſua ab egenis; & petentibus mendicis reſpondent, *ſicut æſtus in ſiti*. Prouerb. 5. Eſai. 25. cap. Quid enim ſucci, & humoris ardens æſtus communicabit ſitibundo & laſſo? Nihil ergo opportunius ad hanc parcitatem, & inhumanitatem diuitum emolliendam, quàm ad inexhauſtum illum bonorum omnium fontem, Deum, oculos attollere, atque ex illo addiſcere vt ſit facile tribuendum communicandum, dandum egenis abundè ad fruendum: Præſtitit enim Deus diuitibus,

Pauperibus facile tribuendũ.

Auaritia fames inexplebilis.

Diuitũ in pauperes inhumanitas qua ratione emollienda.

vt non abſtrahant, aut abſcondant ea, quibus homo frui poteſt; ſed vt proferant, & erogent in vſus pauperum, & cum egentibus communicent. Cum ergò ad cõmunicandum, & elargiendum cõceſſę ſint opes, vt ait Paulus, diuitibus valdè dixit oportune Iob, cap. 22. diuites auaros *ſubtrahere panem*, id eſt, prohibere, & vetare; quaſi panis, & victus neceſſarius, atque reliqua humanæ vitæ præſidia ſponte ſua fluant, & decurrant in pauperes ſubleuandos, eo quod in illorum vſum, & commoditates, ad fruendum ſint creata: at verò diuites in iniuſtitia detineant, & per vim, & iniquitatem prohibeant bonorum temporalium curſum, & redundantiam ad pauperes; & ad ſuas tantum vtilitates, & voluptates detorqueãt. Et ideò cum Paulo monet *Eſaias ſperantem in Domino, vt frangat eſurienti panem ſuum: E*ſai. cap. 58. Sicut enim eſuriei, & famis nominibus, extrema indigentia ſignificatur; ita etiam per panem, & aquam, quodcumq; inopiæ leuamen, & laboris, atque laſſitudinis ſolatium, præſertim verò quotidiani victus ſubſidium intelligitur vſu ſacri ſermonis.

Eſurienti panẽ frangere quid ſit.

Aduerbium *facilè*, moroſos, tenaces & tardos largitores admonet, qui etſi nõ ſtatim poſtulata negant vana tamen ſpe pauperes deludunt, eò quod qui citò dat, bis det: *Ne dicas ergo amico tuo* (pauperi) ait Sapiens, Eccleſ. cap. 35. *vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare.* Facilitatem eam dandi commendat Apoſtolus, *quæ non ex triſtitia, aut neceſſitate* ortus ſui principium habet, ſed ex animi promptitudine charitateq; proficiſcitur; adeò, *vt ſe hilarem datorem* hac facilitate, celeritate & propenſione fateatur, qui illud Sapientis præceptum impleat: *Cor inopis ne affli-*

Tenaces et tardi in dãdo largitores.

Pauperibus citò ſubueniendum.

afflixeris, & ne protraxeris datum anguſtianti. In moroſos enim, & tardos largitores, verbis glorioſos, & promiſſa nō complentes, quadrat id, quod Democritus, audiens quendam multa magnificis verbis promittentem, dixiſſe fertur: *Conare,* inquit, *ad exigua largiendum, quàm ad plurima promittendum eſſe procliuiorem.* Certè Iob, quem nobis in patientiæ, & miſericordiæ exemplum ſæpe producit ſcriptura, tantum abeſt, vt oculos viduæ faceret expectare, vt potius ipſe expectaret viduam, cui occurreret, & reipſa, neceſſaria ſuppeditaret, de ea volens bene mereri, ſicut Abraham peregrinis & hoſpitibus vltrò occurrebat, illis vt hoſpitium præberet. Nouerat enim, ſe miſericordiam afflicto, & opem inopi debere, nec quomodocumque, ſed vt debitum reddendam; ſcriptura id atteſtante, Eccleſiaſt. cap. 4. *Non exaſperes pauperem in inopia ſua: cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti.* Et poſt pauca: *Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacificè in manſuetudine.* Proſpexit namque Deus, *qui dat affluenter & non improperat* omnibus, de certis vitæ, & ſuſtentationis mediis: negotiatori de induſtria ſua; agricolæ de labore manuum ſuarum; mechanico de exercitio artis ſuæ; & ſic de omni hominum genere: ſolius pauperis, & afflicti remedium in nulla re peculiari, ſed in omnium loculis collocauit: omnes illi diuites debitores fecit: quod debitum vult ſcriptura pacificè in manſuetudine; non toruo, ſed hilari vultu; non faſtidioſè, ſed in humilitate, *declinando* ſcilicet *aurem ſuam pauperi,* reddi: non ſolum vt accipiat, quod ei debetur, ſed etiam, vt accipiendo non affligatur, differendo non vexe-

Apophtegma Democriti.

Iob ſub veniendo aliis quàm facilis.

Abraha hoſpitalitas.

Deus quomodo omnibus de ſuſtetatione proſpexerit.

Diuites pauperum debitores.

Qualis eſſe debeat, qui alterius miſeretur.

tur, obiurgando non exaſperetur. *Iucundum* enim, affabilem, hilarem, non triſtem, non acerbum, non aſperum eſſe oportet eum, *qui miſeretur*, iuxta illud Apoſtoli Rom. 12. *qui miſeretur in hilaritate.* Et Pſalm. 103. *Vt exhilaret faciem in oleo*, miſericordiæ ſcilicet.

Miſericordia oleo cōparata.

Verè enim miſericordia eſt oleum; quia ſicut oleum cæteris liquoribus ſupernatat; ſic miſericordia, vt propinquior charitatis filia, cæteris virtutib. antecellit: Reliquæ enim virtutes tibi ipſi vtiles ſunt, vt humilitas, temperantia, caſtitas, &c. miſericordia & tibi, & proximo vtilitatem affert: Rurſum, ſicut oleum coloribus ſplendorem reddit, nec lucet, aut ſplendet pictura, quibuſcumq; coloribus ornata, niſi oleo delibuta; ſic abſq; miſericordia, cęteræ virtutes aridæ, & obſcuræ ſunt; per opera vero miſericordiæ illuſtrantur & ſplendent, iuxta illud Eſaiæ cap. 58. *Frange eſurienti panem tuum, egenos & vagos introduc in domum tuam*, &c. *Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum.*

Opes aliis facile communicanda.

Verbo *communicandi* vult innuere Apoſtolus, noſtras opes eſſe debere quaſi communes, quibus fratrum communibus neceſſitatibus communicemus, quaſi non eſſent illę dicendę opes, quę nullam opem, ope indigenti afferunt. Hinc *vnuſquiſque*, ait Paulus 2. Corinth. 9. *prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia*, &c. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus, & ſemper, omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit*, (cōmunicauit) *dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſaculum ſaculi*, Pſalm. 111. Verbi græci εὐκοινωνικοὺς εἶναι radix, vult opes eſſe communicabiles atque homines communicando, debere eſſe huma-

Digitized by Google

manos, beneuolos, faciles ſocietatis æqualitatisque amantes, eò quod illæ verè dici non poſſint opes, quæ opem indigentibus, nullam opem adferunt. Vnde Auguſtinus, ſerm. de verbis Domini: *Diuites*, inquit, *communicent*, id eſt, pares ſuos, mortales agnoſcant. Per *communicantes*, ait Theophylactus, ſocietatis amantes & humanos intellige: quibus cæteri deſpicatui non habentur.

Theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum. XXXII.

Verbum *theſaurizandi*, per partes colligere, & cumulare primùm ſignificat; tùm in aliquem abditum locum, & tutum reponere ac recondere; nec tamen quaslibet res, ſed pretioſas; atque in eum finem, vt in tempore largiter expromantur. *E*ſt autem hoc verbum indifferens; quod tam in bonam, quàm in malam partem ſacer ſermo vſurpat. In malam ſumitur, Rom. 2. *Theſaurizas tibi irã in die iræ*: hic, & alibi ſæpe ſumitur in bonam: Vult enim hoc verbo Apoſtolus, Chriſtianos cumulare in dies, & coaceruare meritorum ex bonis operibus theſauros, qui futuri cœleſtis ædificij firmum ac ſtabile ſint fundamentum, quod nobis in cœlo præparatur & æterna tabernacula, quæ ſuos fundatores in neceſſitate recipiant, quia tota præparatio gloriæ futuræ, eſt per merita, quæ acquirimus per gratiam, quę eſt principium merendi, ait D. Thomas.

Theſaurizare quid ſit.

Bonorum operum theſauros eſſe cöacervandos.

Effuſis ergo, quos in hac vita congeſſimus, theſauris, in die iudicij, ſtructuræ ſpiritualis tabernaculum ingrediemur, gaudio Domini noſtri fruituri, & manducaturi panem illũ in regno Dei, qui æternum

Digitized by Google

cor hominis confirmet. Qui igitur Eleemoſynam præbet, reliquaq; bona opera præſtat, in cœlo theſaurizat, ſtabileque cœleſtis gloriæ fundamentum præparat: Propterea Matth. cap. 6. monet Dominus: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra; vbi ærugo & tinea demolitur; & vbi fures effodiunt & furantur: Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo*, &c. Virtutum namque & bonorum operum diuitiæ, nec furum inſidiis, nec æruginis demolitoni, nec edacitati tinearum ſunt expoſitæ. Nam qui in Deum diues eſt, hoc eſt, qui in res diuinas, in opera pia ac ſancta, in eleemoſynas conferunt diuitias, nullis hominum mundanorum iniuriis, nullis temporũ inſidiis ſunt obnxij; quia *vbi eſt theſaurus tuus*, ait Dominus, *ibi eſt & cor tuum*: Vbi enim theſaurus eſt collocatus, ibi & cor eſt; nam homo de theſauro ſuo cogitans, in eo amorem mentemq; defigit: Si in terra eſt theſaurus, in terra ſepelitur cor: ſi in cœlo eſt theſaurus, in cœlo cor verſatur; iuxta illud Philip. 3. cap. *Conuerſatio noſtra eſt in cœlis*. Igitur ſi theſaurum in cœlo colloces, cor in cœlo habebis. Eam ob cauſam, *beatum* eum *virum* pronuntiat Sapiens, Eccleſiaſt. 31. *qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Abit poſt aurum*, & ſeruus fit eius, qui pauperi potenti, quã poteſt, nõ elargitur: *Sperat in pecuniæ theſauris*, qui metu futuræ inopiæ, abſtinet ab eleemoſyna; confidens non in domino, ſed in arca. Sed beatus qui neutrum facit, quia per eleemoſynam beatitudinem cõſequetur. *Theſaurizemus ergo bonum fundamentum*, in cœlo, non in ſolo, non in præſenti, ſed in futuro inueniendum: *Quis enim*, (ait Theophylactus) *non ſurſum eſſe mallet, quàm deorſum ſub terra?* Quis non diligeret

Virtutum diuitiæ ſtabiles, nec furibus expoſitæ.

Quid ſit abire poſt aurum.

Quid ſit ſperare in pecuniæ theſauris.

geret potius eſſe Angelus, quàm talpa, ſemper in ſubterraneis latebris agens? D. Auguſtinus in ſermone quodam ſuper illis verbis Pſal. 49. *Deus manifeſtè veniet, & non ſilebit*; copioſè luculenterq; diſſerit de duplici hominum theſauro apud Deum; quorum alterum comparant boni, alterum mali. *Quicquid*, inquit, *in hac vita facit homo, in theſaurum mittit: in theſaurum cœleſtem boni, quod colligunt, ſciunt: mali, quid colligant, neſciunt. Bonus ponit in theſauro cœleſti omnia opera miſericordiæ, quæ fecit, quibus ſubuenit; & ſcit, quia fidelis eſt cuſtos, qui illi ſeruat omnia, quæ reponit. Et ipſe quidem theſaurum illum non videt, de ſuo tamen theſauro ſecurus eſt, quia neque aliquid à fure ſurripitur, neque ab hoſte inuaditur, neque à potenti, quaſi deuicto tollitur, ſed manet ſemper intactus, quoniam à Deo Domino potentiſsimo cuſtoditur. Si enim homines fideli ſeruo pecunias commendant, & ſecuri ſunt: tu miſericordias tuas commendans omnipotenti Deo ſolicitus eris? Mali etiam mittunt in theſaurum omnia mala, quæ faciunt; & ſeruat illis ea Deus, depromenda in tempore ſuo, in eorum vindictam. Hoc eſt enim, quod dixit Apoſtolus,* Rom. cap. 2. *Theſaurizas tibi iram in die iræ iuſti iudicij Dei; ſed mali neſciunt, quod omnia mala eorum opera ſeruet Deus: Sed vbi venerit Deus noſter manifeſtè, tunc non ſilebit, ſed conuocabit ad ſe omnes gentes, & quoſdam ponet ad dextram ſuam, & alios ad ſiniſtram: & incipiet aperire, & expromere theſauros bonorum & malorum, vt quod quiſque poſuit, tunc inueniat. Tunc dicturi ſunt homines, (ſera tamen pœnitentia) ô ſi poſſemus iterum viuere, & quod, dum viuebamus, contempſimus, audire, vel nunc denuò facere poſſemus?* Matth. 25. *Sed iſtorum pœnitentia tunc cruciabilis erit, non ſanabilis. Vis habere vtilem pœnitentiam?*

Duplex hominum theſaurus apud Deum, alter bonorum, alter malorũ.

Theſauri hominum, ſiue opera reuelanda in die iudicij.

Sera pœnitentia poſt hanc vitam.

Digitized by Google

tiam? modo eam habe: ſi enim modo habueris, corrigêris: cum autem correctus fueris, fundetur ille theſaurus tuus, vbi collecta erant, & repoſita mala opera tua: & implebitur alius theſaurus tuus, vbi omnia opera tua bona colligantur. Sed forte conuerſus ad Deum, morieris, & nulla opera tua bona inuenies in illo theſauro; Imò verò inuenies opera tua, quia ſcriptum eſt, Luc. cap. 2. *Pax hominibus bonæ voluntatis. Deus non adnotat facultatem, ſed coronat voluntatem, ſcit quia voluiſti, & non potuiſti. Sic te adnotat, quaſi feceris quod voluiſti. Ergò quàm primum conuertere ad Dominum, ne differendo conuerſionem ſubitò moriaris, & nihil omninò inueniatur boni, quod in præſenti habeas, & in futuro poſſideas.* Hactenus ex S. Auguſtino.

XXXIII.

Ut apprehendant veram vitam.

Bona opera fundamentum eſſe futuræ beatitudinis.

Quod Matthæi cap. 6. dixit Dominus: *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo* per eleemoſynā videlicet, & bona opera: ait hoc loco Paulus; *Theſaurizare bonum fundamentum in futurum*; quaſi bonorū operum actio, quam *fundamentum* Paulus nominauit, *veram*, id eſt, æternam conciliare *vitam* poſſit. Propter hanc vitam (ſcilicet æternam) recōdendum eſt bonum fundamentum. *Quomodo autem hoc eſſe poterit?* ait Occumenius; *ſi in hac vita bonis operibus incumbendo, reponamus nobis huius vitæ fundamentum? Bonorum namque operum actio, quam & fundamentum nominauit Paulus, illius fruitionem conciliare poteſt.* Hæc Occumenius.

Lutherani ad beatitudinē nō perueniunt, & cur.

Ex quibus fit perſpicuum, Lutheranis in cœlo nullum futurum domicilium, qui in terra nullum bonorum operum iecêre fundamentum. Licet enim, *aliud fundamentum poni non poſſit, præter id, quod poſitum eſt,*

eſt, *ſuperædificanda tamen ſunt aurum, argentum, lapides pretioſi*, ex quibus, beatis immenſa palatia in cœlo extruantur & ſuperſtruantur. Obſeruandum tamen eſt, bono fundamento ſuperſtructum domicilium vocari *vitam*, & hanc quidem *veram*, vt ſcilicet à præſenti falſa diſtinguatur, quæ adiunctam habet (quæ non omnibus apparet) perpetuam quandam mortem, id eſt, ſui perpetuam quandam diminutionem abſq; noua reparatione. Vnde appoſite D. Greg. *Quid aliud eſt quotidianæ noſtræ corruptionis defectus quàm quædam prolixitas mortis? Præſens namque vita, non tam vita, quàm mors dicenda eſt, cum ad mortẽ iugis ſit curſus*; quod verbis his ſapienter docet Auguſtinus, de verbis Domini, ſerm. 39. *Ipſum diu viuere, quid aliud eſt, quàm ad finem currere? Habuiſti heſternum diem, habere vis & craſtinum diem; Sed cum dies iſte tranſierit, & craſtinus, minus illum habes. Ideò optas vt luſceſcat dies, vt appropinquet tibi, quò non vis peruenire. Optat tibi amicus multos annos, vis nempe, vt veniant anni, & non vis vt veniat finis annorum. Studia tua ſunt contraria. Ambulare vis, & peruenire non vis. Ipſi dies non ſunt, & quomodo tu cum illis vis ſtare?* Morimur ergò viuendo, vt bene moriendo, viuamus verè. Sed & in ſcripturis, idem ſanctus Doctor, hanc vitam, *mortem* potius, quam *vitam* vocari, animaduertit: Nam ſuper illa Chriſti verba Ioan. cap. 5. *Et in iudicium non veniant, ſed tranſeant de morte ad vitam*, dicit tract. 22. in Ioan. *In hac vita, quæ nondum eſt vita, hinc tranſimus de morte ad vitam.* Quod mox ex aliis Chriſti verbis, probat: Si enim vita eſſet iſta, non diceret Dominus cuidam, Matthæi decimonono. *Si vis venire ad vitam, ſerua mandata.* Non enim ait illi: *Si vis venire ad vitam æternam*; non

Beatitudo cur dicatur vera vita.

Vita huius caduca breuitas & multiplex miſeria.

Hanc vitam, mortem eſſe potius, quàm vitam.

non addit *æternam*, ſed tantum dixit, *vitam*. Nec *vita* nominanda eſt; quæ non eſt *vera vita*. Quæ eſt *vera vita*, niſi quæ eſt æterna vita? Quod & ſtatim ex huius loci verbis oſtendit: *Theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant*, &c. Profectò iſta, in qua erant, falſa vita eſt. Nam vt quid velis apprehendere veram, ſi iam tenes veram? Si autem apprehenda eſt vera, migrandum eſt à falſa. Et ne quis exiſtimet, vitam hanc præſentem ideò tantum in ſcripturis, & à S. Auguſtino negari eſſe veram vitam, quia mala eſt & peccatis fœda, miſeriiſque obnoxia; ſed vt intelligamus, ideò propterea non eſſe veram vitam ſed falſam, adeoq; mortem potius quandam quàm veri nominis vitam hanc, quam præſentem vitam vocamus, quia momentanea eſt, fluxa, & perpetuus ad mortem curſus; vnde & ideò æternæ opponitur, vt ex alia S. Auguſtini diſputatione oſtendit Stapletonus, in ſuo Promptuario morali.

Vita hæc cur mors dicta ſit.

Sic enim ſcribit S. Doctor, lib. 3. de Ciuitat. Dei, cap. 10. *Ex quo quiſque in iſto corpore morituro eſſe cœperit, nunquam in eo non agitur, vt mors veniat: quoniam quicquid temporis viuitur, de ſpatio viuendi demitur, vt omnino nihil ſit aliud tempus vitæ huius, quam curſus ad mortem, in quo nemo vel paululum ſtare, vel aliquanto tardius ire permittitur, ſed omnes vrgentur pari motu, nec diuerſo impelluntur acceſſu. Neque enim cui vita breuior fuit, celerius vitam duxit, quam ille, qui longior; ſed cum æqualiter æqualia momenta raperētur ambobus, alter habuit propius, alter remotius, quò non impari velocitate vterque currebat. Aliud eſt autē amplius vitæ peregiſſe, aliud tardius ambulaſſe. Qui ergò vſque ad mortem productiora ſpatia tempo-*

Rapidus vitæ huius curſus, graphicè ab Auguſtino depictus.

temporis agit, non lentius pergit, ſed plus itineris conficit. Porro, ſi ex illo quiſq; incipit mori, hoc eſt, eſſe in morte, ex quo in illo agi cœperit ipſa mors, id eſt, vitæ detractio, quia cum detrahendo finita fuerit, poſt mortem iam erit, non in morte, profectò ex quo eſſe incipit in hoc corpore, in morte eſt. Hæc ille, manifeſtè probans, vitam hanc præſentem, mortem quandam eſſe & vitam. *In vita enim,* inquit idem Doctor paulo poſt, *homo eſt in qua viuit, donec tota detrahatur: in morte autem, quia iam moritur, cui vita detrahitur. Si enim non eſt in vita, quid eſt, quod detrahitur? Si non eſt in morte, quid eſt ipſa vita detractio?*

O Timothee depoſitum cuſtodi. XXXIV.

Nomine proprio Timotheum compellauit, vt attentionem maiorem ad ea omnia, quæ eidem prædixerat, pararet. Summam porrò prædictorum, *depoſiti* nomine concluſit, quo Euangelij ſiue diſpenſationem, ſiue doctrinam initio traditam, intelligit. *Depoſitum*, interpretatur Theophylactus præcepta de fide, ac vita animæ, ipſi traditis; & ſimiliter de *cuſtodia Dei* apud Zachariam, cap. 3. *cuſtodita.* Eidem aſtipulantur Rupertus, Liranus, Gloſſa. Verbum *cuſtodiendi* ſignificat ſeruare & obſeruare, tanquam *depoſitum*, vel rem periculo, iacturæq; expoſitam, & veluti rem veneratione dignam: Vtrumq; fidei doctrinæ, optimis vitæ Chriſtianæ præceptis & diuinis legibus, iudicijsq; conuenit; & idcircò omni cuſtodia hoc *depoſitum* eſt cuſtodiendum. Reprehendit Actor. ca. 7. D. Stephanus Iudæorum proceres; quod *legem in diſpoſitione angelorum acceptam non cuſtodiſſent.* Ne ergò Timotheus Epiſcopus, in Euangelij doctrina cuſto-

Depoſiti nomine quid hic notetur.

Cuſtodire, quid hic.

Digitized by Google

dienda, fuiſſe negligens reperiatur, eundem præmonet ac hortatur, ne etiam eius minimam partem tolli, aut labefactari, aut infringi, aut im̃utari, &c. patiatur. Quemadmodum enim regis & ſæcularis principis eſt, ſubditorum paci, concordiæ ac tranquillitati publicæ ſingulari ſtudio, ſalua tamen legum ſanctiſſimarum integritate, incumbere, ad hoc vt iuſtitia (quę inter arma ſæpe labefactatur) ſancta & incolumis remaneat: Ita ſpiritualis & Eccleſiaſtici antiſtitis, & paſtoris ſiue magiſtratus eſt, fidei veritatem & religionis œconomiam putam puramq́ue tueri, & defendere, diſciplinam Eccleſiaſticam ac ſpiritualem ſeruare ſanam & ab omni errore immunem. Rectè ſiquidem à Malachia cap. 2. dictum eſt; *Labia ſacerdotis cuſtodire debere ſcientiam; & legem requirent*, ait, *ex ore eius*. Non dixit: proferent, ſed *cuſtodient*, vt *loquantur, dent q́; conſeruis cibum in tempore ſuo*.

Os ſacerdotis, quaſi arca doctrina ſalutaris.

Quaſi os ſacerdotale, arca quædam ſit ſalutaris doctrinæ, vnde omnes neceſſaria ad ſalutem depromant. Nam non aliunde, ſed & ore ſacerdotis, quæ legis diuinæ ſunt, petenda docet eſſe tam veteris, quàm noui teſtamenti ſcriptura, Leuit. cap. 10. *Dixit Dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini; quia præceptum eſt ſempiternum in generationes veſtras; & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum, doceatisq́ue filios Iſaël omnia legitima mea, quæ locutus eſt ad eos Dominus, per Moyſen.* Eadem præcepta ferè in ſuo genere reperientur capite tertio huius, & primo eius, quæ eſt ad Titum.

Malachia loc9 expoſitus.

Hinc Bernardus, lib. 2. de conſider. in fine: *Legem*

requi-

Digitized by Google

requirent, non nugas, non fabulas. Idem in lib. de diſpenſatione & præcepto docet hic in lege non intelligi, quod ſcriptura apertè tradit vel recta ratio, in quibus nec præceptor expectandus eſt, nec prohibitor auſcultandus: ſed quæ dubia ſunt, vtrum Deus ſic fieri velit, an aliter. Cyrillus, nomine *legis*, ait contineri omnium ad bene viuendum, neceſſariorum cognitionem. D. Hieronymus hæc verba Malachiæ interpretans (quod ad noſtrum inſtitutum facit) conſultò ſacerdotem vertit *Angelum*, non nuntium, vt oſtenderet (ait Ribera, in capite tertio Malach.) angelum dici, non ſolum quia voluntatis Dei nuntius & interpres, ſed etiam quoniam angelorum ſanctitatem & puritatem imitari debet: Sicut cum capite tertio dicit de Ioanne Baptiſta: *Ecce ego mitto angelum meum. Angelus Domini* dicitur, iuxta Cyrillum, quia refert & tradit hominibus oracula Dei, nihil addens, aut ſubtrahens; ſed ſicut à Deo acccepit: Nam angeli non referunt hominibus, niſi quæ à Deo acceperunt: imò & fideles nuntij hoc faciunt, vt non ſolum idem dicant quod acceperunt, ſed verbis etiam eiſdem, vt ſæpe apud Homerum fit; quod & Virgilius interdum imitatur. Atque hoc eſt illud *depoſitum*, quod hoc loco, ſanum, ſaluum, & incolume vult in Timotheo ab Epiſcopis ſeruari, cum ſubdit:

Sacerdos, Angelus Domini.

Angelus Domini vnde dicatur.

Deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. XXXV.

Hunc locum, etſi Caietanus, ad gregis Dominici *depoſitum* reuocet; ad ſibi tamen commiſſam fidei doctri-

Caietani gloſſa reiicitur.

doctrinam, eundem pertinere, Pauli feſtè conuincit, & maximè id, quod dicitur, *deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ:* Vtraque enim harum, traditioni Apoſtolicæ eſt aduerſa, & *vocum profana nouitas, & falſi nominis ſcientia.*

Nouitates vitandæ.

Eccleſiaſtica namq; traditio, vetuſtate commendatur, quemadmodum doctè annotauit Canus lib. 3. cap. 1. de locis Theolog. *Et ſi quid audieris*, inquit, *in Eccleſia noui, tum verò id ſcias, vt antiquitati, ita quoque fidei Apoſtolicæ eſſe contrarium.* Falſæ enim doctrinæ & hæreſibus hoc eſt proprium, vt poſterius exiſtant, vt antiquitate cadant, vt nouitate laborent: contra verò, Catholicæ & Orthodoxæ doctrinæ hoc conſentaneũ ſemper fuit, vt prius exiſtat, vt antiqua ſit, vt poſt ſeminatum ſemẽ Dominicum, id eſt, poſt propagatum Euangelium, nunquam amplius ſit noua; quemadmodum, Matth. 13. apertè docet Dominus, cùm *regnũ cælorum*, hoc eſt, militantis Eccleſiæ ſtatum, *homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo*; id eſt, ab initio docenti per Apoſtolos, eorumq; coætaneos bonam & ſanam doctrinam in cordibus fidelium ſuorũ, comparauit. Cum autẽ negligentius gregis curam agerent Paſtores, *Diabolus ſuperſeminauit Zizania in medio tritici*, id eſt, falſas & impias doctrinas veræ immiſcuit, vt omnes Hæretici faciunt, qui Chriſtum penitus non negant, ſed Chriſtianæ doctrinæ ſuas hæreſes commiſcent. Neque enim ſimul & eodem tempore bonum ſemen & Zizania in agro Dominico ſunt ſeminata, ſed bono ſemine prius ſeminato, infælix ſuperſeminatum fuiſſe lolium certum eſt. Iactis namque ſanæ doctrinæ fundamentis, hæreſeôn errores, verbi diuini corruptelam, & peruerſa perditorum hominum

Nouitas doctrinæ, hæreſim arguit.

 placita

placita ſunt ſuperædificata. Inde eſt quod hæc conſiderantes SS. Patres ſemper docuerint antiquitatem veræ; nouitatem & poſteritatem, falſæ doctrinæ notam eſſe certiſſimam. Sic Auguſtinus, de ſymbolo ad Catech. lib. 1. cap. 5. *Hæreſes omnes*, ait, *de Eccleſia exierunt, tanquam ſacramenta inutilia de vite pretioſa. Ipſa autem manet in radice ſua.* Et epiſt. 4. *Videtis*, inquit, *multos præciſos à radice Chriſtianæ ſocietatis: quæ quidem ſocietas certa per orbem propagatione diffunditur: Hos autem præciſos de ſola figura originis ſub Chriſtiano nomine quaſi areſcentia ſacramenta gloriari, quas hæreſes & ſchiſmata nominamus.* Hæc ille; Eccleſiam radici, quæ ſuis ſacramentis, & natura, & tempore prior eſt, hæreſes verò ſacramentis præciſis ſcitè admodum comparans. *Antiquitas, veræ doctrinæ nota certiſſima.* *Vetus & noua doctrina radici & ſarmentis comparatur.*

Cum autem legis, *voces* eſſe *diuitandas*, nō tantum tibi veniat vocum ſonus in mentem, ſed cum ſono etiam vocum ſignificatus: Dogmata enim ſententiasq; nouitias, non verborum ſonitus inanes aut nouos duntaxat, in fidei morumq; diſciplinâ vitare iubet Apoſtolus: Tametſi non omnem prorſus vocum nouitatem, ſed profanam damnet; quemadmodū tract. 97. in Ioan. egregiè oſtendit Auguſtinus: *Non ait Apoſtolus*, (inquit ille) *Deuitans verborum nouitates; ſed addit prophanas: ſunt enim & doctrinæ religionis congruentes verborum nouitates.* Moxq; exempla adfert de vocabulis & nominibus Chriſtianorum, Xenodochiorū, monaſteriorum, & ipſius denique homouſion. *Sed profanæ*, inquit, *ſunt verborum nouitates, vbi dicit mulier inſipiens & audax: Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulciores.* Tales autem ſunt hæreticorum prophanæ voces, non ſolum extra ſcripturam, ſed etiam extra omnem Eccleſiaſticam traditionem & authorita- *Quid per voces intelligendum.* *Non omnes nouæ voces vitanda, ſeu prophana.*

tem priuato iudicio prolatæ. Nam Eccleſiaſticas voces, etiam extra ſcripturas, SS. Patres ſtudioſiſſimè receperunt, maximè Baſilius, qui in lib. de vera ac pia fide, ait, *verbis ſe aduerſus hæreticos vti ſæpenumero, quæ licet in SS. Scriptura nuſquam reperirentur, à pio tamen & ſanctis literis conſentaneo ſenſu neutiquam abhorrent.* Extra ſcripturā ergò, quod adfertur priuato ſenſu & iudicio, vel in cauſa ſeu quæſtione nondum ab Eccleſia in fidem recepta, ideoq; profanum, id merito *eadem facilitate contemnitur, qua adducitur*, id *verbo Dei percutitur*, id *ex humana præſumptione proficiſcitur*, id deniq; *ex fide non eſt.* Sed quæ Eccleſia ab Apoſtolorum vſque temporibus firma & certa traditione accepit, vel contra hæreſes in cauſa fidei maturo iudicio definiuit, vel pro loco & tempore in moribus definiēdum cenſuit, etiamſi nullo ſcripturarum aut euidenti aut probabili teſtimonio confirmetur, ſolidum tamen firmum & indubitatum cuiuis fideli & vero Eccleſiæ filio eſſe debet. Nec opus hac conditiòne, modo ſcripturis conſentanea, vel non aduerſantia doceat Eccleſia; quia prorſus infallibile eſt Eccleſiæ iudicium, quod falli aut fallere non poteſt; vt ſupra cap. 3, text. 29. diximus: & quia etiam noſtrum non eſt, hoc eſt, nullius priuati hominis, ac neque omnium pariter priuatorum multitudinis, de Eccleſiæ iudicio & ſententia iudicare, conſentiatne ſcripturarum doctrina, annon.

Hæreticorum noua voces, & falſa dogmata.

In Eccleſia, nihil nouum.

Quid per ſcientiam falſi nominis ſignificetur,

Scientiam porrò *falſi nominis*, vel Sophiſticen & Cabaliſticam artem intellige. Nam ſanæ doctrinæ, vel Apoſtolicis traditionibus, occultæ illæ Cabaliſtarum traditiones non aliter opponuntur, ac fabuloſa veris, ſacris ſuperſtitioſa; Tametſi aduerſus

Gno-

Digitized by Google

Gnoſticos eſſe Paulo ſermonem, author ſit Theophylactus, dicens Apoſtolum falſam illorum ſcientiam traducere, quam tamen illi rudi plebi, maximo pretio vendebant.

Ex quibus fit perſpicuum, non niſi de verbi diuini, & doctrinæ fidei *depoſito* hoc Pauli præceptum eſſe intelligendum, quo docemur, nihil eſſe tam contra tradita ab Apoſtolis antiqua dogmata, quàm opiniones in Eccleſia tum nouæ, tum profanæ; Vetera enim, eademq; ſacra myſteria, fides Apoſtolica probat; aſpernaturq; contraria, nihilq; tam eſt ſecundum Apoſtolos, quàm non recedere ab his, quæ olim accepimus. Acceperunt autem ab Apoſtolis Eccleſiæ Prælati *depoſitum*, quo ſe & alios in gratia Dei, & in bonis operibus multiplicatos, in viam ſalutis æternæ dirigant. Qui enim talentum ſibi creditum abſcondit, & *in ſudario repoſitum, in terram defodit*, punitur, Matth. 24. Ideo Petro Ioan. cap. vlt. commendabat ipſe Chriſtus *depoſitum* dicens: *Paſce oues meas: paſce agnos meos.* Atque id ipſum eſt *depoſitum*, de quo cap. vlt. epiſt. ad Hebræos, dicit Apoſtolus: *Ipſi* (præpoſiti) *peruigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris.* Et 2. ad Timoth. cap. 1. *Formam habe ſanorum verborum, quæ à me audiſti in fide & in dilectione, in Chriſto Ieſu; Bonum depoſitum cuſtodi, per Spiritum ſanctum, qui habitat in nobis.* Quo *depoſito*, à Timotheo duo exigit; primo eruditionem in fide, quantum ad cognitionem; deinde virtutem per dilectionem.

Nouitates, doctrinæ Apoſtolicæ aduerſæ.

Per depoſitum, quid à Timotheo Paulus petat.

Hoc ſanè, quod diximus, elegãtiſſimè explanauit Vincentius Lyrinenſis, in illo trito libello, quẽ aduerſus prophanas hæreſcôn nouitates inſcripſit, quẽadmodũ à diuerſis eſt animaduerſũ: *Quid eſt* (ait) *depoſitũ*

id

Quid depoſitũ ſit, pulcher Vincentij Lyrinenſis diſcurſus.

id eſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum; quod accepiſti, nō quod excogitaſti: rem non ingenij, ſed doctrinæ; non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis: rem à te productam, non à te prolatam; in qua non author debes eſſe, ſed cuſtos: non inſtitutor, ſed ſectator; non ducens, ſed ſequens. Depoſitum, inquit, cuſtodi, fidei Catholicæ talentum inuiolatum, illibatumq́ conſerua. Quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepiſti, aurum redde: nolo mihi pro alijs alia ſubijcias; nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas, nolo auri ſpeciem, ſed naturam planè. Cuſtodi propter inimicos, propter fures. Cuſtodi etiam diligenter, ſedulo, fideliter reddas. Deuitans profanas vocum nouitates; id eſt, ſententiarum, dogmatum, rerum quæ ſunt vetuſtati contrariæ; nulla quippe hæreſis, niſi ſub certo nomine, certo loco, certo tempore emerſit. Nec quiſquam hæreſin inſtituit, niſi qui ſe prius ab Eccleſiæ Catholicæ, & antiquitatis conſenſione diſcreuerit. Hoc ergò apud omnes hæreſes legitimum fuit atque ſolenne, vt profanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant: Contra verò, Catholicorum hoc proprium, depoſita ſanctorum patrum, & commiſſa ſeruare, damnareq́ profanas nouitates. Ita enim in Concilio Epheſino omnium patrum vna fuit vox, vt quod erat antiquitùs traditum, teneretur, quod adinuentum nuper, exploderetur. Hactenus Vincentius.

Vocum nouitates vt vitanda.

Contra noſtri temporis ſectarios.

Quæ cum ita ſint, non immeritò contra impios Lutheranos & Caluiniſtas iiſdem verbis exclamabimus, quibus ſui temporis Sectarios Apollinariſtas alloquebatur & compellabat Gregorius Nazianzenus epiſt. 2. ad Cledonium: *O rem miram! Abſconditam poſt Chriſtum ſapientiam nobis nuntiant. Res lacrymis digna. Si enim 30.* (80) *his annis fides originem habuit, cũ 400.* (1500) *fere*

fere anni ab eo tempore fluxerint, quo Chriſtus palam conſpectus eſt; inane tanto tempore fuit Euangelium, inanis etiam fides noſtra. Et martyres quidem fruſtra martyrium ſubierunt, fruſtra etiam tales tantiq́; Antiſtites populo præfuerunt. Id etiam iiſdem obiicere poſſumus, quod vetuſtiſſimus ſcriptor Epiſcopus & martyr Irenæus, ſuis Valentinianis & Marcioniſtis obiicit, lib. 4. cap. 4. *Non fuit apud eos congregatio, neque doctrina aliqua inſtituta. Ante Valentinum* (Lutherum) *enim non erant, qui ſunt à Valentino:* (Luthero) *neq; ante Marcionem,* (Caluinum) *qui ſunt à Marcione* (Caluino) Et Paulo poſt: *Omnes hi poſteri, mediantibus iam Eccleſiæ temporibus ſurrexerunt in ſuam apoſtaſiam,* &c. *Contra noſtri temporis Sectarios.*

Quam quidam promittentes, circa fidem errauerunt. XXXVI.

Huius Apoſtolici teſtimonij tanta vis aduerſus hæreticos olim fuit, vt Clemens Alexandrinus 2. Strom. lib. ſcribat Hæreticos, quoniam eo teſtimonio euincebantur, epiſtolas Pauli ad Timotheum exploſiſſe, Neque ad eorum imitatiōem hoc tempore, deſunt Hæretici, à quibus ij S. Scripturæ libri, ex ſacro propheticæ, Apoſtolicæq́; ſcripturæ canone eraduntur, quos ſuis erroribus minimè patrocinari aduerterint. Id ſolenne, Sectariorum huius temporis Patriarchæ Luthero fuit, qui S. Iacobi epiſtolam vocauit *ſtramineam*, eo quod opera ad ſalutem neceſſaria probaret, quæ ille impugnabat. Et libros Machabæorum, q̀ pro defunctis, ſuffragia aſſererent, Apocalypſim, epiſtolam ad Hebræos, &c. ex quibus videbat firmam impiæ ſuæ doctrinæ dogmata, ab Eccleſiæ Catholicæ *Huius loci vis contra Hæreticos.* *Lutherus quorundam Sacræ & Canonicæ ſcripturæ librorū abrogator.*

Hæreticorum ſcientia, apparens & vana.

ſcriptoribus repugnantia, decerpi. Hæreticis enim innatum eſt, vt non veri nominis ſcientiam, ſed apparentem promittant, cum interim verorum duntaxat, non veri tantum nominis ſit ſcientia, adeò, vt ſicut impoſſibile eſt, vero verum eſſe contrarium; ita illud quod veritati diuinæ repugnat, quæ eſt ſumma veritas, eſſe verum. Ideò tam diligenter ſuos Coloſſenſes, cap. 2. monebat Apoſtolus, *vt attenderent, ne quis ſe deciperet per philoſophiam* (Dei prouidentiam negantem) *& inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum,* (Epicureorum videlicet, & Simonis Magi ſcholam) *ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.* Pollicentur ampla, & magnifica more ſuo, imo Diaboli, (cuius eſt vox *hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me*, Matth. 4.) & parturientium montium inſtar ſunt, ex quibus *naſcetur ridiculus mus.* Ideò ſapienter etiam hortatur dilectus Chriſti diſcipulus, 1. Ioan. 4. *ne credamus omni ſpiritui, ſed probemus ſpiritus an ſint ex Deo:* Cuius ſingularis moniti cauſam reddens, *quoniam*, inquit, *multi pſeudo prophetæ exierunt in mundum.* Difficile eſt etenim hæreticos ſemper diſcernere, quia dum veram Euangelij doctrinam omnes, licet fraudulenter, promittunt, non eundem omnes obſeruant modum, ſed ſuus cuiq; mos eſt, mille eorum ſpecies, & rerum diſcolor vſus. Quidam enim eorum occultantur, vt ſanctiores appareant, vt facilius mentes ignorantium decipere poſſint: Quidam ait Alphonſus à Caſtro, hoc publicè & adeò licentius faciunt, quanto magis ſibi perſuadent, ſuum ſe poſſe errorem facilius tueri. Quidam, vt facilius ſuum alijs errorem perſuadeant, curant ſanctiores apparere, & multa mirabilia operari, vt quantò meliores

Hæreticorum magnifica pollicitationes.

Hæreticorum fraudulentia, & fallendi via innumerabiles.

exiſti-

Digitized by Google

exiſtimantur, tantò facilius illis credatur. Quidam vice verſa, aliorum exiſtimationem contemnentes, nec de ea vllo pacto curantes, peſſimæ vitæ hominibus iunguntur, vt ad optata vitia pertingant, & ſuorum errorum faciles, & libentes habeant miniſtros: Nam qui pro virtutibus vitia commendat, aut qui virtutes, velut vitia reijcit, nullos in eum reperiet propenſiores, quam eos, qui ſunt ad illa vitia, quæ ille laudat, procliues. Cum ergò ſectariorum tam diuerſa ſint ingenia, & tanta morũ eorundem varietas, neceſſariũ eſt, vt Dñi & Saluatoris noſtri tam præmonitio, q̃ pręmunitio cuiq; noſtrum ſemper ob oculos obuerſetur, qui dixit: *A fructibus eorum cognoſcetis eos: Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus &c.* Matth. 7. Ex his enim haud difficile erit aduertere, quinam ſint, qui errauerint à fide, ab eaq; non incertum fecerint naufragium. Nam fides, quam Euangelium docet, eam ſapientiam docet, quæ Dei participatio quædam eſt, & ſplendor quidam luminis ſuperni, quæ ſuam à Deo originẽ repetit, & hominem cum Deo coniungit, non ſolum intellectu, ſed voluntate, moribus, actionibus, quæ quidem faciunt hominem eſſe ſimilem Deo. Eſt enim vera ſapientia, quæ deſurſum eſt, *fons aquæ ſalientis in vitam æternam*; & eò geſtiens conſcendere, vnde ducit originem, iuxta id Eccleſiaſt. cap. 1. *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum*, quæ hominis cor, & animum inclinat, atque greſſus ipſos dirigit, & impellit in vias, quæ à dextris ſunt: Hæ enim ſunt viæ, quas nouit Dominus: Scriptum eſt enim: *Cor ſapientis in dextera eius.* Eccleſ cap. 10. Cum enim cor, ſapientiæ, intelligentiæque ſedes ſit, cuius virtute, &

Hæretici fugiendi ex præmonitu Chriſti.

Fidei noſtræ dogmata quænam ſint.

Vera ſapientia fonti comparata.

Cor ſapientiæ ſedes.

Digitized by Google

beneficio ad ea, quæ dextra, quæque meliora ſunt, cor, animuſque diriguntur, & ad Deum impelluntur, argumento eſt, veram illam eſſe ſapientiam, & veri nominis ſcientiã, quam Eccleſiæ Catholicæ fides iam inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus conſtãtiſſimè docuit; nempe fide, ſpe, charitate, Deo hominis mẽtem coniungi: bonis operibus, ex gratia Spiritus ſancti proficiſcentibus, vitæ æternæ mercedem reddi: Carnis mortificationibus, animi ſumma demiſſione, pœnitentiæ operibus, Domini timore, &c. ad iuſtitiam adipiſcendam peccatoris animum diſponi: Sacramentorum remediis ſalutaribus, peccatorũ multiplicium grauiumque vulnera curari. Quare vana illa ſapientia, & falſi nominis ſcientia, ſtultaq; cenſetur, quæ vel à Deo hominem ſeparat, vel cum illo non coniungit, qualis eſt Lutheranorum, qui à vera fide errantes, vni fidei iuſtitiæ apprehenſionem tribuunt; Sacramentorum virtuti derogant, pœnitentiæ leges explodunt operum bonorum valorem, & pretium, dignitatemq; extenuant; æternæ fœlicitatatis apprehenſæ perſuaſionem, ſecuritatemque ita neceſſariam eſſe deblaterant, vt non minus certò ſalutem ſibi polliceri, qui credit, debeat, quàm quod Deus ſit trinus & vnus. Sed hæc infirmare, huius loci non eſt. Quare cum Regio vate beatos dicamus eos, quos Dominus *de lege ſua*, mediãte Eccleſiæ ſponſæ ſuæ authoritate, *docuerit*.

Veri nominis ſcientia quænam ſit.

eticorum ...tia, vana ...alſi nomi-

Lutheranorũ vana vita æterna apprehenſio.

XXXVII *Gratia tecum, Amen.*

Hanc ſubſcriptionem, tanquam ſigillum in omni

Digitized by Google

mnibus ſuis epiſtolis, adhibet Paulus; quemadmodum poſterioris ad Theſſalon. cap. 3. ipſemet teſtatur. *Salutatio*, inquit, *mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis, Amen.* *Sigillum omnium epiſtolarum Pauli.*

Imò & omnes etiam, præter eam, quæ eſt ad Hebræos, à *gratia* inchoat idem Apoſtolus; vt innuat, bona opera ſine Dei *gratia* nec inchoari, nec perfici poſſe. *Gratiam* porrò, à gratis dictam, nemo ignorat. *Qui ad gratiam ſe ſcit pertinere*, ait Auguſtinus in Pſalm. 49. & 43. *quod eſt Chriſtus, & quod eſt Chriſti, nouit quia indiget gratia. Si gratia vocatur, gratis datur; ſi gratis datur, nulla tua merita præceſſerunt vt detur.* *Epiſtola Pauli cur à gratia inchoent & ab eadem finiant.* *Gratia etymō.*

Ex qua *gratiæ* conſideratione fit perſpicuum, quicquid à liberali manu Dei in creaturas dimanat, eſſe *gratiam*, vt verbi gratia, quod homo ſit creatus, quemadmodum epiſtola decima tertia ad Cyprianum presbyterum, loquitur Hieronymus; & quod angeli, ſicut & animæ noſtræ, ſint immortales, quemadmodum ſexta Synodus act. 11. docuit, negans id habere à natura, hoc eſt, non abſoluta neceſſitate, & per ſe, ſicut habet Deus. Inde eſt, quod Pſalm. 144. velit Auguſtinus, Deo nos agere gratias pro gratia, qua creati ſumus, non præcedentibus vllis operum noſtrorum meritis, ſed gratuita Dei bonitate, &c. *Gratia quid hic.*

Quam igitur Epheſino Antiſtiti hoc loco *gratiā* imprecatur Apoſtolus, ſupernaturale quoddā cœleſteq; donū eſt, per quod ad ſupernaturalē beatitudinē poſſit deſtinari; quam gratiæ gratis datæ frequenter

Digitized by Google

comitantur, quibus Epiſcopi tum maximè ad ſpiritualem ſubditorum vtilitatem indigebant. Dei & Domini noſtri IESV Chriſti gratia ſit etiam nobiſcum ſemper, cuius gratiæ auxilio his quoque noſtris Commentationibus finem (vtinam quem voluiſſemus) imponimus, ad nominis ipſius honorem & gloriam in ſæcula ſæculorum, Amen.

FINIS.

CATA-

Digitized by Google

CATALOGVS SS. PATRVM, THEOLOGORVM ET SCRIPTORVM, QVIBVS AVCTOR IN HOC OPERE CONSCRIBENDO, EST VSVS.

Adamus Sasboũt.
Alphonſus à Caſtro.
Ambroſius.
Ambroſius Catharinus.
Anſelmus.
Athanaſius.
Auguſtinus.

Baſilius.
Beda.
Bernardus.
Benedictus Pererius.
Bonauentura.
Bruno.

Cæſar Baronius.
Caſſiodorus.
Catechiſmus Romanus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Chryſoſtomus.
Concilium Tridentinum, &c.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.

Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.

Epiphanius.
Euſebius.
Euthymius.

Franciſcus Ribera.
Franciſcus Suarez.
Franciſcus Titelmannus.
Franciſcus Toletus.
Franciſcus Turrianus.
Fulgentius.

Gabriel Vaſquez.
Gagnæius.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius de Valentia.

Hieronymus.
Hilarius.
Hugo de S. Victore.

Iacobus

Digitized by Google

Iacobus Gretſerus.
Ignatius.
Ioannes Heſſelius.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Maldonatus.
Ioannes de Pineda.
Iſidorus.
Iſychius.
Irenæus.
Iuſtinus martyr.

Lactantius.
Laurentius Iuſtinianus.
Leo magnus.

Melchior Canus.

Nicolaus Liranus.
Nicephorus.

Oecumenius.
Optatus.
Origenes.

Petrus Damianus.
Petrus Lombardus.
Primaſius.
Proſper.

Richardus.
Robertus Bellarminus.

Sebaſtianus Barradius.
Sixtus Senenſis.

Tertullianus.
Theodoretus.
Theophylactus.
Thomas Aquinas.
Thomas Caietanus.
Thomas Stapletonus.

Vincentius Lirinenſis.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
LOCORVM SS. SCRIPTVRÆ, QVÆ PER OCCASIONEM, IN HOC COMMENTARIO explicantur, & elucidantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

GENESIS.

Cap. 1. *Vidit Deus cuncta quæ ſecerat, & erant valde bona.* pag. 329
Cap. 3. *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* 176. 177. & ſeqq. 182
Cap. 14. *Vallis autem ſilueſtris habebat puteos multos bituminis.* 100
Cap. 39. *Inuenit Ioſeph gratiam coram Domino ſuo,* &c. 67
Eodem. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua,* &c. 64

EXODI.

Cap. 25. *Induces vectes per circulos, qui ſunt in arca lateribus, vt portetur in eis: qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis,* &c. 363
Cap. 28. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem,* &c. 221
Cap. 33. *Oſtende mihi faciem tuam,* &c. 547

LEVITICI.

Cap. 11. *Immunda ſint vobis,* &c. 333

Cap. 18. *Coram cano capite conſurge.* 388

NVMERORVM.

Cap. 11. *Congregate mihi ſeptuaginta viros, de ſenibus Iſraël, quos tu noſti,* &c. 357

Cap. 22. *Ita delebit populus hic omnes qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos,* &c. 154

DEVTERONOMII.

Cap. 14. *Immunda erunt vobis,* &c. 333

Cap. 15. *Non operaberis in primogenito bouis.* 141

Cap. 25. *Non alligabis os boui trituranti.* 434. *& ſeqq.*

IOSVE.

Cap. 1. *Volumen legis non recedat ab ore tuo; ſed meditaberis in eo die ac nocte.* 53

REGVM.

1. Reg. cap. 2. *Quare calce abiecisti victimas meas, & munera mea,* &c.

3. Reg. cap. 7. *Et ſtatuit Salomon duas columnas, in porticu templi,* &c. *& vocauit dextram nomine Ioachin,* &c. 46

TOBIÆ. 259

Cap. 6. *Oſtendam tibi, qui ſunt, quibus præualere poteſt Dæmon,* &c. 426

IOB.

Cap. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc,* 508

Cap. 5. *Et ſcies, quod habeat pacem tabernaculum tuum, & viſitans ſpeciem tuam non peccabis.* 232

Cap. 9. *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat.* 476

Digitized by Google

Cap. 11. *Forſan veſtigia eius comprehendes, & omnipotentem*, &c. 544
Cap. 16. *Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam.* 126
Eodem. *Cum haberem mundas ad Deum preces.* 163
Cap. 17. *Tenebit iuſtus viam ſuam & mundis manibus addet fortitudinem.* 352. & ſeq.
Cap. 19. *Relicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos.* 154
Cap. 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet.* 509
Cap. 28. *Timor eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia.* 344
Cap. 29. *Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam diligenter inueſtigabam.* 450
Eodem. *Conterebam molas iniqui, & de dentib. illius*, &c. 459. & ſeq.
Eodem. *Oculus videns, teſtimonium reddebat mihi, eo quod*, &c. 405
Cap. 30. *Radix iuniperorum erat cibus eorum.* 518
Cap. 31. *Foris non manſit peregrinus*, &c. 226. & ſeq.
Cap. 40. *Nunquid faciet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum?* 113

PSALMORVM.

Pſal. 2. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montem*, &c. 275
Pſal. 4. *Cum inuocarē exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ*, &c. 558
Pſal. 11. *In corde & corde loquuntur*, &c. 254
Pſal. 14. *Qui ingreditur ſine macula*, &c. 252. 522
Pſal. 24. *Domini eſt terra & plenitudo eius.* 95
Pſal. 32. *Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.* 81

Pſal. 36. *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo,* &c. 47
Eodem. *Lex Dei eius in corde ipſius.*
Pſal. 44. *Audi filia & vide,* &c. 176
Pſal. 46. *Rex magnus ſuper omnem terram.* 94
Pſal. 49. *Quare tu enarras iuſtitias meas, & proieciſti ſermones meos retrorſum?* 363
Pſal. 50. *Libera me de ſanguinibus Deus Deus meus,* &c. 165
Pſal. 75. *Vouete & reddite Domino,* &c. 417
Eodem. *Dormierunt ſomnũ ſuum, & nihil inuenerũt,* &c. 510
Pſal. 86. *Nunquid Sion dicit homo, & homo natus eſt in eâ,* &c. 100
Pſal. 94. *Magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes deos,* &c. 538
Eodem. *In manu Dei ſunt omnes fines terræ; & altitudines montium,* &c. 539
Pſal. 100. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* 233
Pſal. 103. *Qui plantauit aurem non audiet, & qui finxit oculos,* &c. 551
Pſal. 108. *Detrahebant mihi, ego autem orabam.* 154
Pſal. 118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua,* &c. 24
Pſal. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas,* &c. 223
Pſal. 131. *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam.* 214
Pſal. 144. *Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo,* &c. 94
Pſal. 246. *Ipſe dat iumentis eſcam illorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* 502

PRO-

PROVERBIORVM.

Cap. 8. *Dominus poſſidit me ab initio viarum ſuarũ,* &c. *99. & ſeqq.*
Cap. 14. *In ore ſtulti virga ſuperbiæ,* &c. *226*
Cap. 21. *Deſideria occidunt pigrum.* *497*
Cap. 23. *Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuæ modum pone.* *511*
Cap. 30. *Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro,* &c. *& viam viri in adoleſcentia.* *208. & ſeqq.*

ECCLESIASTE.

Cap. 11. *Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem.* *446*
Cap. 12. *Verba ſapientum ſunt ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi,* &c. *62*
Eodem. *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* *521*

CANTICORVM.

Cap. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt,* &c. *489*

SAPIENTIÆ.

Cap. 1. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* *524*
Eodem. *Renum illius teſtis eſt Deus & cordis illius ſcrutator,* &c. *455*
Cap. 4. *Senectus venerabilis eſt & diuturna,* &c. *358. & ſeqq.*
Cap. 5. *Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* *535*
Cap. 8. *Quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det,* &c. *208*

Digitized by Google

ECCLESIASTICI.

Cap. 2. *Coniungere Deo, & ſuſtine.* 312

Cap. 4. *Vſque ad mortem certa pro iuſtitia, &.* 527

Cap. 7. *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute, irrumpere iniquitates,* &c. 458

Cap. 19. *Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis annuntiant deo,* &c. 173

Cap. 26. *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata,* &c. 187

Cap. 29. *Initium vitæ hominis eſt aqua, vel panis,* &c. 511

Cap. 32. *Vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.* 388

Cap. 33. *Panis & diſciplina & opus ſeruo.* 485

Cap. 47. *Surrexit Nathan propheta in diebus Dauid quaſi adeps ſeparatus à carne.* 457

Cap. 50. *In acceſſu altaris ſancti, gloriam dedit ſanctitatis amictum.* 214

Cap. 40. *Aurum & argentũ eſt conſtitutio pedum,* &c. 555

ISAIÆ.

Cap. 1. *Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos,* &c. *manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* 165

Cap. 7. *Niſi credideritis, non intelligetis.* 151

Eodem. *Pete tibi ſignum à Domino, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra.* 283

Cap. 8. *Dominum exercituum, ipſum ſanctificate.* 331

Cap. 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactionis eius ſeparaſti.* 479

Cap. 14. *Non aſcendes, ſed deſcendes,* &c. 342. & ſeq.

Cap. 23. *Erit opus iuſtitiæ pax & cultus iuſtitiæ ſilentiũ.* 19

Cap. 28. *Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus,* &c. 59

Digitized by Google

Cap. 45. *Vocaui te nomine tuo, & aſſimulaui te, & non cognouiſti me, &c.* 522
Cap. 50. *Quis eſt creditor meus cui vendidi vos, &c.* 145. 148
Cap. 52. *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.* 148
Cap. 53. *Generationem eius quis enarrabit?* 280

IEREMIÆ.

Cap. 10. *Feciſti terram in fortitudine tua, & præparaſti orbem in ſapientia tua, &c.* 550
Cap. 18. *Deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam, &c.* 282
Cap. 23. *Non mittebam eos, & ipſi currebant.* 5

EZECHIELIS.

Cap. 34. *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos, &c.* 364. 392

DANIELIS.

Cap. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, &c.* 381. 439. 487

OSEÆ.

Cap. 4. *Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia in terra.* 499
Cap. 24. *Conuertere Iſraël ad Dominum Deum tuum, quia corruiſti, &c.* 87

IOEL.

Cap. 2. *Qui incredulus fuerit, non erit recta anima eius, &c.* 536

AMOS.

Cap. 6. *Qui lætamini in nihili, & dicitis; nunquid non in fortitudine, &c.* 557
Cap. 9. *Deus ædificat in cælo aſcenſionem ſuam, &c.* 544

Digitized by Google

ZACHARIÆ.

Cap. 8. *Et vocabitur Ieruſalem ciuitas veritatis*, &c. 276

Eodem. *Adhuc habitabunt ſenes & anus in plateis Ieruſalem.* 386

Cap. 13. *Non operientur pallio ſaccino*, &c. 309

Eodem. *Cum prophetauerit vltra, dicent ei pater eius, & mater eius*, &c. 514

Cap. 14. *Et non erit mercator in domo Domini*, &c. 310

MALACHIÆ.

Cap. 2. *Irritum feciſtis pactum Leui, propter quod ego dedi vos*, &c. 247

Eodem. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam*, &c. 319, 365. 572. *& ſeqq.*

2. MACHABÆORVM.

Cap. 6. *Et in Garizin, prout erant ij, qui illum inhabitabant, Iouis hoſpitalis*, &c. 218

EX NOVO TESTAMENTO.

MATTHÆI.

Cap. 5. *Vos eſtis lux mundi: Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita*, &c. 199. 221. 273

Cap. 6. *Hypocritæ facies ſuas exterminant*, &c. 312

Cap. 7. *Pſeudoprophetæ veniunt ad vos in veſtitu ouium*, &c. 308

Eodem. *Nolite ſanctum dare canibus*, &c. 259

Cap. 10. *Nolite poſſidere*, &c. *pecuniam in Zonis veſtris*, 43. 256.

Eo-

Digitized by Google

Eodem. *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* 436. & ſeqq.
Eodem. *Nihil eſt apertum, quod non reueletur.* 470
Cap. 11. *Et reuelaſti ea paruulis*, &c. 43
Cap. 15. *Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* 221
Cap. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, &c. 271. & ſeqq.
Cap. 24. *Moram facit Dominus venire; & cœperit verberare*, &c. 238
Cap. 26. *Bonum opus operata eſt in me: Amen dico vobis*, &c. 409

MARCI.

Cap. vlt. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, &c. 330

LVCÆ.

Cap. 1. *Et vocabitur nomen eius Ieſus.* 7. 139
Eodem. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, &c. 281. & ſeqq.
Cap. 2. *Erat Anna propheti ſſa filia Phanuel*, &c. 400. 401
Cap. 9. *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* 428
Cap. 12. *Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus*, &c. 238
Eodem. *Videte, & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia*, &c. 550
Cap. 16. *Si ergo iniquo Mammonæ fideles non fuiſtis, quod verum eſt, quis credet vobis?* 237
Cap. 17. *Memores eſtote vxoris Loth*, &c. 429
Cap. 21. *Attendite, ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate*, &c. 257. & ſeqq.

Digitized by Google

Cap. 23. *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.* 74

IOANNIS.

Cap. 1. *Verbum caro factum eſt*, &c. 279. 284. *& ſeqq.*
Eodem. *Deum nemo vidit vnquam*, &c. 96. 547. *& ſeqq.*
Eodem. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* 137
Cap. 3. *Qui facit veritatem, venit ad lucem*, &c. 469
Eodem. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*, &c. 83
Cap. 4. *Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me.* 134
Cap. 5. *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis*, &c. 57
Cap. 6. *Verbum quod locutus ſum vobis, ſpiritus & vita eſt.* 151
Cap. 8. *Homicida exiſtens ab initio, in veritate non ſtetit*, &c. 242. 303. 345
Eodem. *Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* 481
Cap. 11. *Ne veniant Romani, & tollant locum noſtrum, non dimittamus eum ſic.* 500
Cap. 14. *Ego ſum via, veritas & vita.* 8. 137
Cap. vlt. *Paſce oues meas*, &c. 229

ACTVVM APOSTOLORVM.

Cap. 1. *Non eſt veſtrum noſcere ſpatia & momenta, quæ poſuit pater in ſua poteſtate.* 534

Eo-

Digitized by Google

Eodem. *Oportet ergo ex his qui nobiſcum ſunt cõgregati in omni tempore*, &c. 534
Cap. 2. *His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum*, &c. 222
Cap. 9. *Conſiderate fratres, viros boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapientia*, &c. 250
Eodem. *Vas electionis eſt mihi iſte*, &c. 4. 152
Cap. 13. *Ieiunantes & orantes, impoſuerunt manus Paulo & Barnabæ*, &c. 373
Eodem. *Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus, ad quod aſſumpſi eos.* 4
Cap. 15. *Vt abſtineatis ab eſu ſanguinis & ſuffocati*, &c. 333

AD ROMANOS.

Cap. 1. *A creatura mundi*, &c. 329
Cap. 2. *Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* 90
Cap. 6. *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* 56
Eodem. *Neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis*, &c. 148
Cap. 7. *Scimus, quia lex ſpiritualis eſt.* 49. & *ſeq.*
Cap. 8. *Nos ipſi primitias ſpiritus habentes*, &c. 79
Cap. 12. *Non plus ſapere quam oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem.* 47
Cap. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* 484. & *ſeq.*
Cap. 14. *Bonum eſt non manducare carnem*, &c. 323

Digitized by Google

1. AD CORINTHIOS.

Cap. 4. *Nam in Chriſto per Euangelium, ego vos genui.* 12
Eodem. *Nihil mihi conſcius ſum,* &c. 76
Eodem. *Miſi ad vos filium meum chariſſimum Timotheum,* &c. 11
Cap. 5. *Corpus fornicationi, ſed Domino; & Dominus corpori.* 458
Cap. 9. *Non alligabis os boui trituranti* 434. *& ſeqq.*
Eodem. *Factus ſum omnia omnibus, qui ſub lege ſunt.* 30
Eodem. *Sic currite vt comprehendatis.* 429
Eodem. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnũ eſt,* &c. 438
Eodem. *Quis paſcit gregem & de lacte eius non manducat.* ibidem.
Cap. 11. *Debet mulier velamen habere ſuper caput propter angelos,* &c. 190
Cap. 13. *Charitas patiens eſt, benigna eſt,* &c. 30. *& ſeq.*
Cap. 15. *Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus,* &c. 70

2. AD CORINTHIOS.

Cap. 1. *Gloria noſtra hac eſt teſtimonium bonæ conſcientiæ.* 37
Cap. 3. *Vbi ſpiritus, ibi libertas.* 52
Eodem. *Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed* &c. 65. 72

Cap.

Digitized by Google

Cap. 4. *Non contemplamur quæ videntur, ſed quæ non videntur.* 440
Cap. 5. *Mortuus eſt pro omnibus,* &c. 139
Cap. 10. *Non poteſtis menſæ Domini, & menſæ Dæmoniorum participes eſſe.* 159
Cap. 11. *Timeo, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri,* &c. 305. &c.
Eodem. *Si quis vos in faciem cedit,* &c. *ſecundum ignobilitatem dico.* 226

AD GALATAS.

Cap. 1. *Chriſtus nos eripuit de præſenti ſæculo nequam.* 440
Cap. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur,* &c. 13
Cap. 5. *In Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium,* &c. 302
Eodem. *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* 56

AD EPHESIOS.

Cap. 2. *Per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu,* &c. 8
Cap. 3. *Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus,* &c. 287. 288. *& ſeqq.*

AD PHILIPPENSES.

Cap. 1. *Cum Epiſcopis & Diaconibus,* &c. 195
Cap. 2. *Vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei,* &c. 200

Eodem. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*, &c. 228

Cap. 3. *Vnum autem quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ priora ſunt*, &c. 429

Cap. 4. *Fratres mei chariſsimi & deſideratiſsimi, gaudium meum & gloria mea*, &c. 439

AD COLOSSENSES.

Cap. 2. *Chriſtus ſuſtulit de medio chirographum decreti*, &c. 147

Cap. 3. *Super omnia charitatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis.* 31

2. AD TIMOTHEVM.

Cap. 1. *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam quæ eſt in te per impoſitionem*, &c. 373

Eodem. *Secundum gratiam, quæ ad data eſt nobis in Chriſto*, &c. 83

Eodem. *Bonum depoſitum cuſtodi*, &c. 103. 577. *& ſeqq.*

Cap. 2. *Labora ſicut bonus miles.* 105

AD TITVM.

Cap. 1. *Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir*, &c. 200. *& ſeqq.*

Eodem. *Non percuſſorem.* 225. *& ſeq.*

Cap. 3. *Hæreticum hominem poſt vnam aut alteram correptionem deuita.* 109

AD

Digitized by Google

AD HEBRÆOS.

Cap. 5. *Qui in diebus carnis ſuæ*, &c. 284
Cap. 7. *Habentes propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ.* 107
Cap. 12. *Ne quis fornicator aut profanus, vt Eſau, qui primogenita*, &c. 456. 500
Cap. 13. *Hoſpitalitatis nolite obliuiſci.* 216. 219
Eodem. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* 340
Eodem. *Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus.* 557

IACOBI.

Cap. 1. *Poſtulet autem in fide nihil hæſitans*, &c. 166. *& ſeqq.*
Eodem. *Apud quem non eſt mutatio, neque viciſſitudinis obumbratio.* 542
Cap. 3. *Quæ ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt*, &c. *ſuadibilis*, &c. 223
Cap. 5. *Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris*, &c. 170

1. PETRI.

Cap. 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum*, &c. 108
Cap. 3. *Cuius non ſit capillatura, aut circundatio auri*, &c. 177
Cap. 4. *Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.* 217

1. Io-

Digitized by Google

I. IOANNIS.

Cap. I. *Quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt, hoc annuntiamus vobis.* 285

Eodem. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed* &c. 139

Cap. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ ſunt in mundo*, &c. 38

APOCALYPSIS.

Cap. I. *Et angelo Epheſi: Hæc dicit, qui tenet*, &c. 289

Cap. 14. *Opera illorum ſequentur illos.* 413.510

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVÆ IN HOC COMMENTARIO CONTINENTVR ET EXPLICANTVR.

A.

ABRAHAMI hoſpitalitas. pag. 216. 217.
Abire poſt Sathanã, quid; & qui fiat? 419. 427
Abire poſt aurum, quid? 566
Abſtinentia nimia illicita. 465
Abſtinentiarum ſcopus. 332. 466
Abnegatio ſuiipſi' cõmendatur. 60
Adam & Eua in paradiſo ſub lege nõ fuerunt. 56
Adam in paradiſo ad operãdum poſitus. 193
Adam, Euâ ſeducta, quomodo non ſeductus dicatur variæ ſententiæ. 183. 185. & ſeqq.
Adamo, ante lapſum, aliqua ex parte Incarnationis myſterium patefactum. 287
Adamus, primus vates. ibid.
Adamantem probandi ratio. 261
Adeps, caſtiſtatis ſymbolum. 457
Adoleſcentiæ nominis acceptio. 356
Adoleſcẽtia ad libidinem propenſa. 415. 455
Aduentus Chriſti, duplex. 533
vterq; iuſtis hominibus optatiſſimus. 432
Primi principalior cauſa, quæ? 82
Secundus à Deo reuelandus. 534
eius tempus hominibus abſconditum. ibid.
Curioſè non ſcrutandum. 535
Cito futurus. ibid.
Aduerſarius quis; 428
Ædificare ex hebræo, quid? 26
Ædificatio Dei in fide, quibus nitatur. 27
Ætas ad prædicationis officiũ apta. 240
Ætas Epiſcopi in Conſtit. Apoſt. requiſita. 356
Eiuſdem à Conciliis definita. 357
Agere ſine præiudicio, quid? 450
Agnoſcere delictum, ſignum reſipiſcentis. 56
Alexander quis? 110
Aliter docere, quid? 21. 490
Altaria in Eccleſiis ſemp reperta. 158

Digitized by Google

Ambulandi verbum, quid in ſcriptura? 350
Ambitio Iudæorum. 59
Amen vocis, variæ notiones. 88.100
ſignaculum dominicæ orationis. 101 (101.102
frequens in precibus vſus; & cur. geminato cur vſus Ioannes. 102
in canone Miſſę, ad orationē Dominicam, cur ſacerdoti reſeruatum. ibid.
Angelis Incarnationis myſterium, quomodo, & quando patefactū. 287. & ſeqq.
cur diſcalceati pingantur. 281
eorum ſuperſtitioſus cult', ex dogmate Iudæ Galilæi. 342
Angeli nomine, etiam Epiſcopi intellecti, & variæ rationes. 289. & ſeqq. (169.172
Anima potius, quā corpus ornanda.
Animi iudicium & vigor maior in viris, quam mulieribus. 184
Animus fœdus, fœdum corpus reddit. 458
Annæ viduę caſtitas, & orationis ſtudium. 400
aduentus Chriſti prænuntia. 401
Antiquitas, veræ doctrinæ nota. 576
Apis, boni regis ſymbolum. 448
Apoſtolatus dignitatis & authoritatis nomen. 3.4
Apoſtolorum in tradendis fidei dogmatibus, infatigabile ſtudiū. 270
Apoſtoli, angelorum doctores eſſe meruerunt. 288
Apoſtoli, ſumma cū authoritate ad prædicandum miſſi. 355
Apoſtolorum ſuper alios ſanctos excellentia. 79
Apoſtolorum gratia. ibid.
Apoſtolorum charitas. 80
Aquæ luſtralis virtus. 335 (277
Attendendi verbi vſus in ſcriptura.
Auaritia in mille mala, & tandem in interitum hominem mergit. 514
vitium maxime deteſtabile. 518
à fide multos abducit. 519
in hæreſibus ſuis multos detinet. ibid.
Autem vocula pro immò, &c. accepta. 27

B.

Beatitudo, vera vita cur dicatur. 569
Belzebub, princeps Dæmonum. 307
cur auis & ſerpens dicatur. 305
Euam in paradiſo decepit. ibid.
Eius ad Euam decipiendam media. ibid.
Bilinguis quis. 259
Blaſphemiæ acceptiones variæ. 75
eius ratio in quo ſita. ibid.
eius grauitas. 114
Blaſphemi à Deo grauiſſimè ſemper puniti. 114
vltimo ſupplicio extirpandi. 115
Blaſphemare, quid? 113
Boui trituranti non alligare os, quo ſenſu prohibitum. 445
Boum nomine, prædicatores in ſcriptura intellecti. ibid.
Bobus prædicatores comparati. 446
Boum natura & ingenium. 447
Brentij hæretici impudētia & abſurda doctrina redarguitur. 54

Digitized by Google

C.

Caluini, de poteſtate Apoſtolorum nimium detrahentis, malitia. 194
Carnis nomine quid ſcriptura intelligat. 284
cur ea potius, quam hominis voce vtatur Paulus. ibid. 455
Caſtitatis variæ acceptiones. 235. 392
Caſtitas, Epiſcopis, & in ſacris conſtitutis neceſſaria. 201. 212. 252. 290. 365. 456. & ſeq.
vitã ſumme laudabilẽ reddit. 455.
quęnam ab Epiſcopis requiratur.
religionis noſtræ ſum̃a. 458 (212
cur toties Timotheo commẽdata. 455. 460
in veſte linea ſtricta, veterum ſacerdotum, deſignata. 458
ad eam ſeruandam, ſumma opus diligentia. ibid.
lilium inter ſpinas. 459 (460
Caſtitas, ſeruatu difficillima. 459.
lilio comparata, & cur. 459
ſex præcipuis conditionibus conſeruatur. ibid.
eius difficultas, columnis à Salomone extructis, indicata. 460
ad eam duplici fortitudine opus. ibid.
naturæ violentia acquiritur. 461
Caſtitatis elogia. 455
Catholici ab accepta primitus fide, nunquam diſceſſere. 300. 581
Cauſę forenſes, etiam penes Epiſcopos. 444
Cauſę Eccleſiaſticæ non niſi ab Eccleſiaſticis decidendæ. 445
Cauterium quid? 311
co notantur malefici. ibid.
Cauteriata conſcientia, quæ? ibid.
Cauteriati hæreticorum animi. ibid.
Cautione ſumma opus in corripiendis peccatoribus. 445
Ceremoniæ variæ in oratione rectè adhibentur. 163. & ſeq.
plurimum ad excitandam deuotionem valent. ibid.
earum frequens vſus commendatur. ibid. & ſeq.
Certamina, cur potiſſimum ſuſcipi ſoleant. 526
Certaminis fidei præmium. ibid.
cur bonum dicatur. 527
quid ad illud requiratur. 528
Cham, primus per peccatum ſeruus effectus. 477
Charitas, præcepti finis quomodo ſit. 28. & ſeqq.
virtutum omnium parens. 30. 34
bonorum operum directrix. 31
vitiorum propugnatrix. 30
vinculum fortiſſimum. 31.
Charitatis commendatio. 32
perfectio, ſiue modus perficiendi præcepta. 30
Fidei forma. 34. 302
ſine corde puro, & cõſcientia bona eſſe non poteſt. 36
Epiſcopo neceſſaria. 364
Chriſtus mundi ſaluator. 8. 129
à prophetis promiſſus. 130
A quibuſnã nos ſaluos fecerit. 130
quomodo ſpes noſtra dicatur. 8
via ad vitam certiſſima. ibid.
primus à patre dilecti nomine inſignitus. 11

Digitized by Google

gratiæ & pacis cauſa meritoria. 16
Dominus cur dicatur. 17
legis perfectio. 28
verus animarum paſtor. 62
doctrinæ ſanæ ſcopus. 81
Chriſtus, homine non peccante, incarnatus non fuiſſet. 84. 85
cur in ſumma mundi tanquillitate, natus.
homo factus, vt volũtatem patris exequeretur. 134
lux mundi cur dicatur. 82. 137. & ſeq. (137
ad veritatem fidei, via certiſſima. ſoli comparatus. ibid.
Chriſtus verus & vnicus mediator. 139
ſanctos non excludit. 142
redemptio omnium. 140
ſecundum naturam humanã mediator. 141
ſecundum diuinã mediator quomodo dici poſſit. 142
etiamnum in cœlis pro nobis orat. 141
à ſeruitutue & tyrannide Diaboli nos liberauit. 147
hierarchici regiminis author. 196
in ipſa ſua cõceptione, cur vir dicatur. 280
quantus in terris fuerit Doctor. 288
Chriſtus, quibuſnam in carne manifeſtatus dicatur. 285
in ſpiritu quomodo iuſtificatus dicatur. 286
inuictum corãm Pilato & Caypha pro veritate certamen iniit, 531
pari cum patre honore glorificãdus. 292
Chriſti in genus humanum dilectio. 11. 74. 130
eius in ſaluandis hominibus miſericordia. 82
eius humilitas, Epiſcopis imitanda. 391
mediatoris munera. 139. & ſeqq. 140 (284
ei' diuinitas in carne manifeſtata.
manifeſtis ſignis probata. 285
Iudæis & Gentibus facta. 292
eius prædicationis initium, cur à pœnitentia ſumptum. 533
eius vera imitatio, in quo ſita. 523
Chriſtiani, milites. 105
cur olim ſancti dicti. 411
ante ordinis collationem petere teſtimonia ſoliti. 245. & ſeq.
eius vtilitas. ibid.
cur olim fratres dicti, variæ rationes. 338. & ſeqq.
Cibi omnes natura boni. 325. 333
cum gratiarum actione percipiẽdi. 325. 326
Deo grata eſt talis perceptio. 332
ad vſum non abuſum hominibus conceſſi. ibid.
per verbum Dei, quomodo ſanctificentur. 328
ab hæreticis, vt mali olim damnati. 316
cur in veteri teſtamẽto aliqui immundi. 332
cur benedicendi ante eſum. 326
eius benedictionis vtilitas maxima. 327

Digitized by Google

Ciborum ſuperſtitioſa abſtinentia prohibita. 338
Ciborum abſtinentiæ, cur ab Eccleſia commendatæ & præceptæ. 319.331
eorum vtilitas. 319.321
Deo acceptæ. 319
in vtriuſque Teſtamenti ſcriptura fundantur. ibid.
ab hæreticis impie reiiciuntur. 30
Communicare, quid? 564
Concionatores, charitatis neglectores reprehenſi. 333
Concionatoris boni proprietates. 363
Conditiones in eligendis Eccleſiæ miniſtris ſeruatu neceſſariæ. 240
Confortare, quid? 65
Coniugium ſacerdotibus maximo impedimento. 204
Conſcientia bona, quæ? 35.37
Conſcientia, malę voluntatis aduerſaria. 36
Conſcientiam bonam, quinam habeant? 35
Conſcientia bona, domui comparata. 37
Conſultare quid. 210
Contemptio rerũ huius mundi, magnum prædicatorem efficit. 257
Continentia licet ſeruatu difficilis, ab hominis volũtate pendet. 206
eius conſeruandæ tria pręſentiſſima remedia. ibid.
Contemplandi verbum, quid importet. 440
Contumelioſus quis proprie. 76
Cor, in ſcriptura quid. 34
veræ ſapientiæ ſedes. 581
Corporalis exercitatio modicum vtilis, quæ. 346
cur modicum vtilis. 347
Creaturæ nominis variæ in ſcriptura acceptiones. 329. & ſeqq.
Creaturæ cur omnes bonę dicantur. 330
earum varietas. 331
per verbum Dei quomodo ſanctificentur. 335
Crines torſi, qui. 171
Cupiditas à ſacerdotum animis remouenda. 230. & ſeq.
Cupiditas quid. 516
fluminibus rapidis ſimilis. 515
omnium malorum radix. 516. & ſeqq.
& materia. 517
eius paraphraſis. ibid.
multis peccatis hominem inuoluit. 521
Curę vocabulo quid intelligendum. 404
Cuſtodire, quid. 571

D.

Danielis pueri ſeniles mores. 359
eius in iudicio Suſannæ ætas. 360
Dauid, præclarus domus ſuæ adminiſtrator. 233
eius ſumma in aduerſis conſtantia. 351
Solatium. 154
Decipere, quid propriè. 185
Demiſſio ſuiipſius commendata. 86
Denuntiare quid. 22
Denuntiandi regulam ab Apoſtolis

lis acceeptum adhuc retinet Eccleſia. ibid.
Depoſiti nomine, quid intelligendum. 577.578
cur bonum dicatur. 103
diligentiſſime cuſtodiẽdum. 571. & ſeq.
Deus pater, cur Saluator dicatur. 6
vitæ author quomodo ſit. 6
author noſtræ ſalutis. 6.13
Deus, quomodo rex dicatur. 93
rex ſæculorum, qui. 94
rex magnus. ibid.
cur dicatur beatus. 61.536
cur viuus? 557
& miſericors, & iuſtus. 89
homines, ad pœnitentiam longanimitate compellit. 90
ſolus immortalis, qui? 95.541
ſolus potens. 536
eius potentia duplex. 536
ſolus inuiſibilis, & incomprehẽſibilis. 95.96
quomodo in ſcriptura viſus dicatur. 96
varij in ſcriptura cum videdi modi. 547. & ſeq.
Deus omnes homines vult ſaluos. 139. & ſeqq.
etiam eos, qui ſalutem non conſequuntur. 140 352
certa media omnib. ad eam conſequendam præſcribit. 139.352. 353
quomodo Saluator omnium. 354
ſuſceptor ad ſe confugientiũ. 268
figulo comparatur. 281
iudex & vindex viduarum. 394. 430
omnium parens cur appelletur, 233
Deus ſolus naturâ bonus. 540
cur pater dicatur. 549
quomodo lux. 543
lucem inhabitat inacceſſibilem. 544
comprehendi non poteſt. ibid.
nec à beatis quidem. 547.548
aliquo modo cognoſci poteſt. 545
eius prouidentia. ibid.
gradu excellentiſſimo immortalis. 541
omnia in manu habet. 539
iuſtorum præmium. 450
Dei nomen quid ſignificet. 96
Dei ſolius proprium ſaluare. 7
immenſa in homines dilectio. 83
longanimitas quibuſdam proficua, quibuſdam non. 91
eius paraphraſis. 536
Deum conſulendi modus quadruplex apud Iudæos. 297
applicatione Ephod, dupliciter reſpondit. ibid.
Deuteroſis, quid? 23
Deuteroſes Iudæorum, in iure prohibitæ. ibid.
Diabolus, mendacij pater. 302.428
humanæ ſalutis aduerſarius. ibid.
calumniatorẽ ſignificat. 242.428
cur id nomen ei impoſitum, variæ rationes. 242
per ſuperbiam è cœlo deiectus. ibid.
ſpiritus erroris. 303

à veri-

Digitized by Google

à veritatate in mendacium conuerſus. 305
tortor improbiſſimus. 112
tortorem lubens agit. ibid.
Diaconi presbyteris inferiores. 251
olim calicis Dominici adminiſtratores. 258
priuſquam ad ſacros ordines promoueantur, probandi. 260
eoſdem probandi modus. ibid.
eorum diuerſa munera. 248.251
Diaconatus eſt ordo ſacer. 251
eſt ſacramentum. ibid.
Diaconiſſæ, quæ. 262.407
ad clerum non pertinent. 262
vnde nomen habeant. 263
earum munera. 263.406
earum cõditiones & virtutes. 263
Dilecti nomen, quod importet. 11
Diſcipulos, cur filios vocet Paulus. 12
Diſceptatio, quę ab oratione aliena? 164. & ſeq.
Diuitiæ, peccandi occaſio. 512
pauperibus erogandæ. 563
contemnendæ. 554. & ſeq.
ſuperbiæ parens. 552
Bucephalo comparatæ. 552
ſomno comparatæ. 509
ſpinarũ more, animum complicatum tenent. 515
res ponderoſa. 514
homines in interitu mergunt. (ibid.
Diuitiæ duplices. 552
Diuitiis qua ratione fruendum. 558
Diutiarum verus vſus. 513
earũ incertitudo maxima. 554
earum incõſtantia vere hypocriſis dicenda. 553
verarum & falſarum diſcrimen. 227
Diuitiarum & diuitũ nomine quid intelligendum? 560
Diuites, pauperum debitores. 563
ſeruitutem fœdiſſimam ſeruiunt. 513
eorum inhumanitas in pauperes, quomodo emollienda. 561
eorum, varia & ſuperflua deſideria. 514. & ſeq.
eorum miſeriæ. 170
Docere, quid in ſcriptura. 353
Doctoribus vitæ integritas neceſſaria. 363
eorum vita à doctrina nõ diſſentiat. ibid.
ori animalis & radici arboris cõparati. 487
ſunt collum Eccleſiæ. 489
opera dictis eis iungenda. ibid. 488
ſuæ functionis authoritatẽ probare debent. 6
Doctoris nomine, quid ab Epiſcopo exigatur. 222
Doctorum improbum deſcriptio. 39
ſuum finem non aſſequuntur. 23
ſæcutientibus ſagittariis comparati. 39
amatores huius mundi. 40
ſuperborum inſcitia. 43
Doctrina Epiſcopo neceſſaria. 220. 240
duplex in concionatore requiritur. ibid. & ſeqq.
ſana quæ, & cur ſic dicta? 60.61

Doctrina dæmoniorum, quæ? 307. 320
Doloris nomen pro peccatis acceptum. 521
Dominus dominantium, quid? 539
Dominij diuini latitudo. 339
ex duobus commendatur. ibid.
eiuſdem perfectio. ibid.
Domui ſuæ præeſſe neſciens, ad Eccleſiæ regimen ineptus; & ratio. 237. & ſeq.
Duplex, in ſcriptura quid? 432
Duplici honore dignum eſſe, quid? ibid.

E.

Ebrietatis varia incommoda. 224. 225. 461
ſacerdotibus cur vitanda, variæ rationes. 224
omnis maledicentiæ cauſa. 226
orationi & vigiliis, &c. contraria. 254
fons & mater malorum. 255
eius magna fœditas. 254. & ſeq.
Ebrioſorũ graphica deſcriptio. 255
Eccleſia quid, eiuſque nominis etymon. 270
domus Dei, cur dicatur. 270
quibuſnam lapidibus cõſtet? 275
eſt viſibilis. 272
ciuitas omnibus nota & perſpicua 273
Lux mundi. ibid.
vera quæ; & vbi quærenda. 274. 278
monti comparatur; & eius ratio. 275
penitus infallibilis. 277
Eccleſia, cur firmamentum veritatis dicatur. 276
cur veritatis cuſtos. ibid.
cur veritatis ciuitas. ibid.
cur columna. 277
Synagogam plurimum excellit. 271. 272
vtriuſque differentia. 271
pſalmos, &c. laudis diuinæ confeſſione terminat. 98
paradiſus voluptatis. 193
aliquibus, ob certas cauſas, nuptias prohibẽs, eaſdem, vt malas, damnare non eſt cenſenda. 316. 317. & ſeq.
Eccleſiæ doctrina, quæ, & quanta. 274
eius firmitas. 271. 274. 275.
eiuſdem pro omnibus orandi in die paraſceues, conſuetudo. 124
Eccleſiæ ieiunia & abſtinentiæ, perperã ab hæreticis reprehenſa. 319
Eccleſiæ bene præeſſe difficillimum. 279
Eccleſiæ Romanæ hoſpitalitas. 219
Eccleſiæ primitiuæ fœlicitas. 104
Eccleſiaſticę diſciplinę norma in Timotheo, & Tito expreſſa. 21
Elizabetha, Anglorum tyrãna crudeliſſima, ab Hæreticis, in ſummam ſacerdotem electa. 187
Epheſi deſcriptio. 20
eius conditor. ibid.
Epheſinæ Eccleſiæ conſtructores. ibid.
Epheſina Eccleſia, nobiliſſima. ibid.
Epiſcopi nomen, quid profanis authori-

thoribus? 193
quid ſacris ſcriptoribus? 193.249
nomen olim ſacerdotibus omnibus commune; & eius ratio. 249
Epiſcopus, vitæ irreprehenſibilis eſſe debet; & eius ratio. 192.197. 198. 200.213.247.291.385
ſubditis, quaſi lumen & ſtella. 198
ſi non cælebs, ſaltem monogam' eligendus. 210
ad operandum in Eccleſia poſitus. 193
ſubditis exemplo eſſe, quomodo poſſit. 362
qualiter in ſubditorũ correctione, ſe gerere debeat. 385.390.& ſeqq.
ſæuus obiurgator eſſe non debet. 226
temere manus imponendo, peccatis alienis quomodo communicet. 454
Epiſcopi, duplex ornamentum. 212
duplex officium. 296
Epiſcopi, ab Apoſtolo tradita deſcriptio, non eſſentialis. 266
Epiſcopi quatuor eſſentialia. 267
Epiſcopo, meditationi vacandũ. 377
ſumma diſcretio neceſſaria. 385
quomodo in iudicio agendũ. 452
lenitate in corripiẽdo opus. 391
cura pauperum habenda. 392
authoritas & eruditio neceſſaria. 487
prius animo, quam corpori inuigilandum. 208.& ſeq.
vt domui ſuæ præſidendũ. 232.233
vt prudens fiat, quid agendũ. 210
bonum vitę teſtimonium cur neceſſarium. 246.& ſeq.
Epiſcopi, cur in ſcriptura angeli dicantur, varię rationes. 289.& ſeq.
cur, præter Romanum, baculum geſtent. 290
cur lux mũdi à Chriſto dicti. 198
cõ ã populo eligendi. 246 (238
negligẽtiores, hypocritis ſimiles. duplicipœna puniendi. ibid.
Epiſcoporum reſidẽtiam de iure diuino putat eſſe Turrianus. 19
eorum abſentiâ nõ violatur. ibid.
eorum vigilantia, peruerſa docẽtes reprimendi. 27
eorum externus & internus habitus. 212.213
eorum olim ſtudium in promouenda religione. 234
Epiſcopis fides & doctrina, &c. neceſſaria. 337
poteſtas & iuriſdictio competit. ibid. (192.& ſeq.
Epiſcopatus nomen, quid importet.
Epiſcopatus, quale opus. ibid.
Epiſcopatum deſiderando, quomodo bonum opus appetatur. ibid.
Epiſcopus vnius vxoris vir quomodo eſſe debeat. 201.& ſeq.
Epiſtola ad Hebræos, cur titulo careat? 153
Eringionis herbæ natura. 361
Eripi ex hoc ſæculo, quid? 440
Eſſe in mundo, & de mundo, quid; & quomodo differant. 38
Eſau, voluptuariorum typus. 456
Eua per ſerpentẽ callidè ſeducta. 305
ea ſola ſeducta. 183. ſeq.

Digitized by Google

Euangelij ſignificatio. 61
Euangelium, cur gloria Dei dicatur. 61
cur veritas. 136
eius ſupra legem præſtantia. 77. 79. 299
Euangelicæ legis excellentia. 77. & ſeq.
gratia ſuperabundat. ibid.
Euchariſtia, in templis aſſeruari ſolita. 186
Euangelicæ doctrinæ elogia. 490
fidei, non rationi nititur. 491
Excommunicatio, quid? 111
eius origo & vſus. 111. & ſeq.
etiam apud Iudæos & Ethnicos vſitata. ibid.
Excommunicati, cur Sathanæ tradi dicantur. 112
Exemplorum vis maxima. 361
plurib. exemplis oſtenditur. ibid.

F.

Fabularum nomine, quid intelligendú, variæ ſententiæ. 22. 23. 341
Fabulæ quid continere debeant. 341
cur mutæ. ibid.
quæ à Paulo reprehenſæ? 341. & ſeq.
Fabulationes hæreticorum. 26
Fides ficta, quæ? 37
Fides, vt virtus moralis, quid? 80
Fides meritoria, quî fiat. 152
ſola ad ſalutem inſufficiens. 307. 350
ſola iuſtificare hominem nō poteſt. 78
naui comparatur. 106
Fidei ad ſalutem cōſequendam, neceſſitas. 135. 136
eius merces, eſt veritatis cognitio. 151
Fidei & veritatis nominibus, quid innuatur. ibid.
Fides, cur veritati præponatur. 151
Fides vera, apud ſectarios reperiri non poteſt. 109
Fides in oratione requiſita, quæ? 166
Hæreticorum inanis, nec ad orationem neceſſaria. ibid.
exemplis oſtenditur. 167
Fidem irritam facere, quid? 416
de qua fide intelligendum. ibid.
quid ſectarij intelligant. ibid.
refutantur. 414. & ſeq. 418
pro voto accipienda. 417
Fides, in Euchariſtiæ ſacramento, neceſſaria. 258
à Diaconiſſis requiſita, quæ. 263
Epiſcopis commendata. 525
Fidei Catholicæ veritates, demonſtrationibus non indigent. 152
Fidei Catholicæ dogmata. 581
Fides Catholica, ſemper vera permanſit. 306
nunquam obſcurata, vt Lutherani mentiuntur. 271
Fidei ac religionis res, temporalibus præponendæ. 500
Fidelis, quid? 66. 80
Fidelem, quando Deus aliquem æſtimet. ibid.
Fidelis ſermo; frequens Paulo præfandi formula, quid importet. 81. 192

Digitized by Google

Fidelitas Eccleſiæ, primoribus neceſſaria. 103
Filij ſubditi, qui? 134.135
quid parentibus debeant. 399
quomodo educandi. 410.426
Filiorum procreatio, Dei donum. 134
Finis acceptiones variæ. 28
Finis triplex. ibid.
Fornicatio, cur cum profano iungatur. 456
Fratris etymon. 339
Fraternus amor, omnis amoris exẽplar. ibid.
omnes alios, etiam coniugalem ſuperat. ibid.
Fraterni amoris commendatio. 340
plurima eius in natura argumenta. 339
eius iucunditas & vtilitas. 340

G.

Genealogiæ interminatæ, quæ? 23
Generatio triplex in ſcriptura. 12
Generationis filiorum nominibus, quid intelligendum. 186
Gentium nomine, qui intelligendi. 153
quid Hebræis. ibid.
Gloriæ, acceptiones variæ. 61.97.379.549
Gloriæ definitio. 98
Gloria Dei in omnib. quærenda. 98
Gratia, quid? 15.583
maximum animæ ornamentũ. 17
cur in ſalutationibus Apoſtolicis paci præponatur. 18
ſigillum Paulinarũ epiſtolarum. 574
cur ab ea incipiat, & finiat Apoſtolus. 583
eius maxima vis. 495
Gratia & pax, ſorores coniunctiſſimæ. 18

H.

Habitus nomine quid intelligendum. 168
Habitus corporis externus, interioris index. 177
Hebræi, verborum idem ſignificantium geminatione, quid indicẽt? 100
Hæretici, falſi prophetæ. 5.308
menologiorum & martyrologiorum irriſores. 26
quo fine diſputationes inſtituant. 45
legis & doctrinæ abuſores. 49
virginitatis oſores & detractores. 50
propter peccata à fide defecerũt. 57
exemplis oſtenditur. 57. & ſeq.
delicati martyres. 108
ad Eccleſiam non pertinent. 109
ſerpentibus veneniferis ſimiles. 110
piratis comparati. ibid.
templorum oſores. 156
ceremoniarũ contemptores, &c. 162
ſacerdotium omnibus, tam viris quam fœminis & pueris commune faciunt. 177
Eccleſiam inuiſibilem facientes, refutantur. 172. &c.

Digitized by Google

Eccleſiam, cęlibatum nuptiis pręferentem impudenter reprehendunt. 316.& ſeq.
Hæretici omnes, à recta fide diſceſſerunt. 301
Diaboli non imerito dicẽdi. 304
ſunt eius diſcipuli. ibid.
miniſtri. ibid.
gnaui imitatores. 306
ſunt lupi, ouinis velleribus contecti. 308
non niſi à Diabolo mittũtur. 309
vnde dignoſcendi. 309.312
mercatoribus ſimiles. 310
non aliter, quam fures condemnandi. 311
è vita penitus tollendi. 314
Manichæi hæreſin, de ciborum delectu, Catholicis affingere mẽdaciter conantur. 320.321.329
ſacrorum librorum abrogatores & corruptores. 579
non aliter quam ſtulti, ex ſua peruerſa vita, cunctos metiũtur. 494
ſanctorum res geſtas literis conſignatas, plurimum oderunt. 25.26
fugendas impie vocant. ibid.
Hæreticorum, impietas & peruerſitas. 26.495
ſuperbia. 44
eorum apoſtaſiæ origo. ibid.
eorum pertinacia graphicæ depicta. 45
eorum excæcatio. ibid. 495
eorundem dogmata, ſanæ fidei contraria. 58
peruerſa eorum vita. 108
in diripiendis Eccleſiarum bonis ſacrilegia. 156.220
eorũ requiſita in oratione fides, reprehenditur. 167
veram Eccleſiam aliquando defeciſſe à recta fide mentiũtur. 271
SS. Patrum calumniatores. 301
Hæreticorum fides nuda & inanis. 302
eorum, indecipiẽdis hominibus, aſtutia. 306
hypocriſis. 308.312
faccinum pallium. 309.& ſeq.
ſimulata puritas. 212
facile dignoſci poteſt. ibid.
Hæreticorum pœna licet hic differatur, non tamen aufertur. 313
eorum in Pontificem odium & eius ratio. 196.442.& ſeqq.
eorum falſi nominis ſciẽtia. 580. 582
eorum diſcernendi ratio difficillima. 580
Hæreticorum magnificæ pollicitationes. 580.& ſeq.
diuerſæ ad fallendum viæ. ibid.
noua & impia doctrina. 578
profanæ & nouæ vocum nouitates. 575
diligenter vitandæ. ibid.
obſtinatio & pertinacia. 493
eorum origo. 493
Hæreſes, ſanâ doctrinâ ſemper poſteriores. 572
Hæreſis ſcabiei ſimilis. 498
peſti comparata. ibid.
ea multo formidabilior. ibid.
Hierarchia Eccleſiaſtica non humana ratione conſtituta. 196

Digitized by Google

cœleſtem refert. 296
eam reprehēdunt & calumniantur Lutherani. ibid.
Homo natura ad ſuperbiam procliuis. 476
actionum ſuarum dominus. 71
quomodo redemptus. 145
in abſolutam Diaboli poteſtatem nunquam venit. 146.& ſeqq.
nudus & inermis inter reliqua animalia cur naſcatur. 557
Homo Dei, quis dicatur. 521
Homo Dei dici perhonorificū. 522
Hominis veri ac perfecti deſcriptio. 521.& ſeq.
Hominis reſipiſcentis eſt, agnoſcere peccata. 87
eius in plangendis peccatis duritia. 90
Hominis in hanc vitam ingreſſus & egreſſus miſerabilis. 509
eorum aſſidua meditatio, mundi contemptum parit. ibid.
Homini, præter Chriſti redemptionem, alia item media ad ſalutem neceſſaria. 147
Homines, quomodo gratis redem-(pti. 147
Hominum piorū ſumma in Deum fiducia. 9.556.& ſeq.
Hominum ad legem ſe habentium, triplex genus. 53
Hominum in bene operando ſumma imbecillitas. 65
Hominum incontinentium friuola excuſatio. 206
Hominum triplex ſtatus. 396
Hominum iudicia, non ab ætate, ſed eruditione æſtimanda. 360
Honor, quid? 98.99.549
quomodo ſoli Dei debitus. 96
honorem parentibus & ſuperioribus debitum, non excludit. 96.97.99
Honor presbyteris debitus, in quo ſitus. 432
prædicatoribus præcipue exhibēdus. 434
Honorare, pro ditare, & ſubſidio eſſe in ſcriptura poſitum. 432
Hoſpitalitas, quid? 216
eius ſtudium commendatur. 216.218
Deo grata & homini vtilis. 216
ab Epiſcopis quęnam requiratur. 217.218.& ſeqq.
ab ipſis ſacrilegis Lutheranis, in Epiſcopis commendatur. 220
Catholicæ communionis conteſſeratio. 219
eius tria potiſſima munera. 217
etiam ab Ethnicis laudata & commendata. 219
à viduis ad Eccleſiam admittendis cur requiratur. 410
Hoſpitales domus, Iobi tempore, nullæ. 216
Humilitatis commendatio. 399
Dei miniſtris neceſſaria. 397
Hyperbata in ſcriptura frequentia. 467
Hymenæus & Alexander, cur à Paulo Sathanæ traditi. 113
Hypocrita quis propriè. 307

I.

Ieiunij laus. 321

Digitized by Google

eius vtilitas. 322
Ieiunij lex, malitioſe ab hæreticis laqueus dicitur. 321
Ieiunium, plurima à Deo beneficia impetrat. 322
corporalis exercitatio dici non poteſt. 346
pietati non opponitur. ibid.
Euangelicæ libertati neutiquam repugnat. 324
Ieiunij lex, rationi plurimum congruit. 323
Ieiunium quadrageſimale, recte ab Eccleſia inſtitutum. 323
Ignorantia, peccatum minuit. 72
Ignorãtia, in Epiſcopo non ferenda.
Immodeſtia, Epiſcopum dedecet. 228
ſanctorum ferit oculos. 229
Immortalitatis duplex notio. 95
variæ acceptiones. 541.& ſeq.
quomodo ſoli Deo conuenire dicatur. 542
Immortalitatis gradus ſecundũ ſubſtantiam, triplex. 342
Imperium diuinũ latiſſimum. 550
In pro per, frequens in ſcriptura acceptio. 180
Incarnatio verbi, etiam reuelata, cur myſterium dicatur. 279
cur magnũ myſterium dictũ. 281
diuinæ potentiæ opus. ibid.
omnia in ſe miracula comprehẽdit. 283
ſola fidei contemplatione cernẽda. ibid. (82.83
Incarnationis Chriſti, cauſa & finis.
fides difficillima. 279
nouitas & magnitudo. 280
cauſæ potiſſimæ. 286
Incarnationis myſterium, nullo modo effari aut comprehẽdi poteſt. 279
ſapientiſſimo Salomoni penitus ignotum. 280
in genere operis nullum maius confici poteſt. 281
in ſuo brachio, cur illud confeciſſe dicatur Deus. ibid.
curioſius non indagandum. 285
ipſis angelis manifeſtatum. 286
quando iis innotuerit. 287.& ſeq.
gentibus etiam prædicatione patefactum. 291
Incidere in laqueum Diaboli, quid? 247
Incontinentiæ incommoda. 422
Inuidi hominis ingenium. 497
Inuidiæ, ex diſceptationib. oriuntur. ibid.
Ioannis Baptiſtæ prædicatio cur à pœnitentia, initiũ ſumpſerit. 317
eius abſtinentia à Chriſto laudata. 319
Ioannis mulieris papæ, fabula reiicitur. 179
Iobi hoſpitalitas. 226.& ſeq.
Iobus æquiſſimus & optimus iudex. 448
omnium iudicum exemplar eſſe debet. ibid.
rex regum. 238
Ioſephi fidelitas. 67
eiuſdem gratus in Dominum, animus. 64 (418
Irritari ꝓprie vota & pacta dicũtur.

Ira,

Ira, quam ab oratione reiicit Paulus, quæ, variæ ſententiæ. 164. & ſeqq.
Irreprehenſibilem eſſe, quid. 198
Iudas cur à Domino Diabolus dictus. 304
eius inexplebilis auaritia. 520
plurimos ſequaces habet. 520
graphice deſcribuntur. ibid.
Iudicij peruerſitas, ex hæreticorum pertinacia originem habet. 45
Iudicis veri officium. 451. 448
ei cauſæ diligenter inueſtigandæ. 451
ei ſeueritate vtendum 448
Iuramentum dictis ſuis cur interponat Paulus. 150
Iuramentum, religionis actus. 450
Ius abſolutũ in aliquem quis habere dicatur. 146
id nunquam in homines habuit Diabolus. ibid.
Iuſtitiæ partes, duæ. 36
Iuſtitia Epiſcopo neceſſaria. 524
via ad veram ſapientiam. ibid.
pietate temperanda. 525
Iuſtorum in tribulatione gloriatio. 9
Iuſtorum ſpes. 36
in tribulationibus patientia. 352
Iuſti, beneficiorum memoria, in laudem diuinam accenduntur. 93
cur tot tribulationibus in hac vita exerceantur variæ rationes. 510
tribulationib. fortiores redduntur. 352
eorum in tribulationibus augetur in Deum charitas. 510
Iuuenes maturè matrimonio elocãdi. 316

L.

Lectionis nomen, quid importet? 367
Lex bona & ſpiritualis quare, & quomodo dicatur. 49
quomodo iuſto non ſit poſita. 52. 55. 56
quomodo iuſtis, quomodo iniuſtis ponatur. 55
ſubditos dupliciter obligare poteſt. 324
Lex, de ciborum delectu ſeruando, ab Apoſtolis lata. 329
Lex Euangelica, legis naturalis perfectiua. 36
Legis variæ acceptiones. 28. 29.
eius ſcopus. 28. 50
eius cognitio, ſine charitate nulla. 31
eius recta intelligentia, quæ? 50
eius & prophetarum intelligentia in charitate fundatur. 50
eius duplex virtus. 53
Legum Eccleſiaſticarum obligatio qualis. 324
Legis & Euangelij differentia. 77
in lege & ſub lege eſſe, quid, & vtriuſque differentia. 56
Liberum, quid? 52
Libertas Euangelica in quo ſita. 480
ei non aduerſantur ieiuniorum & abſtinentiarum præcepta. 324
nec ſeruitus ciuilis & politica 480
Libertatis amor, homini naturalis. 476
Librorum canonicorum authoritas. 483
doctrina infallibilis. 491. & ſeq.
ei ad-

Digitized by Google

ei aduerſa doctrina Hęreticorum. 492
corum corruptores, ſunt Lutherani. 579
Linguæ maledicæ ſæua verbera. 227
Liturgiarum preces pro ſalute magiſtratuum. 127
Lites & iurgia ab Epiſcopo aliena. 229
Locuſta genus herbæ, & cibus olim Monachorum. 320
Loca diuino cultui dedicata, aliis ſanctiora. 155. & ſeqq.
Loquacitas, mulieribus propria. 421
Lucrum turpe, quod? 257
Lutherus cum ſuis in diuerſa vani loquia conuerſus. 41. 42
diuinam miſericordiam ex tollẽdo, iuſtitiæ obliuionẽ inducit. 88
promiſcuè omnibus ſacerdotalẽ poteſtatem concedit. 178
Lutheri, belluina ſententia. 131
eius, in abrogãdis quibuſdam ſacræ ſcripturæ libris impietas. 579
Lutherani, mittendi poteſtatẽ Pontifici ereptam mentientes, impudenter ſibi arrogant. 66
ſoli fidei, hominis iuſtificationem adſcribentes notantur. 78
ad legem ſeruitutis dilapſi ſunt. ibid.
SS. miſſæ officium impudenter reiiciunt. 120
mulieribus, docendi publicè poteſtatẽ concedunt. 177. 178. 184
ordinũ, diuerſos in Eccleſia gradus impiè damnant. 196
nouam Eccleſiæ formam effingere conantur. 197
Pauli locum, de vnius vxoris viro, malitiosè interpretantur. 201. & ſeq.
continentiæ remediis auerſi, contineri non poſſunt. 207
impurè ſacra tractant. 207
varias creaturarum benedictiones impiè damnant. 335
Eccleſię Catholicę ritus, ludibrio habent. 336
qualem in conuerſione pœnitentiam requirant. 88
abſtinentias & ieiunia maximè oderunt. 465
veri ſunt epulones. 465
Lutheranorum in S. Monachos & SS. Patres caninum odium; & calumniæ. 24
eorum fides mortua & inanis. 33. 41
ficta fides. 37
vaniloquia. 42
impietas. 88
in mediatorem blaſphemiæ. 144
in tẽplorum erectiones odiũ. 157
ſumma inſcitia. 159
in cælibatum furiæ. 204
falſa & impia ſcientia. 582
Lutherani matrimonium virginitati proponunt. 408
ſola fide, ſalutem fruſtra adipiſci volunt. 350
Lucis qualitates & effectus in Epiſcopo conuenire debent. 198
Lux inacceſſibilis, quam Deus inhabitat, quæ? 544
Dei eſt ſola poſſeſſio. 546

Digitized by Google

Lucis variæ acceptiones.

M.

Macedoniæ deſcriptio. 20
eius ſitus & amplitudo. ibid.
Magiſtratus, vt Dei miniſtri honorandus. 127
à Deo conſtituitur,
ei maxima adeunda pericula. 419
eorum officium, res difficillima. ibid.
vigilantiſſimi epitheton cur eis tribuatur. ibid.
Manichæorum de nuptiis hæreſis. 315
eorundem de ciborum delectu. 321.
impudenter Catholicis affingitur. ibid.
Mancipij etymon. 486
Manus puræ, quæ? 160. 163
Manibus expanſis cur orandum, variæ rationes. 160. & ſeq.
Manus ad orationem extendendo, merita proteſtamur crucifixi Chriſti. 161
ad Dei nutum nos paratos profitemur. ibid.
conſertis manib. cum Deo quodammodo luctamur. ibid.
affectus deſiderium impetrandi quod petimus, indicamus. 162
nos non torpentes eſſe oſtendimus. 162
orationis arcu armati, ſagittas in Deum dirigimus. 162
Manuum eleuationem, ipſa orationis natura poſtulat. 161
Manuum impoſitio, quid? 453
Manuum impoſitiones ad varia adhibitæ. 452
Ordini eſt eſſentialis. 374
confert gratiam. ibid.
à Chriſto & Apoſtolis inſtituta. ibid.
eius cauſa & expoſitio myſtica. ibid.
quid ea indicetur. 375
eius vſus vetuſtiſſimus. ibid.
ordinationi propria. ibid.
etiam Ethnicis vſitata. ibid.
eſt quadruplex. ibid.
Manus cito imponere, quid. 453
temere imponere, quale peccatum. 454
Manum ad aratrum mittere, quid? 428
Mariæ Virginis in veſtitu & inceſſu modeſtia. 175
Martyrum ſpes firmiſſima. 559
Maritus, ad Epiſcopatum admiſſus, à propria vxore olim ſe continebat. 203
Matrimonium, ſacramentum à Deo inſtitutum. 188
in multis, ſacris ordinibus initiatis impedimento eſſe poteſt. 204. & ſeqq.
eius bona quatuor, tot itidē malis oppoſita. 188
eius vinculum indiſſolubile. 188
eius legitimus vſus, quis? 425
tria eius bona. ibid.
puritatem à ſacerdote requiſitam pluri-

Digitized by Google

plurimum labefactaret. 267
Matremfamiliâs eſſe, quid. 426
eius munia. 427
Mediatoris vocis, etymon. 138
ad ſanctos transferre poſſumus. 142
Mediatoris varia munera. 140
Mediator vnicus, ſicut & vnicus Deus. 138
Mediatoris munere, quomodo ſit Chriſtus functus. 140
Mediatorem agere, quot modis poſſit contingere. 141
Mediatores, quomodo Chriſtus, quomodo ſancti conſtituantur. 143
Meditari, quid? 377
Meditationis etymon. ibid.
eius vtilitas. ibid.
Meditari & in his eſſe, ſynonima. 376
Menſæ benedictio commendatur. 327. 329
eius maxima vtilitas. ibid.
Mentis euagatio in oratioe vitanda. 164
Mentium interior ornatus, quis? 169. 175
Mentiri diabolo proprium. 303
Merita, gratiæ innituntur. 65
Militare quid? 105
Militia Chriſtiana. 105. 106
Militiæ Chriſtianæ duces quid agere oporteat. 106
Miniſtri diuerſi ordinis in Eccleſia à Deo conſtituti. 249
in hoc diuina ſapientia maxime eluceſcit. 250
eorum varietas ad tres ordines reuocatur. 250
Miniſter Dei bonus, quî ſit. 346
Miracula cur fiant. 463
Miſericordiam cur Timotheo precetur Apoſtolus. 14
Miſericordia diuina, omnium bonorum fons & origo. ibid.
eius quatuor flumina. ibid.
in Paulo maximè eluceſcit. 69
fuit in eodem ſingularis. 70
in peccatoribus recipiendis maxima. ibid. & ſeq.
Miſericordia in pauperes, oleo comparatur. 564
Miſſæ ſacrificium ex S. Auguſtino probatur. 120
pro pace & tranquillitate offerēdum. 122
non niſi in locis ab Epiſcopo ordinatis offerendum. 155
Miſeria noſtri temporis, graphicè à S. Bernardo depicta. 313
Modeſtia, quid. 227
quænam ab Epiſcopo requiratur. 227. & ſeq.
in omnibus actionibus ſeruanda. 228
eſt animi index. ibid.
Monaſticæ vitæ laudes. 24
SS. Monachi, ab Hæreticorũ impoſturis vendicantur. ibid.
maxima eorum doctrina. 25
Mundus, quid in ſcriptura. 38
Mundi decor & bonitas. 330
admirabilis diſpoſitio. 331
ordo in quo ſitus. ibid.
Mundus, qua ratione vincatur. 527

Digitized by Google

Mundani homines, febricitantibus comparati. 41
pecoribus ſimiles. ibid.
Mulierum, in orationibus publicis ornatus. 168
verus ornatus, quis & qualis eſſe debeat. 168. 169. 175
Mulieres ſuperbæ, beſtiis inferiores. 174
cur publice docere non debeant. 177. 180. 182. 184.
priuatim familiã docere poſſunt. 177
facile decipi poſſunt. 182
matrimonio coniunctæ, ſalutem conſequi poſſunt. 185. & ſeq.
quænam illæ ſint. 186
Mulieris ſedulæ deſcriptio. 410
Mulier, viro ſuo ſubdita & obediens eſſe debet. 175. & ſeq.
eius ratio. ibid.
etiam in ſtatu innocentiæ fuiſſet, ſed alio quodam modo. 181
quomodo ei in pœnam ſit data. 182
Mulieribus quibuſdam, publice docendi priuilegium conceſſum. 178
Myſterij nomine, quid intelligendum. 258
Myſterium fidei, pro calice Domini acceptum. 258
cur in conſecratione calicis additum. ibid.
Myſteria fidei, in pura conſcientia habere, quid? 259
ſceleratis hominibus non committenda. 259

N.

Neophytus quis? 244
cur ad Epiſcopatum non aſſumẽdus. 239. & ſeqq. 244
Niniuitarum auſterum ieiunium. 323
Nominis Domini ſiue Dei, veræ acceptiones. 479
Nouiſſima tempora, dies, &c. quid in ſcriptura. 299
Nouiſſimum, quid? ibid.
Nouitates, doctrinis Apoſtolorum contrariæ. 577
cur vitandæ. 574. 576
nullæ in Eccleſia. 576
hæreſibus propriæ. 574
Nuptiæ à Deo inſtitutæ. 315
cur ſecundæ non benedicantur. 407
Nuptiarum prohibitores quos damnet Apoſtolus. 317
earum, vt malarum prim' prohibitor. 315

O.

Obſecratio, quid Paulo? 119. & ſeq.
Operis boni principium & finis, à Deo. 71
Operum bonorum neceſſitas. 148
eorũ apud Deum copioſa remuneratio. 160. 269
Opus, quod Epiſcopatum deſiderãdo appetitur. 192
Opus bonum, non dignitas appetenda. 192

Opera, verum reddunt Epiſcopum. 193
Operum bonorum natura. 469
Operum bonorum theſauri cumulandi. 565
Opera bona, in hoc mundo ſequenda & honoranda. 413
in futuro nos ſequuntur & honorabunt. 413. & ſeq.
ad lumẽ quomodo venire dicantur. 469. 471
iis regnum cœleſte comparatur. 534
in aliorum conſpectum facienda. 470
aliquando reuelanda. 470
futuræ beatitudinis fundamentũ. 565. 568
poſt mortem, ſola illa auferre datur. 629
Opera verbis iungenda. 362
Opes non dicendæ, niſi opem afferant. 564
debẽt eſſe communicabiles. 564
cito & facile eroganda. 562. 563
Oportet verbum, non ſemper abſolutam neceſſitatem inuoluit. 267
Orationes, quid. 119. 120
pro omnium ſalute faciendæ. 118
publicæ vbi peragendæ. 155
priuatæ, vbique fieri poſſunt. ibid.
facilius in templis, quam in domibus exaudiuntur. 153
Orationis perfectioni, tria neceſſaria. 121
eius modus. 153
eius magnitudo & excellentia, exemplis oſtenditur. 154
Orationes pro inimicis & infidelibus fundendæ. 122. 123
eius vtilitas. 122. 127
eſt Euangelicæ legi proprium. 123
in hoc, Dei charitatẽ imitamur. ibid.
etiam pro mortuis offerendæ. 124
& pro magiſtratu. 125
in omni loco quomodo fundi poſſint. 159
ſunt arma, quibus contra perſecutores defendimur. 126
Oratio, eſt totius religionis noſtræ fundamentum. 153
lotis manibus olim peracta. 163
Ordinis etymon. 371
Ordo, quem in ſcriptura vſum habeat. 371
eſt Sacramentum. 37
in eius collatione, ſumma op' diligentia. 468
ab eo quinam reiiciendi. ibid.
Ordinari, quinam dicantur. 371
Ordinare, ſolis Epiſcopis proprium. 371
Ordinandorum qualitates. 468
Otij incommoda. 420
Otium vitiorum omnium & inopiæ parens. 421

P.

Pœnitẽtia poſt mortẽ nimis ſera. 65

Parentibus vices reddere, quid?
Deo acceptum. 397
honor & reuerentia debita. 135
vitæ neceſſaria ſubminiſtranda. 398
eorum in filios beneficia. 134
amor. 397
poteſtas. 398
Parentes, quomodo & quando honorentur. 398
Parturiendi verbum in ſcriptura, quid importet? 13
Partus nomine, quid intelligendum. ibid.
Paſcere & docere in ſcriptura diſtincta. 355
Paſtoribus Eccleſiæ, neceſſaria ſubminiſtranda. 447. & ſeq.
etiam indignis decimæ ſubtrahi non poſſunt. 491
& corporalia & ſpiritualia ſuffragia ſubminiſtranda. 126
Paſtores, à Chriſto dantur. 62
bene patientes & intrepidi eſſe debent. 68
ſunt militiæ Chriſtianæ duces. 105
Lux mundi quando fiat. 221
vita & doctrina plurimum à ſubditis diſtare debent. 379
negligentiores reprehenſi. 68. & 392
diligentiorum præmia. 380. & ſeq.
triplex eorum clauis. 380
duplex officium. 296
tria potiſſimum munera. 380
doctrina, qualis eſſe debeat. 434
Paſtoris nomen, quid importet. 379
Patientia prædicatoribus olim ſummè neceſſaria. 526
eius neceſſitas. ibid.
Patris nomen, pietatis. 381
pro patruo poſitum. ibid.
eſt in diuinis perſonale. 550
Patrisfamiliâs munera. 232. 405
à domo longius abeſſe non debet. 232
Patris & domini nomen, cur in ſcriptura ſæpius coniungantur. 399
Paulus Apoſtolus. 4
ad Apoſtolatũ quomodo, quãdo & quare vocatus. ibid.
cur ſe Dei imperio vocatum dicat? 5
cur vas electionis dictus. 4
à ſe conuerſorum parens. 11
in Macedoniã diuini ſpiritus inſtinctu profectus. 19
egregius Chriſti miles. 528
cur tam ſedulo Timotheum officij moneat. 21. 269. & ſeq.
Apoſtolatum vni Dei gratiæ totum aſcribit. 63. 70. 71. &c.
ſe Apoſtolatus titulo indignum fatetur; & ratio. 70
ad fidem vi quodammodo conuerſus. 71
cur à Deo miſericordiam conſecutus. 73
quomodo & quando blaſphem᾽. 74.

poſitus in exemplar peccatorum. 86. 91
quomodo primus & maximus peccatorum dicatur. 86.&ſeq.
cur ſe doctorem veritatis dicat. 137
cur ſe Gentium doctorem vocet. 152
quonam modo futuras in nouiſſimis diebus hæreſes prænouerit. 298
ad earum cognitionem, Deum Iudæorum more, non conſulerit. 298
Pauli humilitas modeſtia & gratus in Deum animus. 64
eius ſicut & S. Stephani fidelitas. 67
eius & Magdalenæ conuerſiones, cur ab Eccleſia celebrentur. 91
eius Zelus cum Moyſis comparatus. 92
paterna in Timotheum cura. 278
Pauli, iuniores viduas nubere volentis, voluntas explicatur. 422.&ſeq.
ei nō aduerſantur Catholici, morigeras puellas ad monaſteria admittentes. 423
Paulinæ ſalutationis magnitudo. 16
Pax quid in ſalutationibus Apoſtolicis. 13. 14
quibus competat. 13
in hoc mundo perfecta eſſe non poteſt. 14
qualé ſit bonum. 128
eius augmentum, vnde. 13
Peccata ex peruerſis dogmatibus ortum habent. 57
ſanæ doctrinæ ſunt contraria. 57
exemplis oſtenditur. 57. 109
olim homines idololatras fecerunt, & in ea detinuerunt. 58
ex ignorantia commiſſa, non omnino inuoluntaria. 72
nec culpâ carentia. ibid.
quomodo Dei miſericordiā mereri dicantur. 73
iis laquei & funiculi conficiuntur. 248
Epiſcopo maxime fugienda. 523
Peccatores, vere dicendi ſerui. 480. & ſeq.
Peccatores maximi, ad aliorum regimen cur plerumque à Deo aſſumantur. 91
Pedum ſiue paſtoralis baculus quid in Epiſcopo deſignet. 290
cur ſinguli Epiſcopi vnū habeāt, præter Romanum. 291
Pedum lotio veteribus Chriſtianis vſitata. 411
in imitationem humilitatis Chriſti. ibid.
olim peregrinis adhiberi ſolita. 412
Pertinacia ex nimia honorum cupiditate ortum habet. 45
Percuſſor quis? 225
Perſonarum acceptio nulla in iudicio habenda. 447
nec in honorādis ſuperiorib⁹. 97
Perſeuerātia militi Chriſtiano commendata. 530
Pietas vera, quæ? 344
inueſtigatu difficilis. 506
quomodo comparanda. 505
quo-

quomodo quæſtus dicatur? 503
Pietatis nomine, quid intelligendũ? 343
quoquo modo acceptæ, ſumma vtilitas. 248. & ſeqq.
eius inæſtimabilis præſtantia. 505
eius exercitium, in quo potiſſimũ conſiſtat. 344
eiuſdem varia effecta. 505. & ſeq.
Pietatem, quæſtum eſſe exiſtimantium exempla. 500
eam colentibus, omnia ſuppeditantur neceſſaria. 504
Poligamus, cur ad Epiſcopatum non admittatur. 203
Poligamia, Chriſti temporibus inſueta. 202
Aſiæ populis nunquam in vſu. ibid.
Populi teſtimonium Epiſcopo neceſſarium. 244
Populi ſuffragia olim in Epiſcoporum electione requiſita. 245
ei poſtea, ob certas cauſas adempta. ibid.
Poſtulationes quæ. 119. 120
Præceptum Timotheo datũ quod? 102
Prædicatoris Apoſtolici conditiones tres. 66. & ſeq.
eius ſermo qualis eſſe debeat. 222
ei, bonorum terrenorũ contemptus neceſſarius. 257
eis opera verbis iungenda. 222. & ſeq.
Prædicatores, meſſoribus comparati. 438
eorum duplex merces. ibid.
Merces temporalis quæ? ibid.
quomodo ab iis accipienda. ibid.
ſpiritualis eorundem merces. 439
hæc potiſſimum ab iis attendenda. ibid.
fidelitas cum fiducia iis neceſſaria 67. & ſeq.
Præeſſe aliis, quantum ſit onus. 433
Prædicationis Euangelicæ quanta ſit virtus. 292
eius ſcopus. 530
Prædicandi munus, Diaconatus ordini olim annexum. 252
Præponi, quid? 232
Præſulis interior ornatus depingitur. 214
Presbyteri nominis, ſignificationes. 431. 441
eius etymon. 371
ſeniorem ſignificat. 431
paſtoribus Eccleſiæ cur tributum. 431
Presbyteri, duplici honore digni, qui? 432. & ſeq.
Presbyteros accuſare, cur ſubditis prohibitum. 42. & ſeq.
cur in accuſatione eorum tantus teſtium delectus requiratur. 441. & ſeq. 446
Presbyterium quid? 371
Prætextata mulier nobilis, ob veſtrum luxum à Deo grauiter punita. 172
Prophetiæ acceptiones variæ. 47. 104. 105. 370

Pro-

Digitized by Google

Promiſſio pietati adiuncta, quæ? 351
Proximi ſalus maximè æſtimanda. 378
Prudens, quis dicendus. 211
illius eſt, recte conſultare poſſe. 211
Prudentia Epiſcopo neceſſaria. 210
ſæpius in ſcriptura commendatur. 210
quibus actibus comparetur. 211
Pudicitia ab Epiſcopo & Diacono cur requiratur. 212. 252
ſacris ordinibus mancipatos maximè decet. 252

R.

Rationale iudicij, à veteribus ſacerdotibus, cur in pectore geſtatum. 221
Redemptionis, variæ in ſcriptura acceptiones. 144. & ſeq.
Redimere quid propriè. 145
Reipub. ordo laudabilis. 484
Regni diuini magnitudo & latitudo. 12. 539
Regni diuini & terreni differentia. 540
Rerum terrenarum vis ad ineſcandos homines. 429
Rerum terrenarum cura, Epiſcopis & Diaconibus abdicanda. 256
Retro reſpicere, quid? 429
Retro non reſpiciendum. ibid.
Rex, cur in capite coronam mœniis cinctam gerat. 93
Regis etymon, ex Græco. 94
Regi beneficentia neceſſaria. 94. 405
Reges regum eligendi apud Palæſtinos conſuetudo. 537
quinam eo nomine dicti. ibid.
apud Ethnicos fuerunt. 538
cur eo nomine Deus dicatur. 538. & ſeq.

S.

Sacerdotes cur angeli Domini in ſcriptura dicantur. 573
ab iis lex Domini quomodo requirenda. ibid.
iis, animarum non pecuniarum lucro inhiandum. 231
quæ & quanta ſit eis neceſſaria cognitio. 378
duplex eorum munus. 379. 468
eorum ſumma dignitas. 372
eorum os, ſalutaris doctrinæ arca. 572
Sæculi propria notio, quæ? 100
Sæculum ſæculi geminatum, quid? ibid.
vnde dictum? ibid.
Salus hominum, in quo ſita. 134
Saluatoris nomẽ, SS. Trinitati quomodo competat. 129
quomodo Chriſto. 131
eſt Deo eſſentiale. 7
Saluare homines, opus eſt Dei. 134
Sancti inuocandi. 99. 142. 391

media-

mediatores dici poſſunt. 142
quomodo, eos inuocando; mediatores faciamus. 144
pro nobis interceſſores eſſe poſſunt. 121.381
in hac vita, cur variis laboribus exerceantur, variæ rationes, 463. & ſeq.
Sanctificare, quid in ſcriptura. 334
Sanctificationis vis. ibid.
Sanguinis nomine, quid ſcriptura ſignificet? 165
Sanguinis & ſuffocati eſus cur ab Apoſtolis olim prohibitus. 333
Sanis ſermonibus, quinam acquieſcere dicantur? 493
Sapiens quis? 344
Sapientia vera in quo ſita. 344
Sapientia diuina, quomodo mundi creationi interfuiſſe dicatur. 151
Sathanas, quid? 427
Scimus, verbo, quid denotetur. 51
Scripturæ nomine, quid intelligendum. 436
eius nominis origo. ibid.
eius vera expoſitio, à quibus petenda. 46.48
ab hæreticis non petenda eius intelligendæ certa regula. 65
ad eius cognitionem, ſcala. 47
eius & SS. Canonũ cognitio, clericis neceſſaria. 221
verus ei' ſenſus penes Eccleſiam. 277
in quo ſitus. ibid.
Scripuræ ſacræ lectio commendatur. 366
eius intellectio difficilis. ibid.
eius lectioni ſæpius vacandum. 367
eius typus, vectes in circulis aureis arcæ veteris fuêre. ibid.
eiuſdem lectionis ſcopus. 368
eidem profanorum librorum lectio iungenda. ibid.
eius vtilitas. ibid.
Scripturæ ſacræ ſtudioſi, negotiatoribus comparati. 369
eius interruptus dicendi modus. 466
eius antiqua verſio, ſordidiſſ. Lutheranis ſordeſcit. 497
Scriptura, iuxta SS. Patrum traditiones, interpretanda. 63
quomodo exponenda. 47
eam ſuperbi intelligere non poſſunt. 42.59
id Auguſtini exemplo oſtenditur. 42
eſt theſaurus abſconditus. 366
res inter ſe nexas coniungere ſolet. 346
Scientia veri & falſi nominis quæ? 582.577
Sectarij, iure, Diaboli dici poſſunt. 243
eius ſunt immitatores. 303.243
mala, eorum doctrinam ſequentia. 313
eorum, in Catholicos inuidia. 497
ſuperbia. 244
auaritia. 497
Sectarij bonorum operum hoſtes. 560

Digitized by Google

ſpe aliquando fruſtrandi. ibid.
Senectus & ſenex, quid in ſcriptura. 357
Senectutis vera ratio, in quo ſita. 357. & ſeq.
eius laus. 386
honeſta, quæ. 360
Senes qui, olim populo præfecti. 257
ciuitatum ſunt proſperitas. 386
quomodo increpandi. 387. 389
vt patres obſeruandi. 387
illis quanta debeatur reuerentia. 388
ipſis aſſurgendum. 388
puerilibus moribus, reprehenſi. 389
Sermones Dei proiicere retrorſum, quid. 363
Serui apud Aſiaticos plurimi. 475
tres eorum ordines. 478
humaniter, & vt homines tractādi. 477. 485
omnem reuerentiam & obedientiam Dominis, etiam infidelibus debent; & cur. 481. 486
Serui etymon. 486
eſt nomen peccati, non naturæ. 476
ſunt natura fratres. 485
eorum duplex genus apud Paulum. 483
Serui Catholici, acatholicè inter ſectarios viuentes. 481
Seruorum fidelium exempla. 482
Seruitutis ſymbolum. 476
Seruire Deo, quid? 480
cur iuſtitiæ ſeruitus dicatur. 147
eidem non ſeruiens, verè ſeruus. ibid.
Seruitus peccati, miſerabilis. 146
Spes ancoræ comparatur. 107
Spes recens conuerſorum, & in virtutibus exercitatorum, diuerſa. 9
Spes viua, quæ? 518
in Deo habenda. ibid.
ad eam acquirendam media. ibid.
in quo eius firmitas ſita. 559
in Deum collocanda. 557. & ſeq.
in pecuniis & diuitiis non ponenda. 555
eſt ſtultiſſimum. 557
Sperare in pecuniæ theſauris, quiſnam dicatur. 566
Spiritus ſanctus, cur ſpiritus veritatis dicatur. 137
aëri comparatur. 551
Spiritibus malignis attendentes, eorum ſunt imitatores. 303
Sobrietas quid. 208
cur ab Epiſcopo requiratur. ibid.
Sobrij etymon. 208
Solis varia in ſublunaribus effecta. 546
diuinę lucis imago. ibid.
Subditorum contemptum effugiēdi modus. 361
Superiores quomodo honorandi. 27
Subſequi, quid? 413
Superbia, hæreſum parens. 492
Superbi, ſcripturam intelligere non poſſunt. 59. 42

Tem-

Digitized by Google

T.

Templorum laus. 156
Templa in primitiua Eccleſia erecta. 158
ſemper altaria habuerunt. ibid.
Templum in Garazin, cur hoſpitalis Iouis dictum. 218
Terra, communis omnium mater. 508
Terra, certaminis; cœlum triumphi locus. 528
Teſtimoniales literæ, ab ordinandis exigendæ. 454. & ſeq.
Teſtimonium à Chriſto Patri datum. 147
Theſaurizare, quid? 565
Theſaurus duplex apud Deum reponitur. 567
Theſaurus bonorũ operum in cœlo reponendus. 566
Timor Dei, quid in ſcriptura? 343
Timothei, patria, parẽtes, fides, &c. 10
eius nominis etymon. ibid.
eiuſdem laudes. ibid.
Chriſti, & Pauli ſtrenuus imitator. 11
Paulo chariſſimus. 10. 11
cur ab eo, miraculo à ſuis infirmitatibus non ſanatus. 462. & ſeq.
Epheſinæ Eccleſiæ Epiſcopus. 10
quomodo adoleſcens dicatur. 356. & ſeq.
in Epiſcopum, Spirit' ſancti ſuggeſtione electus. 104
natura non fuit abſtemius. 463
eius abſtinentia. ibid.
cur homo Dei dicatur. 522
Traditiones probantur. 62
quænam à Chriſto & Apoſtolis reprehenſæ. 24
earum initium. ibid.
noſtris traditionibus nihil obſunt. ibid.
Tridentini Concilij decretum, de ſcripturis exponendis. 48
Trinitatis opera indiuiſibilia, 7
Turris Dauid deſcriptio. 489
ei comparantur Doctores. ibid.

V.

Vaniloquium quid? 41
in eo conuerſi Lutherani. ibid.
eius exempla. ibid.
Ventris ingluuies hæreſeon ſeminarium. 59
Veritatis variæ acceptiones. 136. 276
Veritas, in dictis commendatur. 233
iudici neceſſaria. 451
nauis tutiſſima in hoc mundi pelago. 107
ſanitati comparatur. 494
Veritatem dico, non mentior, quid? 150
ſignum conſtantis animi. ibid.
Verborum idem ſignificantium geminatio, quid in ſcripturã importet? 99
Verbi diuini corruptores, qui? 500

Digitized by Google

Verecundia cum ſobrietate cur in mulieribus requiratur. 170
Verecundiæ elogia. 171
Veſtium luxus reprehenſus. 168. & ſeq.
Deo odioſus. 170
apud Ethnicos, in probro. 173
impudicis tantum mulieribus cõceſſus. 174
deformitatis mentium index. 170
Via quid? 8. 558
Via ad beatitudinem. 8
Vicleffi pro particularib. orare prohibentis, hæreſis refutatur. 125
Viduæ nominis etymon. 393
cur cum ſterili iungatur. ibid.
Viduarum duplex genus. 395. 399
diuerſa earum olim munera. 396. 400. 406. 411
earum cura habenda. 392. 394. 406. 480
ſtatus in turture deſignatus. 395
earum diuerſi gradus. 407
Viduæ, quæ, ad Eccleſiaſtica ſtipendia admittendæ. 406. 414
cur ab iis ſexageſimus ætatis annus exigatur. 407
quibuſnam virtutibus ornatæ eſſe debeant. 399. 408
cur tot virtutes ab iis requirantur. 409
veræ, quæ? 395. 340
iis, pietati ſtudendum, & ratio. 401
ſemper orandum. 402
earum ſterilitas, palmæ fæmellæ comparata. 400
adoleſcentiores, cur vitãdæ. 414
nubere volentes, cur damnationis obnoxiæ. 415. 416. & ſeq.
circumforaneæ, reprehenſæ. 421
in deliciis viuẽtes cur mortuæ dicantur. 403
Viduitas, deliciis & vitæ contrariæ. 393. 403
Vigilare, paſtoribus proprium. 209
Vigilãtia, Epiſcopo neceſſaria. ibid.
Vinũ, caſtitatis hoſtis. 461
cur caſtiſſimo Timotheo commendatum. ibid.
immoderatè potatum, libidinis incentiuum. 462
ab eo abſtinere, laudabile. 464
ſacerdotib. veteris legis cur prohibitum. 224
Vinolentus, quid? 223
Vinolentia Epiſcopo indecens. ibid.
Violentum, quid? 52
Virgines, edito caſtitatis voto matrimonio inhabiles. 416. & ſeq. 422. 424
ad monaſteria admittendæ, quæ? 424
Virginitas matrimonio longe præſtantior. 408
Virginitatis votum, tempore Apoſtolorum. 396. 397. 418
Vnà, quam mulieris præſtantior cõditio. 180
eorum nomine, quid intelligat Paulus. 178
Virtus, verus animi ornatus. 172
Virtutis forma. 114
Virtutum in corporales & ſpirituales, diſtinctio. 347
Vita humana fabulæ ſimilis. 359

nun-

nundinis & mercatui comparatur. 369
eſt ſtadium locuſque certaminis. 518
quænam vera dicatur. 568
eius breuitas depicta. 569. & ſeq.
mors potius quam vita dicenda. 569. & ſeq.
Vita mala, hæreſeon cauſa. 107. 109
bona ſine Chriſto inanis. 139
tranquilla, in quo ſita. 127
eius vtilitas. 128
caſtitati opportuna. ibid.
Vituli labiorum, quid? 88
Viuere in carne, & ſecundum carnem, quid? 39
Vnius vxoris virum eſſe, quid. 201. & ſeqq.
Vocati ad vitam æternam, qui nam verè dicantur. 529
Vocum nomine, quid ſignificetur. 575
Vocum nouitates quæ, & quomodo vitandæ. 574. 587. 578.
Voluntas in Deo duplex. 131
ſigni & Beneplaciti. 132
ſigni in quo ſita. ibid.
vnde ſic dicta. ibid.
Beneplaciti, quæ. ibid.
Antecedens & conſequens. ibid.
Clementiæ & iuſtitiæ. ibid.
prima & ſecunda. 133
Voluntas diuina de omnibus ſaluandis, quomodo intelligenda. 131. & ſeqq. 135. 140. 352. & ſeq.
non de ſolis prædeſtinatis accipienda. 132. 133
non metaphorica, ſed propria. 132
cur in omnibus non ſit efficax, duæ rationes. 353
Voluptatibus corporeis deditas auerſatur Deus. 457
Voluptates huius mundi, vini inſtar. 224
Vxor Loth, cur in ſtatuam ſalis conuerſa. 427

F I N I S.

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini.

Digitized by Google

Errata, ſic corrigantur.

PAg. 13. verſ. 25. ſolebant. pag. 20. verſ. vlt. etiam 39. 5. carnem. 52. 3. præficeret. 81. 32. quem. 85. 16. apparere. 104. penult. quodam modo. 121. 13. iubeat. 128. 30. vbi. 152. 22. Captiuantes. 154. 2. petitionem. 192. 25. nomini reſpondeat. 197. 6. Prædicantium. eod. 8. aſtruunt. 218. 4. dele eo 226. 24. poteras. 235. 14. Eccleſiaſtica. 237. 20. ergo iniquo Mammonæ. 248. 23. Diaconi. 249. 13. Diaconi. 258. 7. &. 259. 16. præcepi. 263. 6. à. eod. 25. murmurantes. eod. 31. voluit. 277. 6 anima. 270. 7. veram. 283. 26. quemadmodum quibuſdam accidiſſe teſtatur Athanaſius. 291. 18. alati. 299. vlt. dele. &. 305. 17. ſerpentis. 306. 11. gnauiter. 319. 20. ob allatas cauſas. 332. 25. iniuſtè. 337. 13. laudabunt. 337. 27. Philoſophia. 349. 17. te. 351. 15. promittitur. 352. 16. mundis. 359. 25. diceret. 363. 30. fit. 598. 28. ruinus. 569. 17. luceſcat.

Cætera, & maximè in marginalibus, prudentis Lectoris diſcretioni relinquuntur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-6-3

d by Google

IHS